CATALOGUS
CODICUM SAECULO XV
IMPRESSORUM.

CODICUM SAECULO XV IMPRESSORUM

QUI

IN REGIA BIBLIOTHECA BORBONICA

ADSERVANTUR

CATALOGUS

ORDINE ALPHABETICO DIGESTUS

NOTISQUE BIBLIOGRAPHICIS ILLUSTRATUS

LABORE, ET INDUSTRIA F. FRANCISCI DE LICTERIIS ORDINIS HIEROSOLYMITANI SACERDOTIS CONVENTUALIS DE IUSTITIA REGII BIBLIOTHECARII.

TOMUS III. R. AD Z.

NEAPOLI,
EX REGIA TYPOGRAPHIA.
MDCCCXXXIII.

CATALOGUS

CODICUM SAECULO XV

IMPRESSORUM.

RA

RABANI MAURI Archiepiscopi Moguntini Libri xxii. de universo, seu de sermonum proprietate, et de mystica rerum significatione. *In folio primo recto opus incipit ab* Epistola Rabani ad Ludovicum regem invictissimū etc.; *terminatur ad lineam quintam secundae columnae aversi folii, et protinus alia* Incipit epistola Rabani ad hemmonē episcopum, *quae desinit in secunda columna, ad lineam xx. secundi folii recti. Exinde* Incipiunt capitula librorum, *quibus omnibus absolutis ad lineam xx. secundae columnae folii tertii aversi, Opus ipsum sequitur, cui extrema manus adcedit folio clxvi. averso, ad lineam xxxii. secundae columnae, hisce verbis:* vna potest vna coopatio est.
In folio majori.. XII. I. 45.

Neque locum, neque annum impressionis, neque Typographi nomen adscriptum invenimus in hac satis quidem vetusta, sed admodum quoque splendida, et rara editione. Haec vero refertur a *Crevenna* in *Catalogue raisonné Tom. 1. pag. 72. cujus* verba hoc loco adtulisse minime poenitebit: *Ce Rabanus surnommé Maurus Archevéque de mayance a été peut etre le plus savant homme de neuvieme siecle, dans le quel il a vecu. Cet ouvrage est une espece d' Encyclopedie, et fait connoitre la grande erudition de l'Auteur, sur tout dans les sciences Ecclesiastiques. L'edition, que nous annonçons, est bien executée en belles lettres rondes, en grand folio à deux colonnes de 56. lignes sur chaque colonne entière, sans aucuns chiffres, signatures, ni reclames* etc. etc. *L'exemplaire est complet, de grand marge, et tres bien conservé, mais il n'ya rien, qui puisse servir à faire conjecturer où par qui, et en quelle année l' impression peut en avoir été fait; cependant on pourroit assurer, qu'elle doit avoir paru bien avant 1500. Orlandi en rapporte ce qui suit: » Eius (Rabani) quoddam scriptum constans xxii. libris prodiit in lucem ante annum 1500, sed sine anno, loco, et Typographo. » et Maittaire, qui annonce cet ouvrage, et edition sous le nom de » Isidori Etymologiae, et Rabani Mauri de rerum natura, et verborum proprietatibus, dit: Editio antiqua,* et (ut opinor) *primitiva, sine Ciphris, signat. reclam.* » In Catalogo *des livres de la Bibliothéque de M. Crevenna, Amst. 1789. tom. 1. n.° 522.* haec eadem editio notatur, et ab eruditissimo Bibliographo observatur: *Cette premiere edition tres rare a été certainement exécutée en Italie, et probablement à Venise, vers 1472. Le caractère est ronde, et fort beau; il a assez de ressemblance à celui de Iean et Vendelin de Spira.*

RABBI CHANIN. *Vide* Joannitii.

—— Levi Ben Gerson. *Vide* Gersonidis.

—— Moysis. *Vide* Moysis.

—— Nathan. *Vide* Nathan.

—— Samuelis Maccarani. *Vide* Samuelis.

Radicalis attestatio fidei orthodoxe fūdata in rationis naturali lumīe (de informi ph'o4 et poeta4 fide) contra iudeos gentiles et infideles ceteros. Incipit opusculum breve feliciter. *Is titulus legitur in summitate primae paginae. Ad calcem :* Opusculum insigne de philosophorum informi fide. radicatū in lumine naturali contra infideles. iudeos et paganos. finit feliciter. Laus : : Deo : : Clementissimo. *Exinde :* Impressum per Fridericum Creuszner de Nurm̄berga. Anno domini. Millesimo. CCCC. LXXVij.
In folio.. XIII. E. 26.

Editio est rarissima, et hujus operis omnium prima, uti adfirmatur in *Catal. Ducis de la Valliere Tom. 1. pag. 268.* Opus 86. foliis contentum, impressum est chartae praestantissimae, charactere gallo-franco satis luculento, qui in qualibet integra pagina implet lineas 35. Custodes, signaturae, et foliorum numeri penitus desiderantur. Initiales a Miniculatore rubro colore sunt suppletae: et nomina propria in toto opere litteris quadratis insolitis indicantur.

Rambaldis Benevenuti de. Libellus, qui Augustalis dicitur: *Titulus in fronte primae columnae folii primi recti sic extat:* Famosissimi Oratoris : Historiographi et Poete Benevenuti de Rābaldis in Libellū suū qui Augustalis dicitur : continēs sub cōpēdio brevē descriptionē Augustorū : ad illustrē Nicolaum Marchionē Estensem. Prefatio. *Hac expleta ,* Eiusdem Famosissimi Oratoris historiographi et Poete Benevenuti de Rābaldis Libellus qui Augustalis dicitur breviter comprehendens descriptionem omnium Augustorum usq3 ad tempus suum. Feliciter incipit. *Ad calcem :* Explicit liber Augustalis : Benevenuti de Rambaldis cum pluribus aliis opusculis Francisci Petrarche impressis Venetiis (impēsis dn̄i Andree Torresani de Asula) per Simonem de Luere : Anno Incarnationis Christi. M.cccccj. die xxvij. Marcij. Feliciter. *Extat cum Petrarca.*
In folio .... XI. G. 14.
—— Exemplar alterum.................................. XI. G. 15.

Rampengolis Antonii de. Figurae Bibliorum. *Titulus operis in prima legitur pagina , rotundis expressus litteris , nempe :* Figure biblie clarissimi uiri fratris Antonii de rāpengolis ordinis sancti Augustini. *Tabula alphabetica incipit in aversa pagina , et in secundo folio recto Tabula Capitum, praevio monito; et ad ejus calcem* Excusatio auctoris. *Privilegii notitia sequitur. Opus incipit a prologo Studentibus Religiosis Conventus Neapolitani inscripto , cui verba praeeunt :* Incipiūt figure Clarissimi viri fratris Antonij Rāpegoli (sic) de Janua ordīs heremita4 sancti Augustini. Prologus. *Ad calcem omnes fasciculi quaterni dicuntur ; postea legitur :* Finis libri figurarum biblie Antonij de

Rampengolis. Impressum Venetijs per Georgium de Arrivabenis Mantuanū. Anno dñi. M.cccclxxxxvj. die xv. mensis Novembris. *Adcedit signum Typothetae, alibi notatum.*

In 8.° .... I. B. 37.
—— Exemplar alterum.. II. B. 58.

Ramusii Pauli. Versio italica Valturii librorum xii. Rei Militaris. *Vide* Valturii.

Ransani Petri. Carmina in laudem S. Vincentii Ferrerii, *quae illius res gestas complectuntur. Extant cum Prima parte ejusdem* Sermonum, *scilicet* Hyemali. *Vide* Vincentii.

Rasis. *Vide* Rhasis, *et insuper* Rabbi Moysis.

Raudensis Antonii. Errata L. C. Lactantii Firmiani. *Extant cum* Lactantii *operibus. Vide* Lactantii.

Ravennatis Petri. Phoenix, *sive* de artificiosa memoria : *Legitur in prima pagina :* Foenix Dñi Petri Ravēnatis Memoriae Magistri. *In secundo folio recto extat impressus hic titulus:* Artificiosa Memoria Clarissimi Juris Vtriusq3 Doctoris et militis domini Petri Ravēnatis Jura Canonica ordinarie de sero legentis in Celeberrimo Gymnasio Patauino in hoc libello continentur. *Deinde :* Et cum una sit Foenix et unus sit iste libellus: libello si placet Foenicis nomen imponatis. *His verbis subditur Epistola commendatitia ad Principes, seu Diploma* Eleonorae Ducissae Ferrariae, *quod excipit aliud, scilicet* Bonifacii Marchionis Montis Ferrati, *cui subditur Privilegium* Communis Pistorii, *quo Civis Pistoriensis* Petrus *declaratur. Hisce absolutis, brevis ad eumdem* Petrum *legitur Epistola* Lancellotti Decii I. C. *Exinde Elogia latinis exarata versibus occurrunt ad eumdem variis in locis profitentem, scilicet* F. Aegidii Viterbiensis, Joannis Antonii Plebani, Marci Picardi, *et* Hieronymi Buticellae. *In folio vi. recto incipit opusculum a Prologo, sine ullo titulo. Notanda sunt, quae in folio xi. averso, et sequentibus de se ipso praedicat, deque memoria fere incredibili, qua praeditus fuit. Ea vero a* Schelhornio *Tom. xi.* Amoenit. litter. *pag. xvi. referuntur. Ad calcem opusculi sequens Epigramma in Auctoris laudem extat:*

Hic liber est qui nūc praebebit lumina caecis
 Praeceptis poterunt dicere multa meis.
Innumerosq3 dabunt vobis haec secula ciros
 Excidet et tanti gloria magna uiri.
Te tamen ut Petri dantis praecepta precamur.
 Sis memor et dicas petre magister eras.

Huic subnectitur Privilegium enixis precibus Auctoris concessum a Dominio

Veneto, *sub* Die. iii. Januarii. M. cccexci. *Subscribuntur sex Consiliarii*, *et Secretarius Ducalis. In ultima pagella legitur:*

C. Lycinii Decatonstichon ad Candidum Lectorem.

Si memorem tentas fieri te Candide Lector.
Atq3 inter celebres nomen habere uiros:
Perlege quod priscae specimen praegrande rauennae
Edidit : et caelo laudibus usq3 loca.
Et potes et debes merito censere magistrum
Artificis genii iudiciiq3 simul:
Eia igitur cuncti numen ueneremur in aeuum
Et meritas laudes quisq3 poeta canat.
Graecia non similem uidit nec romula tellus
Necnon posteritas est habitura. uale.

Exinde notitia haec typographica: Bernardinus de Choris de Cremona Impressor delectus Impressit Venetias (sic) Die. x. Januarii. M. ccccxci. *Postmodum ejusdem Typographi signum alibi notatum.*
In 4.° parvo. .... XII. B. 5.

De variis editionibus hujusmodi opusculi, quarum haec nostra prima est, vide *Francisci Arisii Cremona litterata Tom. 1. pag. 366. Maittaire Annal. Typog. Tom. 1. pag. 535. Biblioth. Tilleriana pag. 385. Christi Schoetigenii. Continuat. Biblioth. Fabric. med. et infim. lat.* Editioni, quae ante oculos versatur, foliorum numeratio, et custodes desunt: occurrunt tamen signaturae litteris, Romanisque minoribus numeris instructae. Inest cuivis paginae summa linearum 28. rotundi characteris.

Raymundi Lulli. *Vide* Lulli Raymundi.

Raynerii de Pisis. *Vide* Pisis Raynerii de.

R E

RECESSUS. Abbreviatura recessuum Capitularium Patrum Ordinis S. Benedicti, per diocesim Ramberecensem. *Vide* Trithemii Joannis.

REGII RAPHAELIS. Problemata ducenta in Quintilianum, *et alia opuscula, quae in prima pagina majusculis typis hoc pacto notantur :*

> Raphaelis Regii ducenta problemata in totidem institutionis Oratoriae Quintiliani depravationes.
> Eiusdem quaestio Vtrum ars rhetorica ad Herenium falso Ciceroni inscribatur.
> Eiusdem de Laudibus eloquentiae panegyricus.

In folio averso impressit Typographus Epistolam Nuncupatoriam , qua dicit Raphael Regius clarissimo Corigiae Principi Nicolao : et Jacobo Troto ducis Ferrariae ad ducem Mediolani facundo oratori felicitatem. *Alia item incipit Epistola in folio secundo recto , praevia inscriptione :* Illustrissimo Barii Duci Ludovico Sfortiae Viccecomiti Sapiĕtissimo ducatus Mediolani gubernatori Raphael Regius ĩmortalitatem. *Data* Paduae Idibus Augusti. Mccccxxxxi. *eamque primum excipit opusculum. Ad calcem* ꝯ Problematum in Quintilianum , *Epistola Auctoris legitur , cum epigraphe :* Raphael Regius Antonio Calvo Patricio Veneto Senatori Sapientissimo felicitatem. *Post vacuam paginam sequitur tertium opusculum , (nam secundum in prima pagina indicatum , ultimum obtinet locum) et huic praefigitur Epistola Nuncupatoria, sic inscripta:* Raphael Regius Joanni Frãcisco Paschalico Equiti ad Illustrissimum Mediolani ducem a gravissimo Senatu Veneto oratori felicitatem. *Data* Venetiis Quinto cal. novĕbres. Mccccxxxxii. *Hoc opusculo absoluto , non interrupta signaturarum serie , adcedit tertium , cujus titulus :* Ad Sacrosanctũ Romanae ecclesiae Cardinalẽ Joannẽ medicẽ Raphaelis Regii quaestio. Vtrũ ars rhetorica ad Herẽniũ Ciceroni falso inscribatur. *Ad calcem hujusmodi quaestionis:* Vale nostri seculi eximium decus : Venetiis. xjjjj. Calendas octobres. Mcccc. lxxxxi. *Huic subnectuntur* Registrum , *et signum* Octaviani Scoti , *alibi notatum. In penultima pagina occurrunt* Emendationes depravationum a librariis admissarum , *et Privilegium a Senatu Veneto concessum* Raphaeli Regio , *quoad impressionem opusculi. Subscribuntur quatuor Consiliarii ; et hanc notam chronologicam gerit , scilicet* Die xxv. Septembris Mccccxxxxii.
In 4.° parvo.. IX. B. 58.

Nescio , cur diligentissimi Bibliographi *Michael Maittairus pag. 785. Denisius in Supplem. pag. 313. et Panzerius Tom. III. pag. 298.* referant praesentem editionem ad annum 1491. decepti fortassis a nota , quae extat in fine Epistolae ad *Cardinalem Ioan. Medicem ;* quum Epistola ad *Ioan. Franc. Pascalicum* secundo opusculo praefixa , et Privilegium impressionis annum gerant 1492. ; quapropter potius dicendum cum *Laire Tom. II. pag. 180 ,* et *Morellio Tom. III. pag. 286.* opusculum fuisse impressum ad exitum anni 1492. Ejus character rotundus est , et lineis 40. distinguitur in paginis integris. Nec foliorum numeri , nec custodes adsunt marginibus ; signaturae vero habentur ; et initiales omnes florentes sunt ligno incisae.

—— Opuscula, *quae in prima libelli pagina hoc pacto indicantur:*

Raphaelis Regii epistolae Plynii : qua libri naturalis historiae Tito Vespasiano dedicantur: enarrationes.
Eiusdem de q̄tuor Persii locis : uno Valerii maximi : duobus Tullii de officiis: ac tribus oratoriis q̄stiōibus disputatio:
Eiusdem de quibusdam Quintiliani locis cum quodam Calfurnio dialogus.
Eiusdem loci cuiusdam Quintiliani ac eius Cicerouis (sic) ad Atticum epistolae : cuius initium est : Epistolam hanc cōvicio efflagitarunt codicilli tui; enarratio.

Quodlibet opusculum inscribitur Epistola praevia ad aliquem illustrem Virum; primum scilicet imprimitur cum inscriptione: RAPHAEL REGIUS DOMINICO GRIMANNO PATRICIO VENETO EQUITI SPLENDIDISSIMO SENATORIQUE SAPIENTISSIMO SALUTEM. *Incipit opusculum in folio secundo recto a titulo :* IN PLINII MAIORIS EPISTOLAM AD TITUM VESPASIANUM RAPHAELIS REGII ENARRATIONES. *Secundum opusculum Epistolam praefixam habet, qua dicit* RAPHAES (sic) REGIUS HERMOLAO BARBARO SALUTEM. *Opusculo praefigitur Elenchus locorum* Persii, Valerii, *et* Ciceronis, *praevia inscriptione:* RAPHAELIS REGII CONCLUSIONES ET QUESTIONES IN NONNULLOS ERRORES CALFURNII BESTIAE. *Tertio opusculo praeit Epistola, qua dicit* RAPHAEL REGIUS HIERONYMO DONATO MARCOQUE DANDULO CLARISS. ARTIUM ET JURIS VTRIUSQUE DOCTORIBVS AC PAVLO PISANO SAPIENTISSIMO ELOQVENTISSIMOQVE SENATORI FELICITATEM. *Loca* Qvintiliani *praemittuntur* Dialogo, *cum titulo:* RAPHAELIS REGII IN NONNVLLAS FATVARVM CVIVSDAM CALFVRNII BESTIAE EXPOSITIONVM CONCLUSIONES. *Idem titulus praefigitur opusculo. Postremum inscriptionem praesefert, qua* RAPAEL (sic) REGIVS SIGISMUNDO VNGARO SALVTEM *dicit. Ad calcem post verba* Laus Deo Finis, *sequentia notavit Impressor:* Si quid forte litterarum ĩmutatione : transpositione: inversione: omissione offenderis studiose lector: id nō ulli negligētiae: sed correctionis difficultati ascribas : qũ nihil verborum praetermissum esse dep̄raehendis: rogat Gulielmus Tridinensis cognomento Anima mia : cuius opera hoc opusculum Venetiis fuit descriptum Principe Augustino Barbadico decimo Calendas Junias. Mccccl xxxx. *Ultima pagina continet emendationes errorum.*

In 4.° parvo... IX. B. 58.
—— Exemplar alterum................................ IX. B. 72.
—— Exemplar tertium................................ IX. B. 73.
—— Exemplar quartum................................ X. B. 25.

—— Commentaria in P. Ovidii Nasonis Libros Metamorphoseos. *Extant impressa cum* Ovidii *textu. Vide* Ovidii.

—— Commentaria in Valerium Maximum.. *Extant cum* Valerii Maximi *textu, et aliorum* Commentariis. *Vide* Valerii Maximi.

Regimen Sanitatis. *Vide* Schola Salernitana; *et insuper* Villanova Arnoldi de.

Reginaldetti Petri. Speculum finalis retributionis. *Prima pagina exhibet in tabella lignea Auctorem in cathedra sedentem, et coram auditoribus disserentem. Hujusmodi tabellae majusculis typis haec praemittuntur*: Speculū finalis retributiōis magistri petri Reginaldetti ordīs mīorū. *In secundo folio recto* Incipit Tabula ī libello speculi finalis retributionis, *quae tres plagulas occupat una cum brevi adnotatiuncula: Adcedit Epigramma.*

Liber ad Lectorem.

Accendi cupiens ad celi gaudia: Compos
Est voti: modo me terq3 quaterq3 legat.
Nec mirum: penas nam pando clarius omnes
Tartareas: iusti premia sicq3 viri.
Lector emas igitur festinans me tibi: vita
Tandem celesti vivere quisquis amas.
Sum quoq3 nunc docto menda purgatus ab omni
Nempe viro: tua quem muneret oratio.

Huic subjacet Epistola fratris Guilhermi Totani sacri ordinis praedicatorum in laudem praesentis operis: per ipsum castigata *Opus incipit in folio sexto recto, absque ullo titulo; et in fine, sequentia verba subnotantur:* Finit speculū final' retributionis cōpositū p' reverēdū magr'm Pet4 Reginaldeti (sic) sacre theologie p'fessorem: ordinisq3 fratrum mino4. Impressum Venetiis p' Iacobinū de pentiis de Leucho Impēsis vero Lazari de soardis die. 7. Novembris 1498. Concessū est eidē Lazaro ab illumo Senatu Veneto: ut cuiq3 hunc librum (non) liceat imprimere intra eo4 dominium sub pena ut in gr'a etc. etc. Laus Deo. Finis. *Adcedit signum Typographi, alibi notatum.*
In 8.° parvo.. II. B. 53.

Binae columnae in paginis habentur; et quaevis constat litteris gallo-francis in 39. lineas tributis. Folia numerantur, quatuor primis exceptis; signaturae tantum in marginibus inferioribus excusae sunt, haud vero custodes. In marginibus insuper superioribus Argumenta operis habentur.

Regio Monte Joh. de. *Vide* Monte Regio Joh. de.

Regio Petri de. Versio latina ex hispano libri Albohazen de iudiciis astrorum *conlatis studiis cum* Aegidio de Tebaldis *concinnata. Vide* Albohazen.

Regis Gallorum. Epistola responsiva ad Pium II. *iam* Aeneam Silvium Picolhomineum. *Extat cum* Aeneae Epistolis. *Vide* Picolhominei.

Regis Portugalliae (Joannis) Epistola ad Angelum Politianum. *Extat cum* Politiani *operibus. Vide* Politiani.

Regnier Helyae. Casus longi sexti et Clementinarū. *Haec verba majoribus gallo-francis litteris leguntur in prima voluminis pagina. In summitate primae columnae folii secundi recti* Incipiūt casus longi sup sextum decretalium cōpilati in alma Vniuersitate pictaviensi. *Ad calcem:* Expliciti sunt casus clementinarū a domino Helya Regnier elimatissime collecti Anno domini. M.ccccl xxxviii. *Deinde nota typographica:* Impressi Argentine anno domini. M. ccccxcvj. Finiti in die sancti Agapiti et sociorum eius.
In folio parvo .... VI. E. 28.

Reguardati Benedicti a Nursia. *Vide* Nursia Benedicti a.

Regulae.

—— Regula et Practica Cancellariae Apostolicae. *Vide Tom.* II. *pag.* 235. *Art.* Pau Hieronymi.

—— Regule ordinationes et constitutiones Cancellarie Sanctissimi dñi nostri domini Sixti divina providētia Pape. IIII. scripte et correcte in Cancellaria apl'ca. *Vide Articulum* Sixti IV.

—— Regulae ordinationes et constitutiōes Cancellarie Sanctissimi dñi nostri domini Innocētii divina p'uīdentia pape viii. scripte et correcte in Cancellaria apostolica. *Vide in Appendice artic.* Innocentii Papae VIII.

—— Regulae quatuor Religiosorum ordinum, *scilicet* S. Augustini, S. Basilii, S. Benedicti, *et* S. Francisci. *Vide Tom.* I. *hujus Catal. pag.* 66. *Artic.* S. Benedicti.

—— Regula Fratrum, et Sororum de Poenitentia Sacri Ordinis Herem. S. Augustini, *latine, et italice, cui adduntur* Decreta Pontificia Privilegiorum. *Vide Tom. II. hujus Catal. pag.* 50. *Art.* Lulmei Pauli.

—— Regula, *sive instituta* Minorum sub Seraphico patre Francisco militantium. *Vide Tom.* I. *pag.* 314. *Art.* S. Francisci.

—— Regula Fratrum Minorum, *cum expositione. Extat cum* Constitutionibus Clementis papae V. *Vide Tom.* I. *hujus Catal. pag.* 314. *Artic.* Clementis Papae V.

Rei Militaris Auctores. *Vide* Scriptores Rei Militaris.

Rei Rusticae Auctores. *Vide* Scriptores Rei Rusticae.

Repertoria.

—— REPERTORIUM DICTORUM: ARISTOTELIS: AVERROYS ALIORUMQUE PHILOSOPHORUM. *Haec verba excusa leguntur in prima pagina. Aversam totam occupat Epistola, qua* EXIMIO Artiū et medicinae doctori. D. magistro Hieronymo Tostino de Florentiola: Bononiae philosophiam publice legenti: Artium scolaris andreas victorius Bononiensis discipulus suus affectus. S. P. D. *In hac Epistola recitato* Averrois *de* Aristotele *elogio, Au-*

ctor subdit : Aristotelem itaque talem habere debemus, qualem Averroys esse, fatetur, ut quocumq3 ierimus, nobis sit socius: ubicumque manserimus nobis assistat : antequam loquamur, proferre nos doceat, ipsumque ab aliis differentem, ut aurum a calybe; continue veneremur etc. etc. *Opus incipit in secundo folio recto, et in fine post* TABULAM OPERIS, *legitur nota typographica :* Expliciunt propositiones Aristotellis (sic) Aueroisq3 et aliorum phylosophorum aere : et impensa Benedicti Hectoreis librarii ad lucem delatae opera uero: et diligentia Bazalerii de Bazaleriis ciuis Bononiensis Impraessae (sic) Regnante Joanne Bentiuolo Secundo Sforcia : Vicecomite de Aragonia Anno Saluatoris nostri. M. cccc. lxxxxi. die Augusti secunda. Laus Deo.
In 4.° parvo.. VII. B. 43.

Editio nitida est, eleganti Romano charactere excusa ejusque praestantia hisce verbis in Epistola nuncupatoria praedicatur : *Prius enim foedus fastidiensque* (libri) *ordo aderat, nunc vero lucidus ac delectabilis datur : primus libros solum confuse ostendens, hic vero libros, textus, capitula, commataque distincte demonstrans est, ut ipsum inspicientibus patere potest: quorum quatuor inventionem citam discipulus tuus dilectus libenti animo tibi largitur.* Plagulae voluminis sunt 64., in quibus signaturae tantummodo visuntur.

—— REPERTORIUM Legale. *Vide Tom. I. Art.* Bertacchini.

—— OPUSCULUM repertorii pronostichon in mutatione aeris tam via astrologica q̄m metheorologica Vti Sapiētes experientia comperiente voluerunt pq̄m Vtilissime ordinatū incipit sidere felici. *Vid. in Appendice hujus Catalogi Art.* Avenazrae Abrahami, *qui fuit Auctor hujusmodi Opusculi; et vide insuper Tom. 1. pag. 392. Art.* Hippocratis.

R H

Rhamnusii Joh. Baptistae. Epigramma in laudem Elegiarum, *quae* Cornelio Gallo *tribuuntur. Extat in libello* Elegiarum Petri Galli. *Vide* Galli.

Rhasis. Liber nonus Almansoris, *sive* Rhasis ad Almansorem, *latine*, *cum* Commentariis Sillani de Nigris. *Adcedunt* Receptae Petri de Tussignano. *Legitur majori gallo-franco charactere in prima voluminis pagina:* Almansoris liber Nonus cum expositione Sillani. *In postica facie occurrit* Registrum; *et opus* Rhasis, *cum* Commentario, *incipit in secundo folio recto, a titulo:* Incipit nonus liber Almansoris: cum expositione eiusdem clarissimi doctoris Sillani de nigris de papia. *In fine:* Explicit nonus liber Almansoris cum expositione domini Sillani de papia. *Protinus* Incipit tabula capitulo4 noni libri Almansoris per ordinem cartarum. *Hac absoluta*, Incipiunt recepte magistri Petri de Tusignano (sic) super nono libro Almansoris. *Ad calcem:* Excellētissimi doctoris dñi Petri de Tusignano Recepte sup̱ nono almāsoris feliciter finiūt. Impresse Venetiis iussu et īpēsis nobilis viri Octaviani Scoti ciuis Modoetiēsis. anno Salutis. MCCCCXC. decima die aprilis.
In folio parvo.. IX. G. 3.

Textus character minor est eo, quo *Commentaria* excusa sunt. Numeravimus in unaquaque ex duabus columnis, quibus constant paginae, lineas 66.; sed uterque character gallo-francus est Foliorum numeri habentur, nec non et signaturae, desunt tamen custodes. Argumenta in superioribus marginibus notantur.

—— Alia editio, *cum* Commentariis Joannis Arculani. *In prima pagina legitur:* Practica Joannis Arculani. *Operi, vel potius Expositoris Prooemio, in tertia voluminis pagina, imminet titulus:* Expositio noni libri Almāsoris edita a clarissimo viro Joāne Arculano Cive Veronēsi. *Ad calcem sequentia verba notantur:* Noni Alman. libri finē: Cum quo et Joan. Arcu. Veronēsis expositiōes utillime (sic) in eūdē: paucis admodum exceptis capl'is ab eo morte preveniente nō explanatis felicissime adepti: Deo optimo maxīo grās agamus: atq3 oībus medicis p̄ntib' futurisq3 cōgratulemur: ꝙ nō modicū et honoris et utilitatis ex tali ope expectāt: qb' nō grave sit tantum pecunie exponere q̄tū et assiduis ī imprimēdis libro laborib' et necessarijs impēsis debite libratis et iustū et honestū vr̄: ac id sciāt q̄ cētuplū ex hui' libri fructu lucrabūt'. Venetiis mandato et expensis Nobilis viri D. Octaviani Scoti civis Modoetiensis. Per Bonetum Locatellum Bergomēsem. Quartodecīo Kal' Octob' i497. Tabula, Registrum; *et* Octaviani Scoti *signum tandem adcedunt.*
In folio parvo.. IX. F. 17.

Gallo-franci sunt characteres; sed illi, quibus exprimitur textus, superant magnitudine ceteros *Commentarii*, insertos sectionibus eiusdem; minores typi in columna qualibet plena lineas complectuntur 65. In superioribus marginibus argumenta operis *Rhasis* excusa sunt, in inferioribus signaturae; desunt tamen custodes, et foliorum numeri.

—— Aphorismi, *sive* liber de secretis in medicina latine. *Extat hoc opus impressum, et compactum cum* Aphorismis Raby Moysis. *Ad calcem hujus operis habetur sequens typographica nota:* Expliciunt amphorismi (sic) Rabi moyses et amphorismi Joannis Damasceni, et amphorismi Rasis cū pronosticis Ipocratis q̄ fuerunt inventa in suo sepulchro in capsa eburnea diligentissime Bonovie (sic) impressi: impensa Benedicti hectoris librarii: cura vero Platonis de Benedictis Stampatoris accuratissimi. Finis Laus deo.
In 4.° parvo.. VIII. B. 13.

De hac rara editione, excusa anno 1489, uti eruitur ex nota chronologica adposita in fine *Aphorismorum Raby Moysis*, *vide Tom. II. hujus Catal. pag. 156. Art.* Moysis.

—— Exemplar alterum.................................. VIII. B. 14.

—— De pestilentia, Georgio Valla *Interprete. Praeit Nuncupatoria Epistola, qua* Magnifico Equiti Jurato Paulo Pisano acutissime docto Veneto Patricio Decemviro Georgius Valla Placentinus Salutem Plurimam Dicit. *Extat cum* Nicephori Logica, *et aliis Scriptoribus ab eodem* Valla *latine versis, in quorum calce legitur:* Rhazes de Pestilentia cum omnibus operibus quae in hoc volumine continentur foeliciter explicit. *Exinde:* Impressum Venetiis per Simonē Papiensem dictum Bevilaquam 1498 die ultimo Septembris. *Huic subnectuntur signum Typographi, satis notum, et* Registrum operis.
In folio.. VIII. D. 21.

Rhaudensis. *Vide* Raudensis.

Rhodiorum. Epistola ad M. Brutum, *graece. Extat in Collectione Aldina. Vide Epistolae* Variorum Auctorum.

—— *Eadem, latine, ex* Rinucii Thettali *versione. Vide* Bruti *Tom. I. hujus Catal. pag. 128.*

—— *Eorumdem, sed recentioris aevi, Epistolae duae ad* Mahummedem II. *Insertae sunt* Mahummedis Epistolis. *Vide* Mahummedis *Tom. II. pag. 62.*

R I

Riccii Jacobi. *Vide* Ritii.

Riccii Michaelis. *Vide* Ritii.

Richardi a S. Laurentio. *Vide* Laurentio Richardi a s.

Richardi de Media Villa. *Vide* Media Villa.

Richardi Nicolai. Quaestiones de indulgentiis a Sixto iv. P. M. pro Ecclesia Xanctonensi concessis. *Praeit huic opusculo* Tractatus compositus per Johannem de Fabrica super declaratione indulgentiarum concessarum. *Ad calcem hujusmodi tractatus, qui desinit in folio quarto recto, ad lineam xiv. legitur:*

> Hoc scripsit ꝑ dubio q'dam tollē
> do ex bullis xanctoneñ indulgen-
> ciarū doctor q̄dam theologus et
> ꝑfund' magister iohēs de fabri-
> ca pictavis. M. cccc. lxxvj.

In postica hujus folii pagina incipit Nicolai Richardi *tractatus a verbis:* QUOD AUTEM papa indulgentiam dare ꝑ aīabus in purgatorio existentibus possit etc. etc. *Terminatur in folio nono averso ad lineam xxvii. his verbis:*

> Opus magistri nicolai richardi.
> in theologia magistri famosi super
> eadem bulla xanctonensi.

In penultima pagina habetur brevis resolutio quaedam Summae S. Antonini Archiepiscopi Florentini, *quae absque subscriptione terminatur ad lineam xxiii. ejusdem paginae.*

In 4.° .... XIII. A. 30.

Hi duo tractatus, qui nunc extant mss. *Romae in Bibl. Vaticana* inter libros *Reginae Sveciae*, ex Catalogo apud *Montfaucon Tom. 1. Biblioth. mss. pag. 66.* sine loco, et anno impressionis prodiere in folio; quam quidem editionem recensent Bibliographi quamplurimi, et *Hyacinthus Sbaralea* in *Supplem.* ad *Waddingum pag. 417.* refert ad annum 1487. Praesens vero editio in 4.° a *Morellio in Biblioth. Pinelliana Tom. 1. pag. 136.* et a *Denisio in Supplem. pag.561.* tribuitur anno 1476. Excusa est sine signaturis, custodibus, et foliorum numeris, typo gallo-franco rudiore; eamque ob quamdam similitudinem characteri, quo usus fuit *Iohannes Faust*, dicerem ex ipsius typographia fuisse exaratam.

Richis Leonardi de. Epistola praefixa operi Stephani de Flandria. *Vide* Flandria.

Ricii Jacobi. *Vide* Ritii.

Ricii Michaelis. *Vide* Ritii.

Rickel Dionysii. *Vide* Ryckel.

Ridolfis Laurentii de. Tractatus de usuris. *Occurrit in aversa pagina folii primi breve Typographi Monitum his verbis contentum :* Tractatus iste solennis (sic) de vsuris fuit alias iamdiu impressus: in qua impressione defuit vltima pars: que est a nobis in hoc impressa in fine: vbi sunt glose eiusdem domini Laurentii de Ridolfis. *In folio secundo recto incipit* TABULA, *quae desinit in tertio folio averso ; et protinus* Incipit tractatus cōtinēs materiam usura4 editus et cōpositus a clarissimo. V. I. interprete. d. Laurētio d' Rodulphis (sic) cive florētino ; et hoc in felici studio florentino Anno dñi. M. cccciij. dum ipe ibi cathedram ordinariam regebat feliciter. Et totum hoc qd' scribit' in prima parte: est Rubrica cū solēni repetitione. C. cōsuluit. de vsuris. *Tractatu* de vsuris *absoluto* Sequitur questio montis *; et deinde:* Dicta plurimo4 docto4 in materia montis et glose dñi Laurentij sup illis seu additiōes et rñsiones ad illa sequuntur. *Ad calcem voluminis:* Finis solennissimi tractatus de vsuris et materie montis clarissimi. V. I. interpretis d. Laurentij de Ridolfis ciuis florentini editi ab eo dum ordinarie legebat in studio florētino anno. mcccciij. Vna cū dcīs pluriū docto4 theologo4 et alio4 ab eo relatis in dcā materia mōtis cum glosis seu rñsionibus eiusdem dñi Laurentij d' ridolfis ad illa Piscie impssi impēsis nobilium iuuenū Bastiani et Raphaelis filio4 ser Jacobi de orlandis Anno nativitatis dñi. Mcccclxxxx. die xxiij. februarij Ad laudem indiuidue trinitatis glorioseq3 matris uirginis Marie.

In folio majori .... VI. G. 5.

—— Exemplar alterum .... VII. C. 5.

Rimbertini Bartholomaei. Insignis atq3 preclarus de deliciis sensibilibus paradisi liber : cū singulari tractatu de quatuor instinctibus. *Is titulus habetur in summitate primae paginae, majoribus gallo-francis litteris excusus ; cui subctitneur lignea tabula, quae* Bartholomaeum *e cathedra docentem, Monachis stipatum exhibet. In aversa pagina* Epistola fratris Donati de Brixia ordinis predicatorum in singularem atq3 pcla4 de deliciis sensibilibus paradisi librum : Incipit ; *quae desinit in prima folii secundi pagina , et in secunda* Incipit tabula in tractatu de sensibilibus deliciis paradisi ; *terminaturque in folio quarto recto. Post vacuam paginam opus incipit a Prologo, inscriptioni subjecto :* Reverendissimi in Christo patris et domini Bartholomei Rimbertini de Florentia ordinis fratrum predicatorum sacre theologie pfessoris et dei miseratione Episcopi Coronensis : liber de sensibilib' delicijs paradisi respectu omnium exteriorum sensuum corporis humani in patria. extractus per eundem dominū episcopum ex tractatu fratris Johānis de Tambaco. eiusdem ordinis et sacre theologie professoris. dum in partibus Germanie. Apostolice sedis legationis fungeretur of-

ficio: feliciter incipit. *Ad calcem post verbum* FINIS: Explicit libellus de sensibilibus delicijs paradisi: respectu omniū exteriorum sensuum corporis humani in patria: extractus per Reverendum in xp̄o patrem dominum. d. fratrem Bartolomeum Rimbertinum de Florentia ordinis predicatorum: sacre Theologie professorem: et dei miseratione Episcopum Coronensem: necnō diligēti cura correctus per v. patrem fratrem Ambrosinum de Alemania eiusdem ordinis. *Sequitur protinus* Tractatus magistri Henrici de Firmaria de quatuor instinctibus, *sub eadem signaturarum serie, et foliorum numeratione, cujus mentionem fecimus in Tom. 1. hujus Catalogi, pag. 303.; et in calce hujusmodi secundi opusculi habetur notitia typographica, his verbis contenta:* Impressum venetiis p̄ Iacobum de p̄etiis de leucho. Impēsis vero Lazari de Soardis. Die. 25. mensis octobris. 1498.
In 8.° .... II. B. 50.

RINUCII THETTALI. *Vide* Thettali.

RIPA F. IORDANO. Sermone. *Legitur in summitate primae paginae:*

SERMONE: CHE: FECE: VN: FRA: IOR:
DANO: IN: PISA: DEL: CORPO: DE: CH
RISTO: VNO: GIOVEDI: SANCTO.

Ad calcem Sermonis: EXPLICIT: SERMO: CORPORIS: CHRISTI.
In 4.° .... XIII. A. 7.

Sermo hic adjunctus est editioni *S. Antonini Confessionalis* excusae anno 1472. quam notavimus in Tom. 1. hujus Catal. pag. 39., ubi de loco, et typographo, nec non de raritate ejusdem satis dictum fuit. Constat opusculum 10. foliis, et Confessionale habet 79. absque signaturis, custodibus, et foliorum numeris.

RITII, *vel* RICCII IACOBI DE ARETIO. Annotata in logicam Pauli Veneti. *Legitur in principio columnae primae folii primi recti:* (I) Ncipiunt quedam obiectiones et annotata super logica Pauli Veneti edite per egregium artium et medice (sic) doctorem Magistrum Iacobum riccium de Aretio. *Ad calcem:* Expliciunt quedā annotationes sup̄ logica P. V. edite p̄ eximiū artium et medicine doctorem magistrum Iacobum Riccium de aretio. *Post spatium duarum linearum:* Imprexum (sic) Florentie apud Sanctum Iacobum de ripoli. *Deinde:* Finito libro isto Laus sit et gloria cristo.
In 4.° .... XII. B. 15.

Sine nota chronologica. Memoratur praesens editio in *Catal. Biblioth. Capponi pag. 418.* a *Denisio in Suppl. pag. 652.* et a *Panzerio Tom. 1. pag. 431.* Ea est parum obvia, duplici columna excusa; et in qualibet earum, dummodo sit integra, numerantur 33. lineae. Desunt foliorum numeri, et custodes; et tantummodo signaturae visuntur litteris, romanisque numeris instructae.

RITUALE ECCLESIAE ROMANAE. *Praeit* La tavola di tutte le cose che si contengono nel presente libro, *quae in eadem prima pagina desinit. In secundo recto*

incipit Benedictio Cere. *Terminatur in folio lxxiv. recto, ad lineam ix. et post verbum* FINIS, *extat sequens nota typographica:*

> Impressum Florentie per Anto
> nium Francisci uenetum.
> Anno ab incarnatiõne (sic) domini M.
> CCCC Lxxvi. tertio nonas Martii

In 4.° parvo... XIII. D. 33.

Ab hoc libello initium imprimendi sumsit *Antonius Franciscus Venetus*, haud ab anno 1487. uti scripserunt *Panzerius*, *Audiffredus*, aliique; neque Florentina prela hoc anno 1476. otiosa manserunt, ita ut tantummodo *Donati Grammaticam* impresserint *apud S. Iacobum de Riposi* quod docuit *Fineschius*. Hujusmodi vero rarissimae editionis neque in operibus horum clarissimorum virorum, neque in Catalogis, aliisque monumentis, quae mihi ad manus sunt, vestigium aliquod deprehendere potui. Characteres rubri, et nigri, gallo-franci, majusculi, nitidae chartae impressi sunt, et quaelibet pagina constat lineis 21. Initiales, quae deerant, colore rubro adjectae sunt Miniculatoris industria. Signaturae instructae litteris, Romanisque numeris visuntur in inferiori margine, in quibus omittuntur custodes, uti et in superioribus plagularum numeri.

R O

ROBIATINI CALLIPHILI BERNARDINI. Epigramma in Francisci Philelphi Poëtae Praeceptoris sui Satyras. *Extat impressum ad calcem* Satyrarum Philelphi. *Vide* Philelphi.

RODERICI SANCII Episcopi Zamorensis. *Vide* Sancii.

RODULPHIS LAURENTII DE. *Vide* Ridolphis.

ROLANDINI DE BONONIA. *Vide* Rudulphini Orlandini.

ROLEWINCH WERNERII LAERII, Chartusiani. Fasciculus temporum. *Praeit* Tabula brevis et utilis super libello quodā q̄ dicitur fasciculus tēmpo4 ubi invenitur punctus (*sic*) ante nume4 est in p̄mo latere: ubi vero post in secūdo latere; *haec vero septem impressis foliis absolvitur. Prologus sine titulo incipit:* Generatio et generatio laudabit etc. etc. *Operi titulus imminet:* Fasciculus tempo4 cronicas complectens: incipit feliciter. *Typographica nota paulo ante operis finem excuditur, et huic quodammodo inserta adparet:* Chronica q' dr' fascicul' tempo4: edita in alma universitate colonie agrippine a quodā devoto cartusiensi: et imp'ssa Venetiis singulari industria atq3 impensa Georij (*sic*) Walch alamani (*sic*) āno dn̄i 1479. Sixto quarto pontifice maximo: finit feliciter.
In folio parvo... XX. F. 30.

Quamvis nomen Auctoris hoc opus haud praeseferat, constat tamen a *Wernerio Rolewinch de Laer* patria *Westphalo*, ex dioecesi *Monasteriensi* oriundo, ordinis Chartusiensis, domus *S. Barbarae Coloniae* Monacho. De eo vide *Trithemium*, et *Petrucium* in *Bibliotheca Cartusiana*. Scripsit *Rolewinch* praeter alia plura, ut ipse *Ioan. Trithemius* enarrat, *Fasciculum temporum*, cum circulis ab exordio mundi, usque ad tempora *Sixti papae iv*. Exinde hoc Chronicon continuavit *Ioannes Linturius* usque ad annum 1614. Ita apud *Oudinum Comment. Script. Eccles. Tom. iii. Col. 2738*. Plures hujus operis editiones nostram jam praecesserunt: prima *Coloniae* anno 1474.: secunda *Lovanii* an. 1476.: tertia *Spirae* 1477: quarta ex *Nicolai Fotz de Selzstatt* Typographi Coloniensis officina anno 1478. in lucem prodiit: quintum locum praesens meretur, quae cum alia Coloniensi hoc eodem anno lucem adspexit. Confer *Clement. Bibl. Tom. viii. pag. 250. ad 53.* et *Baur Bibl. Univers. Tom. i. pag. 276.* qui omnes has editiones insignis raritatis nota honorat. Hujus Venetae editionis typus gallo-franci moduli lineas 49. explet in paginis integris Prologi; nam textus operis circulis, et figuris ligneis interpolatus adparet. Nec custodes, nec signaturae occurrunt; sed foliorum numeri tantummodo habentur. Initiales ligno sunt insculptae; ac totum volumen, excepta Tabula, constat 69. foliis.

—— Exemplar alterum.................................... XX. F. 31.
—— Alia editio, *quae cum praecedenti convenit, exceptis iis, quae hic notamus: ad calcem operis Genealogia* B. M. V. *et* S. Joannis Baptistae; Catalogus Mansionum Iudeorum, *ex libro* Numerorum, *aliaque reperiuntur; cum schematibus opportunis; quibus absolutis, notavit Typotheta:* Explicit chronica que dicit' Fasciculus tempo4 edita p' quendū carthusiēsem. Nunc se-

cūdo emendata cum quibusdam additionib⁹: usq3 ad hec nostra tempora. Venetiis impressa: cura impensisq3 Erhardi ratdolt de Augusta. Anno dñi M. CCCC. LXXX. xxiiij. mens⁹ novembris Xisto. iiij.° pontifice maximo et Ioanne mocenico: Duce. lxvj. huj⁹ alme urbis Venet.⁹ Laus Deo.

In folio parvo... XX. F. 32.

—— Exemplar alterum.................................... XX. F. 33.

—— Alia editio. *Post* Tabulam, *septem foliis contentam*, *sequitur* Prologus, *qui titulum praesefert:* Fasciculus temporum omnes antiquorum cronicas cōplectens incipit foeliciter. *Protrahitur* Chronicon *usque ad annum* 1481., *quod sequuntur verba :* Fasciculus temporū oēs quasi antiquas chronicas (*sic*) mortalium usq3 ad hec tempora cōplectens feliciter explicit. Impressusq3 impensa et arte mira Erhardi rodolt (*sic*) de augusta. 1481. 12. caleñ. Iañ.

In folio parvo... XX. F. 34.

Integram paginam *Prologi* implent lineae 50. Signaturae, et custodes a qualibet plagula exsulant; numeri foliorum vero occurrunt. Initialis littera, circuli, et alia in textu occurrentia ligno sunt incisa Typus gallo-francus minutus, sed elegans chartae albae, firmaeque adhaeret.

—— Exemplar alterum.................................... XX. F. 35.

—— Exemplar tertium, *quod extat compactum cum* Eusebio. XXI. F. 14.

—— Alia editio, *admodum similis editioni anni* 1480. ; *sed desinit cum* Genealogia S. Ioannis Baptistae. *In primo folio averso imprimitur Epistola Nuncupatoria Typographi, sub epigraphe:* Nicolao Mocenico Magnifici. D. francisci patricio veneto Erhardus ratdolt. Salutem. *Sequitur* Tabula *septem contenta plagulis, quam excipit opus ; eoque absoluto, majusculis formis haec Typographus notavit:* Erhardus Ratdolt Augustensis impressioni paravit. Anno salutis. M. cccc. lxxxiiii. v. calen. Junii. Venetiis Inclyto principe Ioanne Mocenico. *Adcedunt* Genealogiae B. M. V. *et* S. Ioannis Baptistae, *quae paginam ultimam vacuam relinquunt.*

In folio parvo... XX. F. 36.

—— Exemplar alterum.................................... XX. F. 37.

—— Exemplar tertium..................................... XX. F. 38.

—— Alia editio *praecedenti simillima. Prologo praefigitur titulus:* Fasciculus temporū omnes antiquo4 chronicas strictim complectens felici numine incipit. *Inter finem operis, et principium Genealogiarum, de quibus in praecedenti editione egimus, haec habentur excusa:* Erhardus Ratdolt Augustensis impressioni paravit: Anno salutis M. ccccIxxxv. vi. idus. Septembris Venetiis Inclyto principe Iohanne Mocenico.

In folio parvo... XX. F. 39.

—— Exemplar alterum.................................... XX. F. 40.

—— Exemplar tertium..................................... XX. F. 41.

Romae Mirabilia. *Is titulus legitur in summitate primae paginae. In folio nono recto, ad lineam xvii. opus absolvitur verbo*, AMEN, *et exinde :*

:: FINIS ::
:: LAUS DEO ::
:: M :: CCCC :: LXXV ::
:: XII :: APRILIS ::
:: G :: :: TARVISII :: :: F. ::

Hae Siglae a Denisio *in Supplem. pag.* 59. *interpretantur* Gerardus de Flandria, *Tarvisinus Typographus.*

In 8.° .... XII. A. 79.

Romanae Rotae Decisiones antiquae, et novae, *correctae*, *et emendatae per* Marianum de Cuccinis. *Vide Tom.* 1. *hujus Catal. pag.* 240. *Art.* Decisiones.

—— Decisiones Antiquae, *cum collectione* Decisionum Guillelmi Horboch. *Vide* ibidem.

—— Decisiones Novae. *Vide ibidem pag.* 239.

Romani Aegidii. *Vide* Aegidii Romani.

Romani Ludovici. *Vide* Pontani Ludovici.

Romani Pontificis. Epistolae duae ad Mahummedem II. Extant cum Mahummedis Epistolis. *Pontifex Romanus*, *cujus sub nomine hae Epistolae scribuntur*, *videtur* Pius II. *Vide* Mahummedis.

Romanis Rolandini de. *Vide* Rudulphini Orlandini.

Romani Senatus Epistolae. *Vide* Senatus.

Romanorum Gesta. *Vide* Gesta Romanorum.

Romanorum. Presbyterorum, *et* Diaconorum Epistola ad S. Cyprianum. *Extat cum* S. Cypriani Epistolis. *Vide* Cypriani.

Romantiis Rolandini de. *Vide* Rudulphini Orlandini.

Rombaldis Benevenuti de. *Vide* Rambaldis.

Romulei Pauli Regiensis. Apologia pro Georgio Merula adversus Cornelium Vitellium. *Praeit titulus :* PAULI ROMULEI REGIENSIS AD REVERENDISSIMUM IN CHRISTO PATREM ET DOMINUM PETRUM DANDULUM DIVI MARCI PRIMICFRIUM (sic) PRO GEORGIO MERULA ALEXANDRINO : ADVERSUS QUENDAM CORNFLIUM (sic) VITELLIUM APOLOGIA *His verbis subjacet Nuncupatoria Epistola ; et in folio secundo averso inci-*

pit opusculum, cujus ad calcem legitur, FINIS, *exindeque :* Impressum fuit hoc opus Venetiis. De anno. M. CCCC. LXXXII. die vero xiiii. novembris.
In 4.° parvo... XII. D. 34.
—— Exemplar alterum, *quod extat compactum cum* Abstemio. IX. B. 67.
—— Exemplar tertium................................ IX. B. 68.

ROSATE ALBERICI DE. Tractatus de testibus. *Visitur in prima voluminis pagina Corbis ansatus, qui, ut Denisius observat pag.386., signum Typographi repraesentat; nam Corbis, vulgo Gerla, Typographi cognomini consonat: Siglae* L. G. *hinc, et illinc expressae sunt. Huic subnectuntur sequentia verba, majoribus gallo-francis typis impressa, scilicet:* Subtilis ac perutilis tractatus de testib⁹ Albrici de rosate. *In secundo recto folio opus incipit a titulo:* Subtilis ac perutilis Tractatus de testibus Albrici. d⁹rosate doctoris osumatissimi. sine quo perfecte hec materia haberi non potest. *Ad calcem secundae columnae folii XVII. aversi opus absolvitur, et nota typographica hoc pacto signatur:* Impressum Papie per Leonardum de gerllis. (sic) anno domini. Mccccl xxxxvii. die xv. Marcii. FINIS. *In penultima pagina occurrit in prima columna Registrum, et in secunda denuo signum Typographi.*
In folio majori... VI. G. 29.
—— Opus in primam digesti veteris partem. *Titulus praefixus in prima columna folii primi sic habetur :* In Christi nomine Amen. Incipit Lectura super prīa parte. ff. veteris : edita per Excellentissimum et Facūdissimū Iurisutriusque peritum : dnūm Albericum de Rosate Pergamensem. *Ad calcem secundi voluminis nota typographica hoc pacto habetur :* Clarissimi iuris utriusq3 interpretis domini Alberici de Rosate Pergamensis opus in primā ff. veteris partē perq̄3 emēdatissimum opera et impensis Andree Portilie litteris eneis Regii diligentissime impressum finit. Anno domini Millesimo quadringentesimo octogesimo quarto pridie Idus Ianuarii impātē divo Hercule Hestensi Ferrarie principe invictissimo. *In penultima pagina habetur* Registrum.
In folio majori. Tom. duo................................. VII. C. 14. 15.

De hac parum obvia editione, vide *Tiraboschi Bibl. Mod. Tom. VI. pag. 177.* Excusa est charactere gallo-franco, qui lineis 70. replet columnam quamvis, ex duabus, quibus excusum est opus. Signaturae tantummodo habentur, haud vero foliorum numeri, et custodes.

—— Incipit lectura edita per famosissimū utriusq3 Iuris doctorem dnm Albericū de rosate sup secūda parte. ff. veteris. *Haec leguntur in prima columna folii primi recti; ad calcem vero operis:* Explicit lectura domini Alberici de Rosate. sup secūda pte ff. vet. Impressa Papie. Opera impēsis domini Ioānis de lignano Mediolanēsi (sic). Sub anno a nativitate domini. M. cccc. lxxxxix. die xviij. Marcij. *Huic subnectuntur* Registrum hujus operis, *et Privilegium a Principe Mediolanensi Typographo concessum* etc.
In folio majori.. VII. C. 16.
—— Commentaria super VI. VII. VIII. et IX. lib. Codicis. *Nullo praemisso Prooemio absolute* Albrici de roxate lectura aurea super sexto codicis inci-

pit. *Ad calcem voluminis:* Expliciunt cōmmentaria excellētissimi. I. V. doc Dñi Alberi. de rosa. sup vi. vii. viii. et ix. C. Impssa Mli°. p Vldericū scinzēzeler. anno salutis dominice. Mcccclxxxxij. die. xxviij. Iulij. *Sequuntur* REGISTRUM, *et signum Typographi, jam alibi notatum.*

In folio majori... VII. C. 17.

ROSELLA SUMMA. *Vide* Trovamala Baptistae de.

ROSELLIS DE ARETIO ANTONII DE. Tractatus de potestate Imperatoris, et Papae. *In postica pagina folii primi extat* Prohemium generale *in columna prima, et in secunda* Prohemium speciale. *In secundo recto incipit* Tabula Operis pñtis de potestate pontificis maximi romanorūq3 imperatoris etc. etc. *qua absoluta in tertio folio recto, post vacuam paginam, habetur quarto folio:* In hoc libro feliciter incipit tractatus de potestate imperatoris: ac pape: Et an apud papam sit potestas utriusq3 gladij. Et de materia cōciliorum: qui appellatur monarchia: Editus per Excellentissimū utriusq3 iuris doctorem dominū Antoniū de rosellis de aretio. *In prima columna ultimi folii aversi:* Finit tractatus de potestate impatoris ac pape: et an apud papam sit potestas utriusq3 gladij: et de materia concilio4 qui appellat° monarchia editus p excellentissimū iuris utriusq3 doctorem dominū Antoniū de rosellis de aretio. Impensisq3 et arte Hermāni Lichtenstein Coloniēsis ē impressum anno salutis millesimo quadringentesimo octuagesimo septimo Noñ. caleñ. Iulij Venetiis. *In secunda columna habetur* Registrum charta4, *cum prospectu totius operis.*

In folio.. VI. E. 32.

—— Tractatus de jejuniis. *Occurrit in prima pagina* Tabula huius tractatus, *cui protinus subjungitur ipse* Tractatus de ieiuniis compositus per dominum Antonium de Rosellis utriusque iuris doctorem. *Absolvitur in folio quinto recto his verbis:* Ideo animum ad ieiunia elevetis: ut dominus sit in retributione vobiscum. Amen. Finis.

In 4.° parvo.. III. C. 18.

Fugit haec editio diligentissimum *Audiffredum*, et tantummodo memoratur a *Panzerio Tom. II. pag.555.* Constat ex v. *foliis*, quorum ultima pagina est vacua; eaque est charactere impressa minus eleganti *Eucharii Silberi*, cum signaturis tantum.

—— Tractatus de Usuris. *Praemittitur* Tabula huius tractatus, *in quo sexdecim quaestiones enodantur. Huic adcedit ipse* Tractatus de usuris editus per dominum Antoniū de Rosellis. *In calce nulla subscriptio.*

In 4.° parvo.. XIII. A. 28.

Opusculum est foliorum sex, et ultimum est album in aversa pagina. Extat excusum charactere minus eleganti *Eucharii Silberi*, sine signaturis, foliorum numeris, et custodibus. Memoratur ab *Audiffredo pag. 357.*

ROSENHAYM PETRI DE. Memoriale roseum divinorum eloquiorum. *Notitia operis simul, et impressionis occurrit in averso folio primo, excusa majori charactere, his verbis contenta:* Opus aureum: Appellatum merito roseum memoriale divino4 eloq°o4: totam veterem: novamq3 sacram scripturam breviter

et substātialiter continēs : Carminibus miro ingenio : et incredibili ordine compositum p⁹ reverendum pr⁹em petrum de rosenhaym : olim monacum Monasterii medlicensis : ordinis Scī Benedicti : pataviensis diocesis : noviter ad lucem editum cum prius latitaret : emdatumq3 fideliter precibus ac instantia reverēdo4 pr⁹um predicato4 de bononia p⁹ Clarissimū. U. I. doctorē : eqtēq3 īsignē dnm. Ludovicū : Johannē de bologninis actu legentē ordinarie iura civilia ī vetustissimo. B. studio opera expensisq3 Discreti viri Benedicti librorum mercatoris fidelis : Anno domini. Mcccclxxxyiiii. die xxyiiii. Octobris. *In folio secundo incipit Auctoris Epistola in prorsa oratione ad* Brandam Cardinalem, *minori expressa charactere, quae in aversa folii tertii pagina terminatur. Incipit hisce verbis:* (R) Everendissimo in xp⁹o pr⁹i et dño. d. Branda divina miseratiōe sancti Clementis : Sacro sancte Romane ecclesie presbitero Cardinali Placentino vulgariter nuncupato frater Petrus de Rosenhaym monachus monasterii Medlicensis sedi romāe immediate subiecti ordinis sancti Benedicti Pataviensis Diocesis. *Fatetur Auctor in hac Epistola se* Guidonis Ferrariensis *opus* Margaritam *nuncupatum, imitatum esse, et nonnulla edisserit circa opus suum lectu certe non indigna. In folio quarto incipit Prologus metricus sequentis operis, intentionem, et causam exprimens, qui in prima pagina folii quinti desinit. Dein sequuntur duo* Canones, *qui usum hujus operis declarant. In folio undecimo opus incipit hexametris, et pentametris versibus latinis conscriptum, cujus priora verba :*

Astripotens celum terram. speram. mare. germen.

In aversa folii xlviii. pagina, Explicit antiquae memoranda historia legis. Incipit hic statim lex nova feliciter. GENESIS *enim initium praebet operi,* APOCALYPSIS *finem ; ita ut in folio lviii. averso opus absolvatur. Adcedit in penultima pagina* Destinatio operis *metrica ad* Brandam Cardinalem, *quam excipiunt tetrastichon sub Auctoris nomine, et epigramma, cujus auctor ita praefigit nomen suum:*

LVDOVICVS BOLO
GNINUS. V. . I.
DOCTOR
ET EQ
VES

Legitur tandem FINIS.

In 4.° parvo.. X. B. 18.

Character, quo exprimitur opus, duplex est, major scilicet, qui lineas 26. occupat in paginis, et minor, qui lineas 35; uterque tamen semper rotundus est. Custodes, et foliorum numeri desiderantur, haud vero signaturae, quae instructae cernuntur majusculis litteris, quibus aliquando sociantur Romani numeri, aliquando Arabici. In marginibus extant postillae, quae textum scripturarum referunt. Initiales minoribus formis impresserat Typographus; Minicularius rubro, et caeruleo colore majores adpinxit.

Rosetum Exercitiorum spiritualium, et sacrarum meditationum. *Vide in Appendice* Mauburnii Joannis.

Rosonii Dini, *seu* DYNI DE MUGELLO. De regulis juris, *hoc est*, Commentarium super titulo de Regulis juris. *Nulla praefigitur Praefatio, nulla Tabula, sive Index; et volumen statim incipit ab ipso opere, praefixo hoc titulo:* Incipit Dynus de regulis iuris. li. vi. *Ad lineam xxxix. secundae columnae folii liv. recti opus sequenti nota typographica terminatur:* Finis Regularum iuris. eximii doctoris domini Dini Rome impressarum per Magistrum Adam Rot. Meteñ. dioc. clericum. Anno Salutis. Millesimoquadringentesimo Septuagesimosecundo. Quindecima (sic) Septembris. Sub Sixto IIII. Pontifice Maximo.
In folio magno.. XII. I. 41.

Editio haec ob praestantiam, et raritatem apud eruditos Bibliographos est in pretio. Luculenter recensetur ab *Audiffredo pag. 104. Denis in Suppl. pag. 16. Laire pag. 188.* et in *Catal. Ducis de la Valliere Tom. 1. pag. 354.* Excusa est charactere Romano duabus columnis linearum 50. sine Registro, foliorum numeratione, custodibus, ac signaturis.

—— Alia editio, *quae eundem titulum gerit in principio voluminis, scilicet:* Incipit. Dynus de regulis iuris. Libro vi. *Opus in folio xxxvii. averso absolvitur, ad lineam xxiv. primae columnae, cui protinus nota typographica subjungitur, nempe:* Finis regularum iuris Eximii doctoris Dyni impressarum rome apud (sic) sanctum Marcum āno a nativitate domini millesimo quadringentesimo septuagesimosexto. die vero Jovis vicesima octava mensis novembris Sedente Sixto Quarto Pon. Max. pontificatus eius anno sexto. *Huic subnectitur sequens Epigramma:*

> Que quondam antiquis late disiecta libellis.
> Et procul in variis iura fuere locis.
> Cernite nunc melius titulo collecta sub uno.
> Conveniunt: pulchro est ordine facta uia.
> Et veterum ambages quoniā discutere longū ē.
> Clausum est angusto ius generale loco.
> Qui mō cunq3 velis, canonū cōphēdere normas
> Hec tibi que Dynus ꝑlege scripta dedit.

In secunda columna ejusdem folii habetur Registrum dyni de regulis iuris.
In folio magno. *Extat compactum cum* Santo Geminiano......... VI. G. 19.

Editio rara, quae nec *Audiffredo*, nec *Laire*, ut suspicor, ad manus fuit; eam quippe referunt ex auctoritate *Io. Georg. Schelhornii Amoenit. litt. Tom. III. pag. 132.* Duplicem characterem elegit Typotheta, gallo-francum nempe in textu, et Romanum in Commentariis ad columnas linearum 62. explendas. Nullus ante oculos versatur custos, aut plagularum numerus, aut signatura mihi editionem consideranti: plagulis 37. chartae quodammodo fuscae, sed firmae, et plana superficie commendabilis opus absolvitur.

—— Alia editio, *quae titulum habet, ut in praecedentibus editionibus notavimus. In folio* xxvi. *recto, ad lineam* xxviii. *secundae columnae opus desinit, et nota typographica subnectitur his verbis:* Finis regularum iuris.

eximii doctoris domini Dini. Impressum venetiis per Andream papien. Anno salutis M. cccc. lxxxiiij. die x. Junii. sub inclito principe Joanne Mocenico. *Deinde:* Novimus quãti nobis sit suffragij lectura summi optimiq3 viris (sic) Monarche Dini: nam inter omnes iuris pontificij atq3 cesarei primum locũ: aut quasi pro certo obtinere dinoscit9 Sed potissime hoc in ope demõstravit vires ingenij: qtũq3 elaborarit sudaverit alseritq3 propter sacratissimas leges capescẽdas (sic). nam quid est qd9 breviter oĩa utriusq3 iuris nõ plegat? qd9 iuris enigma intactũ relinquitur: quũ ex iure toto regula fiat: non tamen ius ex regula sumitur. ideo omnis iuris pars in regulis traditur: si regulas recte compositas asseris quo fit ut si breviter oĩs iuris partes velis ãnotare: hoc nullo modo nullove precio careas: qd9 si feceris sũmos fructus in dies accipies. Vale. *Subnectitur* Registrum.

In folio mãgno.. VII. C. 25.

—— Exemplar alterum.................................... VI. C. 19.

—— Alia editio, *quae terminatur ad lineam xxv. primae columnae folii xxix. recti, et in secunda columna legitur primum :* Finis regularum iuris eximij doctoris domini Dini. Impressum venetijs per Ioannem Furliviensem (sic). Anno salutis M. cccc. lxxxvi. die. xxv. aprilis. sub inclyto principe. Marco barbadigo; *exinde Monitum, quod in praecedenti editione notatum est; et tandem* Registrum hujus operis.

In folio magno.. VI. C. 27.

—— Incipit tractatus pscriptionũ compositus per dominũ dyñu de Mugilo legum doctorem. *Is titulus praefigitur operi. Ad calcem :* Explicit tractatus prescriptionũ. *Extat hoc opusculum in collectione* Iuris variorum tractatuum, *cujus in calce legitur:* Impressus A. Dñi Mccccclxx. *Vide Tom. I. hujus Catal. pag. 425. Art. Iuris, ubi satis dictum est de hac rarissima editione.*

Rotherii Guidonis. *Vide* Monterochen Guidonis de.

Rotingo Philippi de. *Vide* Perusini Fortunati.

Roxane Albrici de. *Vide* Rosate Albrici de.

R U

Rudulphini Orlandini. Summa artis Notariae. *Prima voluminis pagina est vacua, et in secunda incipit Tabula* Orlādini rudulphini Bononiēsis viri prestantissimi in summam artis notarie, *quae desinit in folio quarto averso. Opus initium sumit a Praefatione, cui imminet titulus rubro colore excusus, hoc pacto:* Orlandini rudulphini bononiensis viri prestantissimi in summam artis notarie prefatio. *In secunda columna folii xcii. recti, post lineam xix. legitur* Finis, *deinde haec notitia typographica:* Impressum Venetijs. die. xij. mēsis Decemb.ᵒ 1489.
In 8.°.. XII. E. 22.

Editionem hanc penes Bibliographos plurimos, quos adii, reperire mihi hactenus non contigit. Characteres gallo-francos conspicuos adhibuit innominatus Typographus in hac editione cudenda, iisque replevit in quavis integra columna lineas 39.

—— Apparatus super summa Artis Notariae, cum additionibus Petri de Unzola. *Legitur in folio primo recto majoribus gallo-francis typis:*

Corpus totius artis notarie perfectum: cū omnibus glo-
sis necessarijs: aurore et meridiane: ac apparatus no-
tularū et flore. D. Rolādini: Necnō cū novissima (sic)
apparatuq3 iudicio4. D. Petri de vnzola:
cū aliis Cōmentarijs moderno4 sup̱ tota
summa. D. Rolādini: et cū novellis alijs
additionibus ac testamento angeli: et
cōpendiosa Tācredi de Corneto
sup̱additis tam ad theoricam q̄
ad practicam noviter ordina-
tum et in lucem editum.
Auctore preclaro Iu-
ris doctore Domino
Bartholomeo
ab horrario
Patavino
†.

In postica pagina habetur Epistola, qua Bartholomeus ab horrario iurisconsultus patavinus. Omnibus et singulis artis notarie studiosis: tam tyronibus q̄ veteranis. S. P. D. *Incipit enim:* CUM NEMINEM VESTRUM LATEAT. SCRIBE etc. *Tam inscriptio, quam primus versus sunt rotundo charactere, reliqua totius Epistolae gallo-franco typo excusa. Titulus praeit operi:* Apparatus Rolandini notarii Bononiensis clarissimi super summa notarie qui aurora nuncupatur. cum additionibꝰ insertis Petri de Vnzola notarii Bononiensis et iurisperiti doctissimi quod opꝰ pro sui excellentia moderni Meridianam appellant. *Opere*

integro absoluto, haec descripta verba reperiuntur: Explicit apparatus Rolandini notarii bononiensis clarissimi super notaria que Aurora nuncupatur cum additionibus insertis Petri de Anzola (sic) notarii bononiensis et iuris periti doctissimi : quod opus pro sui excellentia moderni Meridianam appellāt Impressum Vincentie p'me magistrū Henricū librariū de sancto Vrso. Anno dñi. MCCCC.LXXXV. die. XXI. Aprilis. Laus deo et virgini Marie Amen. Registrum, *et signum Typographi in eadem pagina, quae ista refert, occurrunt. Tabula exinde adcedit, cui vacuum superest folium*

In folio.. VI. E. 6.

Errat *Facciolus pag. 24.* cum refert praesentem editionem ad annum 1475. Hoc enim anno *Henricus de Sancto Urso* typographicam artem nondum exercebat. Columna quaevis, ex duabus quae paginas singulas implent, constat lineis 48. rotundi characteris. Initiales, custodes, et foliorum numeros frustra quaeret voluminis hujus plagulas quicumque evolvendas adsumet.

—— Exemplar alterum.. VI. E. 7.

—— Flos testamentorum. *Praeit Prooemium, cujus initium:* IN CHRISTI NOMINE AMEN ANNO MILLE. etc. *In hoc Prooemio* Orlandinus *causam exponit, ob quam ipse scripserit hunc tractatum, cujus ultima verba sunt:* Igitur iubentibus reverendissimis patribus et dñis meis quibusdam ex divinis (sic) ordinis fratribus predicatorum : quos pro comuni utilitate sancta movit affectio : et instantibus vobis dilectissimi frēs et socii : quos mihi fervens iungit caritatis affectus. Ego fidelis operarius Vester Rolandinus boñ. not. hunc super extremis defficiēcium (sic) arbitriis amenissimum florem d' pratis excellentissimorū iuris romani philosophorum principum dñorum V3 azonis et Acursii et odofredi vobis carpe fideliter studui et offerre quem si avide suscepitis et devote : manus et intima vestra miri ac indefficiētis odoris sui fragantia redolebūt. *Prooemium excipit* totius opis divisio, *ex qua* Constat quadruplicem esse spēm ultime voluntatis. S. testamentū : codicillum et donationem causa mortis : et epl'm. Verum quoniam ad epl'am vix : aut nunq̄ temporibus nostris recurri visum est etc. etc. etc. Idcirco epl'a pretermissa. de trib' primis speciebus agendum est. etc. *Ad lineam xvi. secundae columnae folii xxxiii. recti,* Explicit flos de testamētis domini Rolandini de passageriis. *Sequuntur flores legum, seu auctoritatum, congeries juris civilis, cum allegationibus librorum, ex quibus sumuntur. Opus absolvitur in prima columna folii xxxiv. aversi, ad lineam xi. hac conclusione :* Et sic est finis. Laus sit deo. *In secunda columna occurrit* Registrum.

In folio parvo.. VII. E. 7.

Sine notis typographicis. Disceptatur inter Eruditos, an *Orlandini Rudulphini Flos testamentorum* unquam fuerit editus absque *additionibus Petri de Unzola. Panzer Tom. 5. pag. 338.* tres tantummodo notat hujus operis editiones, notis typographicis ornatas, scilicet *Bononiensem an. 1475.* per *Henricum de Colonia; Venetam an. 1489.* per *Ioh. Hamman; Bononiensem* secundam per *Dionysium Hectorem an. 1494.;* omnes tamen sunt cum *additionibus Petri de Unzola. Mittarellus* in *Appendice librorum Saec. xv. Monasterii S. Michaelis de Muriano Venetiarum pag. 404.* aliam hujusmodi operis editionem refert in qua *notae impressionis non apponuntur;* attamen ea est, ut inquit, *cum additionibus Petri de Unzola* (sic) *textui superadditis suis locis. Fantuzzi Tom. vi. pag. 307. Notizie degli Scrittori Bolognesi Rudulphini* opera, eorumque editiones

expendit; sed nec verbum unum dicit de praesenti editione, quae est sine ulla typographica notitia, et sine *Additionibus* praedictis; nec Bibliographi, saltem quos ad manus habeo, de ea unquam mentionem fecerunt; ita ut haec primum a nobis excitetur. Columna quaevis integra lineis instruitur 43 semi-gallo-franci characteris, qui nitidus tamen est, et luculentus. Initiales litterae, custodes, et paginarum numeri frustra quaerentur. Signaturae parvis elementis instructae sociantur Romanis numeris, sed earum ordo tam male compositus, ut ex iis haud colligi possit fasciculorum numerus. Specimen earum varietatum refero. Fol. II. signatur *a.* ii. fol. IX. *b.* iii. fol. XV. *c. ij.* fol. XIX. *d. j.* fol. XXV. *e. iii.* fol. XXXI. *f. ii.* Sequuntur tria alia folia, in quibus nullum extat signum.

RUFFINI. *Vide* Rufini.

RUFI SEXTI. De historia Romana libellus ad Valentinianum II. *Praecedit Epistola, qua* Angelus Tiphernas: amplissimo dño Baptistae de Ursinis Camerae apostolicae Clerico. S. D. *Huic adcedit Epistola brevis ejusdem* Tiphernatis *opusculo praefixa, quod sequitur, cum titulo:* Sexti Ruffi viri consularis Valentiniano Augusto de Historia Ro. Libellus incipit. *Desinit in folio octavo averso; et post lineae unius spatium, legitur:* Sexti Ruffi viri consularis Valentiniano Augusto de hystoria Ro. Libellus finit. Impressus Romae per Stefanū Planck. An. Mccccxcij. die. xix. Januarij.
In 4.° parvo .... XIII. D. 42.

—— Alia editio, *ex emendatione pariter* Angeli Tiphernatis, *cujus Praefatio ad* Baptistam de Ursinis, *operi praefigitur, ut in praecedenti editione. Titulus sic extat:* Sexti Ruffi. uiri consularis Valētiano (sic) augusto de historia. Ro. libellus Incipit. *In fine:* Sexti Ruffi uiri consularis Valētiano Augusto de historia. Ro. Libellus Finit.
In 4.° parvo .... XI. A. 25.

Sine typographicis notis. *Audiffredus pag. 387.* hujus *Romanae* editionis *Schureneri de Bopardia*, vel *Gensbergii* meminit. Folia duodecim sunt sine signaturis, custodibus, numeris plagularum, et initialibus litteris; et rotundus character lineas 29. complectitur integra pagina.

—— Exemplar tertium .... XI. B. 14.

—— Alia editio, *cui adcedit* Xiconis Polentoni de aedificatione urbis Venetiarum *opusculum. Titulus impressus hujusmodi est:* RUFFI. SEXTI. VIRI. CONSULARIS. RERUM. GESTARUM. P. R. V. AUGUSTO LIBER. INCIPIT. *Ad lineam vii. folii xvi. recti absolvitur opusculum hac conclusione.* Ruffi sexti uiri Consularis rerum gestarum. P. R. V. Augusto liber explicit: *Protinus* Rufi *libellum excipit ad Medicum quendam,* Michaelem, *scilicet* Savanarolam, *Epistola Auctoris anonymi; quem tamen esse* Xiconem Polentonum Patavinum, *ex ipsamet Epistola plane deprehenditur. Est vero ejus inscriptio:* DE. AEDIFICATIONE. VENETIARUM. FOELICITER. INCIPIT. *Sequitur sine ullo titulo Annotatio quaedam de urbis* Patavinae *primordio, cujus initium:* Paduam vero civitatem esse etc. *Finis libello imponitur, hisce verbis:*

Ruffi sexti uiri Consiliarius (sic) rerum
gestarum. P. R. V. Augusto liber fi.
Item De aedificatione Venetiarum.
...: Finis ...:

In 4.° parvo... XII. B. 73.

Omnium fortasse prima haec editio est, qua prodiit opella; sine numeris, signaturis, et custodibus, charactere Romano, eoque elegantissimo, ac omnino eodem, uti autumat Eruditissimus *Morellius Tom. II. pag. 88.* quo *Florentius de Argentina* impressit anno 1472. *Orationem Iacobi Romani* pro *Brixiensibus* ad *Nicolaum Tronum Ducem Venetiarum;* itidemque *Sphaeram Ioannis de Sacro Bosco, Tibullum*, et *Augustini Dati Elegantiolas*, sine temporis, loci, Typographique nota. Constat libellus foliis xx., in quibus lineae 22. plerumque sunt in paginis integris.

—— Alia editio, *cum titulo : Ruffus* DE REGIA CONSULARI IMPERIALIQUE DIGNITATE AC DE ACCESSIONE ROMANI IMPERII. *Extat cum* Vitis Plutarchi *Vide* Plutarchi, *Tom. II. hujus Catalogi pag. 332.*

Rufi Festi Avieni. Versio Phaenomenon Arati. *Vide in Appendice* Arati.

Rufini Grammatici. De metris Comicis. *Extat cum operibus* Prisciani. *Vide* Prisciani *Tom. II. pag. 366. et seq.*

Rufi Matthaei Veronensis. Epistola pro vindicando Plinio civitati Veronensi ad Equitem Veronensem Iustum. *Vide Plinii Tom. II. pag. 323.*

Rufini Presbyteri. Versio latina librornm XX. Antiquitatum Iudaicarum Flavii Josephi; *et* librorum VII. de bello Judaico. *Vide* Josephi Flavii. *Tom. I. pag. 418.*

—— *Ejusdem*, Versio latina Historiae Ecclesiasticae Eusebii, *cum ejusdem* Additione. *Vide* Eusebii *Tom. I. pag. 281.*

—— *Ejusdem.* Versio latina Regulae, *seu Opusculi* S. Basilii de institutione Monachorum. *Extat cum Regula* S. Benedicti. *Vide* Benedicti *Tom. I. pag. 66.*

—— *Ejusdem* Expositio Symboli ad Episcopum Laurentium; Praefatio in libros Periarchon Origenis, Apologia ad Anastasium PP. J. *et libri duo* Invectivarum *contra* S. Hieronymum. *Extant cum* S. Hieronymi Tractatibus, *et* Epistolis, *et indicantur in Indice. Vide* S. Hieronymi. *Tom. I. pag. 177.*

Rusticae rei. *Scriptores. Vide* Scriptores rei rusticae.

Ruverii Francisci. *Vide.* Sixti IV.

R Y

Ryckel Dionysii. Speculum conversionis peccatorum. *In summitate primae paginae hic titulus habetur:* Speculū ɔuersionis pctō4 magistri Dyonisij de Leuivis alias richel ordinis cartusieñ. *Incipit absolute a verbis:* Convertere ad dñm deū tuū qm̄ corruisti iniq̄tate tua. Osec. x. etc. etc. *Opusculum absolvitur in folio xxviii. recto, ad lineam x. et protinus* Tabula articulo4 p̄cedentis opusculi quod dicit' speculum ɔuersionis pctō4 sequitur, *quae terminatur in postica pagina, ad lineam xi. Legitur exinde:*

> Finit liber felicit. Speculū ɔuersionis pctō4
> imp̄ss' Bisuntii Anno dñi. M. CCCC. lxxxviii.

In 4.° *Extat excusus, et compactus cum* Speculo humanae vitae Roderici Zamorensis.. XIII. A. 30.

Nescio cur aliqui accuratissimi Bibliographi tribuant hoc opusculum modo *Dyonisio Ryckel*, vel *Rickel de Leeuwis*, modo *Roderico Zamorensi*. Hinc *Panzer*, *Denis*, *Maittairus*, aliique in editionibus hujus operis *Alosti an. 1473.* per *Theodorum Martens*, et *Lovanii* sine anno per *Johannem de Westphalia*, Auctorem faciunt *Dionysium Rickel;* quum vero de *Bisuntii* editione agunt, opusculum tribuunt *Roderico Zamorensi.* Suspicor causam erroris horum clarissimorum virorum esse, quod hae duae opellae in unum volumen excusae et compactae, titulum praeseferant in prima ejusdem voluminis pagina hoc pacto:

> *Speculū hūane vite*
> *Speculum conver*
> *sionis peccatorum:*

et in secundo folio incipit opus sic: *Edidit hoc lingue clarissima norma latine Excelsi ingenij vir Roderic' opus*, quod desinit in folio clxxx. recto, et subjungitur eadem notitia typographica, quae postea iisdem verbis repetitur ad calcem operis *Ryckelii;* cujus opus protinus incipit sub alia signaturarum serie in sequenti folio. Laudati porro Bibliographi hanc secundam inspexerunt et parum diligentes fuere in librum evolvendo; alioquin in folio clxxx. conclusionem operis *Roderici Zamorensis*, et in folio clxxxi. initium *Speculi conversionis peccatorum Dionysii Rychel*, facile deprehendissent. Typus, quo impressa sunt haec duo opuscula, diversa signaturarum serie instructa, gallo-francus est, ac satis luculentus. Initiales litterae ligno incisae conspiciuntur; et in marginibus custodes, et paginarum numeri desiderantur.

S A

Sabaudiae Decreta. *Vide* Decreta Sabaudiae.

Sabellici Marci Antonii Cocci. Rerum Venetarum Decades III. *Prima pagina folii primi est vacua; in aversa incipit* M. Antonii Sabellici in tris (sic) et triginta suos re4 Veneta4 Libros Epitoma, *quam in folio septimo excipit* EPISTOLA AD PRINCIPEM ET PATRES, *qua dicit* M. ANTONIUS MARCO BARBADICO SERENISS. VENETIARUM PRINCIPI ET SENATUI FOELICITATEM. *In folio octavo occurrit,* M. ANTONII COCCII SABELLICI RERUM VENETARUM AB URBE CONDITA IN UNIVERSUM OPUS PRAEFATIO. *In folio denique nono,*

M. ANTONII SABELLICI RERVM VENETARVM AB VRBE
CONDITA AD MARCVM BARBADICVM SERENIS.
VENETARVM PRINCIPEM ET SENATVM
LIBER PRIMVS PRIMAE DECADIS
FOELICITER INCIPIT.

Ad calcem operis haec notata sunt verba:

Hoc opus Impressum Venetiis Arte et industria optimi
uiri Andreae de Toresanis de Asula Anno
M. CCCCLXXXVII. Die. XXI.
Madii. Augustino Bar
badico Inclyto
principe

Post vacuam paginam adcedit Recognitio ex collatione Archetypi et impressionis, *gallo-francis characteribus impressa, et duabus plagulis contenta:*
In folio majori.. XII. I. 44.

Haec editio est princeps, rarissima, eaque splendidissima; sive character, qui Romanus, ac perelegans est; sive chartae nitor, marginumque amplitudo spectetur; unde iure Bibliothecarum cimeliis adnumeratur. Paginae quidem litteris cum parvis numeris Romanis signatae sunt; ab hac autem signaturarum serie excluditur primus fasciculus, sex plagulis constans, qui numeris tantum instruitur. In superiori parte marginum, *Decadum*, et *Librorum* enumerationes uncialibus litteris oculis repraesentantur; et in externa, nomina, resque notatu dignae exhibentur. Tituli etiam librorum uncilialibus exprimuntur, minoribus autem litteris initiales. In qualibet integra pagina lineae 48 numerantur; et ad distinctionem observantur signa praeter punctum, virgula, et interrogationis signum. Custodes plerumque occurrunt, haud vero foliorum numeri.

—— Exemplar alterum.................................. XX. II. 5.

— Enneades Marci Antonij
Sabellici Ab orbe con-
dito Ad inclinatio-
nem Romani
Imperij.

Huic titulo, rubro charactere excuso in prima voluminis pagina, subnexum cernitur Typographi, aut Bibliopolae, nescimus cujus, signum. In aversa pagina praemittitur historiae Epistola Nuncupatoria: M. ANTONIUS SABELLICUS: AUGUSTINO BARBADICO SERENISSIMO VENETIARUM PRINCIPI ET SENATUI FELICITATEM. *In sequenti folio incipit Elenchus septem* Enneadum, *qui terminatur in folio xiv. averso. In folio xv. recto habetur* MARCI ANTONII COCCII SABELLICI IN RAPSODIAM HISTORIARUM AB ORBE CONDITO PRAEFATIO; *et in postica pagina incipit* M. ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIAE HISTORIARUM AB ORBE CONDITO ENNEADIS PRIMAE. LIBER PRIMUS. *In fine operis reperitur* Sabellici *Epistola ad* Democritum, *in qua illum rogat, ut sua fide, et industria, id efficere velit, ut lucubratio haec maneat inoffensa ab omni opificum injuria, instando, monendo, singula pensitando, ut sartum et rectum inde opus, omnique ex parte emaculatum in lucem prodeat. Laudat praeterea* Bernardinum Cadolum, *Monachum Camaldulensem, virum divinarum, humanarumque litterarum impense peritum, et ex Brixiana illa probitate, quam* Plinius *celebrat, multum referentem, cujus in primis opera se usum praedicat, in iis, quae ad sacram adtinent historiam: Hanc Epistolam excipiunt* Registrum, Augustini Barbadici Venetiarum Ducis *Privilegium, et Typographorum subscriptio, quorum verba rubro colore excusa haec sunt:*

IMPRESSVM VENETIIS PER BERNARDINVM ET MA-
THEVM VENETOS. QVI VVLGO DICVNTVR LI AL-
BANESOTI. ANNO INCARNATIONIS DOMINI-
CE. MCCCCXCVIII. PRIDIE CALENDAS APRI-
LIS REGNANTE INCLITO AVGVSTI-
NO BARBADICO SERENISSIMO
VENETIARVM PRINCIPE,
FELICITER DIVQVE.
ET FAVSTE SV-
PERSTITE
DIV.

His verbis Typographorum insignia adjuncta sunt, quae alibi notavimus. Adcedit Secunda Pars, *in qua ad annum usque 1504. historia producta est. Legitur in prima voluminis pagina:*

SECVNDA PARS ENNEADVM MARCI AN-
TONII SABELLICI AB INCLINATIONE
ROMANI IMPERII VSQVE AD AN-
NVM M. D. IIII. CVM EPITO-
ME OMNIVM LIBRORVM
ET INDICE LITTE-
RARVM ORDI-
NE DIGGE-
STO. (sic).

In postica pagina incipit EPISTOME IN TRIS (sic) VLTIMAS ENNEADES RAPSODIAE MARCI ANTONII SABELLICI, *terminaturque in folio tertio averso. Sequitur protinus* INDEX IN TRIS ENNEADES, *qui absolvitur in folio sexto averso. In folio octavo sequentia habentur verba:*

ENNEADES MAR-
CI ANTONII SABEL-
LICI AB INCLINATIONE
RO. IMPERII AD ANNVM
SALVTIS MILLESIMVM
QVINGENTESIMVM
QVARTVM
CVM GRATIA ET PRIVILEGIO.

Aversa facies continet Nuncupatoriam Epistolam, qua M. Antonius Sabellicus Leonardo Lauretano Serenissimo Venetiarum Principi foelicitatem *dicit. Opus initium sumit in sequenti folio a titulo:* MARCI ANTONII COCCII SABELLICI HISTORIARVM AB ORBE CONDITO ENNEADIS OCTAVAE LIBER PRIMVS. *Ad calcem voluminis.* MARCI ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIAE HISTORIARVM AB ORBE CONDITO ENNEADIS VNDECIMAE LIBER SECVNDVS FINIT. *Exinde:* Impressum Venetiis anno M. D. IIII. Die XX. Octobris Cum Privilegio. *Adcedit* Registrum.
In folio majori Tom. 2.................................... XX. H. 3. 4.

Distribuit *Marcus Antonius Sabellicus* historiam, quam ab orbe condito ad *Arcadii* usque obitum conscripsit, in primo volumine in septem partes, quarum quaelibet novem complectitur libros, unde illis *Enneadum* titulus impositus fuit. Licet Secundum volumen, seu Secunda pars operis, quae tres *Enneades*, scilicet *VIII. IX. X.* et *XI. libros duos* priores tantum ob oculos ponit, saeculo XVI. primum edita sit, hic tamen eam adnotare non dubitamus, quum per ipsam perficiatur opus. Insignem istius editionis, omnium primae, raritatem testantur *Theophilus Sincerus P. VI. pag. 532. P. Baile Diction. hist. et Critiq. Tom. III. pag. 2505. not.* (B). *Niceron Memoires Tom. XII. pag. 162.*

—— De Venetis Magistratibus. *Epistola Nuncupatoria, qua* M. Antonius Sabellicus Augustino barbadico inclyto Venetiarū principi salutem *dicit, habetur in averso folio primo, et desinit in secundo recto; et in eodem averso*

opus incipit a titulo: M. ANTONII SABELLICI DE VENETIS MAGISTRATIBVS LIBER VNICVS. *Ad calcem, post verbum* FINIS, *legitur:*

Petrus Benedictus Venetus Lectori Salutem.

Qui modo res Venetas primamq3 ab origine gētem
Tempora lector ad haec scripsit tibi rite Sabellus
Subiicit ecce brevi nūc publica iura libello
Atq3 magistratus mores regimenq3 forūq3
Ordinibus digesta suis: quae candide lector
Omnia sollicita quū mente evolveris ipsa
Luminibus subiecta tuis erit urbis imago

Impressa Venetis (sic) per. Antonium de strata Cremonensē Anno Domini M. ccccLxxxviii. die decimo nono mensis Ianuarii. *In penultima pagina occurrit Tabula erratorum,* EX archetypi Collatione.
In 4.° parvo .... XIX. F. 47.

—— *Opuscula, quae* Hoc in volumine continentur.

.M. Ant. Sabellici de situ urbis venetae ad Hieronymum Donatum libri tres.
.M. Ant. Sabellici de pretoris officio ad antonium cornarium philosophum liber unus.
.M. Ant. Sabellici de latinae linguae reparatione: seu de viris illustribus. Ad M. Antonium maurocenum equitem liber unus.

Prima pagina laudata verba exhibet; et in aversa occurrit brevis Epistola, qua volumen a Sabellico *dicatur* Antonio Moreto brixiensi. *Post albam paginam, in secundo folio averso legitur Epistola Nuncupatoria, primo opusculo praefixa, sic inscripta:* M. Antonius sabelicus (sic) Hieronymo Donato viro omnibus disciplinis ornatissimo salutem. *Exinde incipit* Marci Antonii Sabellici de Venetae urbis situ liber primus. *Absoluto tertio libro, sequitur secundum opusculum, cui praefigitur Epistola cum epigraphe:* M. ANTONIVS SABELLICVS MAGNIFICO VIRO. A. CORNARIO PHILOSOPHIE STVDIIS EMINENTISSIMO VICENTIE PRAETORI. *Hac absoluta, incipit* MARCI ANTONII SABELLICI DE PRAETORIS OFFICIO LIBELLVS. *Ultimum opusculum Nuncupatoriam gerit sic inscriptam:* MARCVS ANTONIVS SABELLICVS MAGNIFICO ET PRAESTANTI VIRO MARCO ANTONIO MAVROCENO PATRITIO VENETO EQVITI SPLENDIDISSIMO. *Titulus operi praefixus est:* MARCI ANTONII SABELLICI DIALOGVS QVI ET LATINAE LINGVAE REPARATIO INSCRIBITVR. *Ad calcem, post verbum* Finis, *legitur* Τελοσ.
In 4.° parvo .... XIX. F. 48.

Sine notis typographicis. Idem rotundus elegans typus, eadem impressionis oeconomia, eademque chartae qualitas in hac editione observantur, quibus excusum cernitur praecedens opusculum de

Venetis Magistratibus, ab *Antonio de Strata*; quapropter sine erroris periculo in eodem typographeo dixerim fuisse exaratam. In *Catalogo Bibl. Pinell. Tom. II. pag. 162. Denis in Suppl. pag. 655. Catal. Bibl. Svaier pag. 16. et Panzer Tom. IV. pag. 185.* relatam invenimus impressionem hujusmodi editionis ad Saec. XV.

—— Libri sex de Utini, et Aquileiae origine, ac Vetustate. *Praecedunt varia, scilicet:* EX QUIBUS AUCTORIBVS EXCERPTA SIT (haec) historia. *Post Elenchum Auctorum sequitur Epigramma, quod mittit* CYNTHIUS M. ANTONIO SABELLICO.

Donec saecula colligata fastis
Extabunt latiis: Forum manebit
Julii caesaris altius sub orbe
Invicto uenetorum : et universae
Terrai domino quod ore docto
Immortale facis sabelle marce:
Qui maior fabio es : minor nec arpis
Cui paean favet: isthmiae diones
Pallentes quoqȝ blandiuntur aquae;
Vivas nestoream precor senectam.

Adcedit brevis Epistola Georgii Merulae Alexandrini M. Ant. coccio sive sabellici, *quam excipit Epistola Nuncupatoria cum inscriptione:* M. ANTONIUS SABELLICUS: JOANNI HEMO Venetarum copiarum advers' ferrariae ducem pvisori generali. *Opus incipit a Prooemio, cujus titulus:* M. ANTONII. SABELLICI. DE. VETUSTATE AQUILEIENSIS. PATRIE. LIBER. PRIMUS. QUI. CHOROGRAPHIA. INSCRIBITUR. *Ad calcem Historiae legitur tantummodo*, FINIS. *Accedit sub eodem signaturarum ordine Ejusdem* M. ANTONII SABELLICI CARMEN IN MUNITIONEM SONTIACAM; *quo absoluto, denuo legitur*, FINIS.
In 4.° parvo.. IX. B. 28.

Idem character rotundus, eadem papyri qualitas, eademque impressionis oeconomia, quibus impressae sunt duae praecedentes editiones. Haec vero memoratur a *Maittairo pag. 759.* a *Morello in Cat. Bibl. Pinelli Tom. II. pag. 163.* a *Denis in Suppl. pag. 665. Seemiller IV. pag. 144. Bolong. Crevenna Tom. IV. pag. 108.* a *Panzer Tom. IV. pag. 185.*

—— Opera varia, *scilicet* Epistolae, Orationes, *et* Poemata. *In nostro exemplari deest primum folium, et opus incipit in secundo recto, a titulo* Epistolis *praefixo, hoc pacto :*

M. ANTONII SABELLICI FAMILIARIUM EPISTOLARUM. LIBER PRIMUS.

Libri Epistolarum *sunt XII., qui terminantur in folio LXI. recto, et protinus in eadem pagina incipiunt* Orationes M. Antonii Sabellici ad caris. equitē auratū Antoniū Lauretanum : patritium Venetum.

9

Legitur deinde Elenchus Orationum.

Encomiastice.

De Laudibus poetice artis una in F. Horat.
De Laudibus historie una in T. Livium.
De Laudibus eloquentie una in M. Tullium
De prestãtia latine lingue una in Plautum.

Funebres.

In funere Zaccharie barbari equitis una ad Principẽ et Senatũ
In funere Benedicti Rugii regii oratoris una ad principem et senatũ.

Progymnastice.

De ortu et incrementis philosophie una.
De fructu philosophie una
De usu philosophie una.

Panegyrice et encomiastice.

De Laudibus religionis una
De divo Vincentio et eius Martyrio una
De Sacerdotii dignitate una.

In aversa pagina occurrit Nuncupatoria Epistola, qua M. Anto. Sabellicus Aotonio (sic) Lauretano Equiti Clarissimo. S. *dicit. Post laudatas* Orationes, *tertium, saltem in codice nostro, occupat locum I.* Historia de Venetae urbis situ, et vetustate, *quam* Hieronymo Donato viro omnibus disciplinis ornatissimo Sabellicus *dicavit, II.* Libellus de Venetis magistratibus Augustino Barbadico Inclyto Venetiarum principi consecratus. *III.* Libellus de Praetoris officio Antonio Cornario philosophiae studiis eminentissimo Praetori Vicentino *dicatus IV.* Dialogus de Latinae linguae reparatione, *nomine* Magnifici, et praestantis viri Marci Antonii Mauriceni, Patricii Veneti, equitis splendidissimi *munitus est. V.* Dialogus de Officio Scribae *inter* Calphurnium, Sabellicum, *et* Aurelium. *VI. Sequuntur sex alii libri, quorum duo priores dicati* Joanni Hemo Venetarum copiarum adversus Ferrariae Ducem Provisori Generali, *agunt* de vetustate Aquileiae. Liber tertius describit Hunniculum bellum: Liber quartus, bellum Longobardicum: Liber quintus: bellum domesticum: Liber *denique* sextus, bellum Turcicum. *In fine occurrit Epigramma Decastichon* Joannis Petri Valeriani Bellonensis, *et alterum ejusdem Distichon in laudem operis. Haec autem omnia quae descripsimus, prorsa oratione exarata, primam collectionis rarioris*

partem constituunt. Sequitur secunda collectionis pars, quae complectitur Poemata, *sic inscripta :*

POEMA. M. ANTONII SABELLICI.

Genethliacum Venetae urbis : ad Georgium Cornelium Equitem.
De apparatu Venetae urbis. Poema unum.
De Vicetiae (sic) ortu et vetustate seu Vicentinus Crater. Poema unum.
De Italiae tumultu. Poema unum.
De domus deflagratione. Poema unum ad Cipicum Coriolanum.
De munitione Sontiaca. Poema unum.
De caede Sontiaca. Poema unum.
De incendio carnico. Poema unum.
De Barione Cymba. Poema unum.
De Hunnii origine. Poema unum.
De inventoribus artium. Poema unum.
De Laudibus divae Virginis. Elegiae. XIII.

In ultima pagina extat adjectus Index erratorum.
In folio.. XI. E. 22.

Editio sine ulla nota typographica est, eaque excusa videtur circa exitum Saeculi XV. in aliqua urbe Venetae ditionis. Quod ad formam exteriorem adtinet, utriusque partis hujusmodi collectionis, quam descripsimus, litterarum characteres Romani, quibus exscripta est, fortasse aeque nitidi, et luculenti sunt; sed aliqua diversitas observatur inter utramque partem, quoad typos, formam impressionis, et typographicam oeconomiam. Excuditur enim Prima pars characteribus minoribus Romanis, quos vulgus appellat *Cicero*, vel *Philosophia*, et in qualibet integra pagina 51. lineae numerantur. In marginibus superioribus librorum numeratio uncialibus litteris expressa, et foliorum numeri visuntur : in inferioribus, praeter custodes, signaturae etiam parvis elementis, et arabicis numeris instructae conspiciuntur; et initiales parvis formis indicantur in spatiis satis amplis. Ectypae litterarum formae, quibus secunda Collectionis pars describitur, rotundi sunt Moduli, quos *vulgus S. Augustino* appellat, et in paginis plenis lineas 38. ad summum occupant. Margines latitudine conspicui exhibent in externis nomina, resque notata dignas. Sive numerus foliorum in superioribus, sive custodes in inferioribus requiras, neutros reperies, quum Typographus hos penitus omiserit; secus vero de signaturis dicendum est, quum hae inferioribus additae sint marginibus majusculis litteris, et Romanis numeris indicatae. Initiales xylographicae, et florentes habentur. Totum opus mendis typographicis mirifice commaculatum est. Insignis eorum catalogus in fine voluminis adjectus est, ubi *impressio saltuatim, et tumultuose recognita dicitur.* Memorant hanc editionem *Maittairus* in *Annal. Typographi Tom. II. pag. 160. Niceron* in *Memoires Tom. XX. pag. 52. Simlerus* in *Biblioth. pag. 469.* et Schoettgenius in *Continuat. Biblioth. Fabricii mediae et infimae latinitat. lib. XVIII. pag. 397.*

—— MARCI ANTONII SABELLICI Elegiae tresdecim in Laudem B. M. V. *Ista inscriptio in prima folii primi pagina legitur. In summitate folii secundi recti:* MARCI ANTONII SABELLICI IN NATALEM DIIM (sic) VIRGINIS ELEGIA PRIMA INCIPIT. Elegia XIII. *in prima folii XVI. pagina, ad lineam VI. terminatur. Istam excipit Epistola, qua* Cornelius Vitelli[6]. M. Antonio Sabellico suo salutẽ *dicit*; *et hanc Elegiacum Carmen* Pyladis M. Antonio coccio sive Sabellico vati celeberrimo ; *eoque absoluto sequitur.*

eiusdem carmen.

Caecia quem mater gelidas anienis ad undas
Aedidit atq3 pater cui Iouianus erat :
Cui coccaia domus·uatum pia turba sabellum
Quem uocat hanc marcus condidit historiã.
Ast opus eximia buliens antonius arte
Imprimit Aninio quem generosa tulit.

In 4.° parvo.. X. B. 58.

Antonius hic *Buliens* fortasse idem est ac *Antonius de Strata*, qui superiores impressit editiones *De Venetis Magistratibus*, et *de Vetustate Aquileiensis Patriae* etc., uti typorum forma, et impressionis oeconomia satis innuunt. Initiales litterae, custodes, et paginarum numeri desiderantur. Plagularum fasciculi litteris, Romanisque numeris sunt signati; et tituli omnes majusculis formis sunt expressi.

Vita Pomponii Laeti. *Extat impressa cum* Pomponii historiae Romanae Compendio. *Vide* Laeti.

—— Epistola ad Angelum Politianum. *Extat in Lib. III. Epistolarum* Politiani. *Vide* Politiani.

—— Observationes in Valerium Maximum. *Cum* Valerii Maximi *textu reperiuntur. Vide* Valerii Maximi.

—— Adnotationes in T. Livium. *Extant cum* T. Livii *textu. Vide* Livii.

Sabini Auli. Epistolae tres, *sive Responsiones* Ovidii Epistolis, *totidem sub antiquorum heroum nominibus scriptis.* Sabini *Responsiones eodem metro exaratae, quo* Epistolae Ovidii *sunt, et titulos habent :* Rescriptio Vlixis ad Penelopem; Phyllidi Demophon; Rescriptum Paridis Oenone. *Extant cum* Epistolis, *et aliis* Ovidii *operibus excusae. Vide* Ovidii.

Sabini Julii Pomponii. *Vide* Laeti Pomponii.

Sacchia Barptolomaei. *Vide* Platina.

Sacro Bosco, *vel* Sacro Busto Joannis de. Sphera Mundi. *Praeit titulus, rubro colore excusus in summitate folii primi recti :* Johannis de sacrobusto anglici uiri clarissimi Spera (sic) mundi feliciter incipit. *Ad calcem folii xxviii. recti :* Johannis de sacrobusto anglici uiri clarissimi Spera (sic) mundi feliciter explicit. *Superest vacua aversa pagina; et in sequenti sub eadem signaturarum serie* Gerardi cremonensis uiri clarissimi Theorica planetarum feliciter incipit. *Hoc secundo opusculo absoluto, legitur :* Explicit Theorica planetarum Gerardi cremonensis astronomi celebratissimi. Impressa Venetiis per Franciscũ renner de Hailbrun. M. CCCC. LXXVIII. *Huic notae typographicae subnectitur Tetrastichon, relatum in Art.* Cremonensis Gerardi *Tom. I. hujus Catal. pag.* 221.

In 4.° parvo .... XII. B. 3.

Editio haec convenit omnino cum *Theorica Planetarum* Gerardi Cremonensis; quum sit eiusdem loci anni, et Typographi. Vide Tom. I. pag. 221.

—— Exemplar alterum .... VIII. B. 55.
—— Exemplar tertium.. VIII. B. 57.
—— Exemplar quartum... XII. B. 11.
—— Alia editio, *cujus titulus nigris gallo-francis majoribus litteris extat excusus, ut in praecedenti editione. Opus absolvitur in folio xx. averso, ad lineam x. hac conclusione.*

Ioannis de sacrobusto ãglici
uiri clarissimi Spa mũdi
feliciter explicit.

In sequenti folio GERARDI CREMONENSIS VIRI CLARISSIMI Theorica planeta4 feliciter incipit. *Hoc opusculo absoluto, nota typographica sic inscripta legitur:* Explicit theorica plãeta4 Gerãdi cremonẽsis astronomi celebratissimi ipssa Bononiae per me Dominicũ Fuscum Ariminensem. MCCCCLXXX. *Sequuntur* Tetrastichon Francisci Nigri, *et Registrum.*
In 4.° .... VIII. B. 58.

Haec est una ex iis editionibus, quae latuerunt Bibliographos in earum recensione accuratissimos. Etsi *Denis Suppl. pag. 116.* et *Audiffredus in Specimine Historico-Critico Edit. Ital. Saec. XV. pag. 44.* notent *Ioannis Cremonensis* opusculum, cum nota typographica superius descripta, de opere tamen *Ioannis de Sacro Busto* nec verbum unum scriptis mandarunt. Diligentissimus vero *Panzerius Tom. I. pag. 212.* dum *Gerardi Cremonensis Theoricam* recenset *Bononiae* impressam anno 1480. suspicatur eundem Typographum huic opusculo sociasse etiam *Sphaeram Mundi Ioannis de Sacrobusto*, ut in aliis editionibus observatur. Scribit enim: *Gerardi Cremonensis theorica planetarum* (*forte cum Ioh. de Sacro Busto* sphaera mundi) *Bononiae.* Verum si laudati Bibliographi *Registrum* notae typographicae subjectum diligenter expendissent, facile animadvertissent eorum exemplar extare mutilum; et opusculum *Iohannis de Sacro busto* sociari *Gerardi Cremonensis* operi; uti eruitur ex Registro ibi adposito. *Denis*, et *Audiffredus cit. loc.* putant *Dominicum Fuscum* potius Editorem fuisse, quam Typographum hujusmodi editionis, quum ipsius nomen sit omnino ignotum. Formae litterarum, quibus imprimitur opus, rotundae sunt, et nitidae; et lineas 29. implent in paginis integris. Postillae excusae habentur in marginibus externis; ast custodum, numerationis, et signaturarum formas praelo cudendas nequaquam subjecit, Impressor. Schemata sphaerica potius calami ope, quam impressionis expressa visuntur: tituli modo uncialibus, modo parvis litteris impressi habentur, primo excepto, majoribus gallo-francis characteribus operi praefixo. Ad Initiales depingendas vacua spatia relicta sunt; et signa interpunctionis nempe punctum simplex, ac duplex frequenter adparent.

—— Alia editio, *in qua praeterea reperiuntur* Disputationes Joannis de Monte Regio contra Deliramenta Gerardi Cremonensis, *et* Theoricae novae Planetarum Georgii Purbachii. *Princeps folium in postica pagina Sphaerae mundi figuram xylographicam exhibet. In secundo folio recto operi praefigitur titulus rubro colore excusus, quum caeteri tituli tantummodo majusculis litteris sint*

expressi. En itaque titulus : Novicijs adolescentib⁹. ad astronomicā remp̄. capessendā aditū impetrantib⁹. p⁹brevi rectoq3 tramite a vulgari vestigio semoto : Joannis de sacro busto sphaericū opusculū. Cōtraq3 cremonēsia ī planeta4 theoricas delyramenta Joānis de mōte regio disputationes tā acuratiss. q. utiliss. Necnō georgii purbachij ī eorūdē mot⁹ planeta4 accuratiss. theoricae: dicatū op⁹ utili serie ōtextū incohat. *Ad calcem trium opusculorum, seu integri voluminis, legitur:* Impressum hoc est opusculū mira arte et diligentia Erhardi Ratdolt Augustensis. 2. Nōn. Julii Anno Salutis. 1482.
In 4.° parvo .... VIII. B. 4.

Sive custodes, sive numeros foliorum hac in editione requiras, neutros reperies; quum Typographus eos penitus omiserit: secus vero de signaturis dicendum, quum hac inferioribus impressae sint marginibus, formis litterarum, et Arabicis numeris indicatae. Character gallo-francus lineas 21. implet in paginis integris. Initiales florentes, et schemata sphaerica xylographica visuntur. Deest quidem locus impressionis, sed satis notum est laudatum Typographum ab anno 1476. ad 1485. Venetiis suam artem exercuisse.

—— Exemplar alterum... .... VIII. B. 59.
—— Exemplar tertium....................................... VIII. A. 22.
—— Alia editio, *in qua eadem continentur, quae in praecedenti notavimus; excepta Figura Sphaerae mundi, quae deest, saltem in nostro exemplari. Titulus autem nigro colore impressus, sic habetur:* NOVICIIS ADOLFSCENTIBUS (sic) AD ASTRONOMIcam rempu. capessendā aditū īpetrātib⁹. p̄ brevi rectoq3 tramite a vulgari vestigio semoto: Joannis de sacrobusto sphaericum opusculū Georgiiq3 Purbachij ī mot⁹ planetarū accuratiss. theoricae Necnō contra Cremonensia in eorundē planetarū theoricas deliramenta Joānis de mōte regio disputatiōes tā accuratiss. q̄3 utiliss. dicatū opus utili serie contextū inchoat. *Ad calcem voluminis :* Impressum est hoc opusculum mira arte et diligentia Erhardi Ratdolt Augustensis. Anno salutiferae incarnationis 1485.
In 4.° parvo .... VIII. B. 54.

Fallitur *Maittairus*, necnon *Marchand*, qui editionem hanc censent impressam *Augustae Vindelicorum*. Vide *Zapf. pag. 169. Morellum Tom. I. pag. 342. Seemiller Fasc. III. pag. 22. Laire Ind. II. pag. 91. Grast. pag. 77.* qui quidem omnes *Venetiis* excusam asserunt. Opus Romano charactere, praestanti admodum papyro impressum, qui foliis 55. Arabicis numeris signatur, constat: Initiales litterae, et schemata sphaerica ligno exculpta adparent. Desunt custodes, et paginarum numeri, et in qualibet integra pagina lineae 33. numerantur.

—— Alia editio, *cujus primi folii aversa pagina exhibet ligneam tabulam in qua* Urania, Astronomia, *et* Ptolemaeus *repraesentantur. Opus incipit in secundo folio recto, a titulo rubri coloris excuso, excepta prima linea quae nigro impressa, sic habetur :* SPAERAE (sic) MUNDI Cōpendiū FOELICITER INCHOAT. *In fine leguntur.*

Carmina in impresso4 hui⁹ opusculi laudem
Vranie quantū quantū debere fatentur.
Cuncta canopeo: cognitaq3 astra uiro

Santritter helbronna lucili ex urbe Joannes
Schemata sic debent ipsa reperta tibi
Naec (sic) minus haec tibi de sanctis hieronyme debent.
Quam socio: nanq3 hic invenit: ipse secas.

Hoc quoq3 sideralis scientiae singulare opusculum
mirifica illa arte nuper ingenio germanico
in lucē prodita impressione videlicet
Prididie (sic) caleñ Aprilis
Anno Salutis.
M.ccccIxxxviii.
Completū est.
Venetiis.

Huic subscriptioni subnexum est Typographi signum, alibi notatum.
In 4.° parvo .... VIII. B. 15.

Schemata sphaerica lignea modo nigro, modo rubeo, modo croceo colore depicta visuntur; initiales pleraeque quadrato insertae, xylographicae sunt. Pagina charactere rotundo, ac nitido plenior constat lineis 35. Custodes, et foliorum numeri nullum obtinent locum in hac editione, cujus ampli margines exhibent in inferiori ore signaturas litteris, Romanisque numeris instructas.

—— Alia editio, *cui deest, saltem in nostro exemplari, lignea tabula, quam vidimus in praecedenti editione, cui quodammodo similis est. Opus princeps in secundo folio recto initium sumit a titulo supra relato, qui tamen heic nigro colore excusus est. In fine integri operis haec notavit Typographus:* Hoc quoq3 sideralis scientiae singulare opusculum Impressum est Venetiis mandato et expensis nobilis viri Octaviani scoti civis modoetiensis Anno Salutis M.ccccIxxxx. quarto nonas Octobris. *Penultima pagina* REGISTRUM, *et* Octaviani Scoti *simbolum rubrum exhibet, nil vero postrema.*
In 4.° parvo .... VIII. B. 20.

—— Alia editio. *Legitur in folii primi antica pagina* SPHAERA MUNDI. *Posticam occupat figura coloribus illita* Astronomiam *sedentem exhibens, cujus ad dexteram stat* Urania Musa coelestis, *ad sinistram* Ptolemaeus Princeps astronomiae. *In folio secundo* SPHAERAE mondi (sic) compēdium foeliciter inchoat. *Sequitur titulus nigro colore excusus, quem supra notavimus: Ad operis calcem legitur:* Hoc quoq3 sideralis scientia singulare opusculum Impressum est Venetiis per Magistrum Gullielmum de Tridino de Monteferrato. Anno Salutis. M. cccc. lxxxxi. die xiiii. Januarii. *In prima pagina ultimi folii habetur* REGISTRUM.
In 4.° parvo .... VIII. B. 55.

Romano typo impressum est hoc opus. Litterae initiales, et figurae ligno incisae et vario sunt expictae colore. Custodes, et paginarum numeri desiderantur.

— Alia editio. *In principe voluminis pagina sequentia verba notantur.*

Sphera Mundi cũ
tribus Commentis
nuper editis. V3.

Cicchi Esculani
Francisci Capuani
de Manfredonia
Jacobi Fabri Stapulensis.

In secundo folio averso incipit.

CICHI (sic) ESCULANI VIRI CLARISSIMI
IN SPHAERAM MUNDI ENARRATIO.

Sequitur Ejusdem PROHOEMIUM, *quod in sequenti folio recto desinit. In postica pagina occurrit Sphaerae lignea figura; deinde in folio tertio recto incipit opus a titulo supra descripto, scilicet in editione anni 1482, tametsi* Disputationes Johannis de Monte regio *haud reperiantur. Post* Joannis de Sacro Bosco *textum, et* Asculani *Commentarium, incipit* Capuani *Commentarium, cum Epistola Nuncupatoria Auctoris ad* Laurentium Donatum Quaestorem Patavinum. *Adcedit Commentarium* Jacobi Fabri Carolo Borae Thesaurario Regio *dicatum: hisque omnibus absolutis typographica huiusmodi notitia occurrit:* Impressum Venetiis per Simonem Papiensem dictum Bevilaquam et summa diligentia correctum: ut legentibus patebit. Anno Christi Siderum conditoris. MCDXCIX. Decimo calendas. Novembres. *Adcedit Typographi signum cum litteris:* SIMŌ BEVIAQUA (sic); *et post vacuam paginam incipiunt* THEORICAE novae planetarum Georgii Purbachii astronomi celebratissimi. At (sic) in eas Eximii Arrium (sic) et Medicinae doctoris Domini Francisci Capuani de Manfredonia in Studio Patavino Astronomiam publice legentis sublimis expositio et luculẽtissimũ scriptũ. *In fine totius voluminis Epigramma extat* Vincentii Tusci Cesenatis *ad eumdem* Franciscum Capuanum, *postmodum subditur* Registrum hujus operis.

In folio.. IX. F. 9.

Typus *Sphaerae Iohannis de Sacro Bosco Commentariis Asculani* circumdatus, nec non *Theorica planetarum Purbachii* major est illo, quo *Commentaria*, et reliqua voluminis excusa sunt. Tam major, quam minor character rotundus est; et quidem minor lineas 59. implet in paginis plenioribus, ut in aliquot expertus sum. Numeri plagularum desunt, sed inscriptiones in superioribus marginibus occurrunt; in inferioribus signaturae conspiciuntur. Custodem unicum reperi, et quidem in XII. pagina. Figurae, et principes litterae xylographicae habentur; reliquae uncialibus formis exprimuntur.

— **Exemplar alterum,** *sed mutilum in principio, et in fine*.. **IX. F. 8.**

Saladini de Esculo. Compendium Aromatariorum. *Extat cum opere* Joannis Mesue. *Vide* Mesue *Tom. II. pag. 126*...................... VIII. D. 15.

Salernitana Schola, *cum expositione* Arnaldi de Villanova. *Deest in nostro exemplari folium primum, et in fronte folii secundi recti legitur :* Incipit Regimē sanitatis Salernitanū excellētissimū pro cōservatione sanitatis totius humani generis perutilissimū : nec nō a magistro Arnaldo de Villa nova Cathellano omniū medico4 viventiū gēma utiliter : ac ūm omniū antiquo4 medico4 doctrinā veraciter expositū: noviter correctū ac emendatū ꝑ egregissimos ac medicine artis peritissimos doctores Montispessulani regentes. Anno. M.cccclxxx. ī ꝓdicto loco actu morā trahentes. Scholae Salernitanae *praecepta, leoninis versibus scripta, quorum primi :*

Anglo4 regi scripsit schola tota salerni
Si vis incolumē. Si vis te reddere sanū
Curas tolle graves irasci crede ꝓphanū
Parce mero cenato parū: nō sit tibi vanū
Surgere post epulas: somnū fuge meridianū
Nō mictū retine: nec comprime fortiter anū
Haec bene si serves: tu longo tēpore vives.

Commentarii Auctor ita prosequitur: Iste est libellus editus a doctoribus salerniensibus in quo inscribuntur multa et diversa pro conservatione sanitatis humane. Et editus est liber ad usum regis Anglie. *Opus absolvitur ad calcem folii recti lxxxxi, hac notitia adjecta :* Impressum Venetiis ꝑ Bernardinū Venetum de Vitalibus.
In 4.° parvo... VIII. A. 20.

Partitio uniuscujusque paginae integrae constat lineis 29. rotundi characteris ; nam textus, et expositio unico exprimuntur typo. Signaturae fasciculorum sunt litterae Romanis numeris sociatae; custodes, et foliorum numeri omittuntur. In *Salernitana Studiorum Universitate* opus istud celeberrimum *Regiminis Sanitatis*, vulgato nomine *Schola Salernitata* adpellatum, communi consilio circa annum 1100. conscriptum dicitur. Erant ibidem tunc temporis insignes Doctores *Iohannes de Mediolano ; Iohannes de S. Paulo Platearius ; Saladinus de Esculo ; Guilelmus Placentinus ; Hieronymus Balduinus ; Benevenutus Graphaeus de Ierusalem ; Franciscus Alphanus ; Rogerius, Ioannes*, et *Gualterus Salernitani*. Confer *Freytag Adpar. II. pag. 942.* cum ibidem haec nostra citetur editio. Rex vero, pro quo opus conscriptum dicitur, fuit *Robertus Normandiae Dux, Guilelmi I. Conquestoris Angliae* filius, qui Regis titulum gerebat, propterea, quod regiam Angliae dignitatem sibi vindicabat contra *Guilelmum Rufum* fratrem. Illum autem e bello sacro reducem, consuluisse, memorant Scriptores, *Scholam Medicorum Salernitanam*, tunc temporis celebratissimam, de vulnere gangraenoso, quod brachio illius dextro in obsidione Hierosolymitana a telo venenato inflictum erat. *Arnaldus de Villa Nova*, qui *Salernitanae Scholae praecepta Commentariis* illustravit, fuit natione *Gallus*, patria vero *Catalanus*, *Arabicae*, *Hebraicae*, et *Graecae* linguae adprime gnarus, astronomiae, ac medicinae studiosissimus. Ut de haeresi suspectus Inquisitionis tribunal effugeret, ad *Fridericum Aragonium Siciliae Regem* fugiens, ab illo in *Galliam* ad summum Pontificem *Clementem V.* sanandum missus, in mari anno 1310. obiit, et *Genuae* sepultus est. Vide *Gesneri Bibl. fol. 93.*

—— Alia editio. *In primae paginae superiori parte litteris partim magnis*

uncialibus, partim gallo-francis minoris formae legitur operis titulus, hoc pacto notatus : REGIMEN SAnitatis cū expositione magistri Arnaldi de villanova Cathellano Noviter Impressus. *His subjacet verbis tabula lignea, quae* Arnaldum de Villanova, *vel medicum quemcumque, sedentem repraesentat, cui puer matulam extra capsulam cum urina ostendit. In folio secundo recto opus incipit a titulo, quem in praecedenti editione notavimus. Commentarium, quod post textum desinit, penultimam paginam perfecte metitur; et in medio postremae versus hujusmodi legitur, in duas lineas gallo-francis typis excusus:* Hoc opus optatur : quod Flos medicine vocatur.
In 4.° parvo.. XII. A. 27.

Editio haec an eadem sit, quae charactere rotundo, saeculo xv impressa, sine notis typographicis in *Tom. I. pag. 315. Catal. Pinell.* et in *Tom. II. pag. 472. Biblioth. Magliabech.* Auctore *Fossio,* occurrit, absque certioribus indiciis adfirmare non ausim. Caeterum, quod ipsam editionem respicit, citra hariolandi periculum, dici tuto potest, ab eodem *Benardino Veneto de Vitalibus,* qui praecedentem impressit, fuisse excusam; quum eaedem omnino sint in utrisque litterarum forma, typographica oeconomia, ac papyri qualitas.

Salernitani Nicolai. Antidotarium. *Vide Tom. II. pag. 172. Artic.* Nicolai.

Salioeto Bartholomaei de. Lectura super vii. *et* viii. Libris Codicis. *Desunt in nostro exemplari aliquot folia in principio, et fine libri* vii. *Titulus libro* viii. *praefixus :* Incipit Lectura domini Bartholomei de Saliceto doctoris famosissimi super octavo libro Codi. *Ad calcem voluminis :* Finis lecture excellentissimi vtriusq3 iuris doct. Domini Bartholomei de salyceto super octavo Codicis ĩpresse Venetijs ꝑ mgr̄m Iohannē herbort d⁹ siligēstat alamanū Anno dn̄i. M. cccc. lxxxiij. octaua mens⁹ Augusti. *Sequitur deinde :* Registrum cartarū huius oꝑis sc3 lecture dn̄i Bartholomei de salyceto super octavo Codicis.
In folio majori.. VII. D. 6.

—— Lectura super nono libro Codicis. *Ad calcem secundae columnae folii aversi* clviii. *extat typographica notitia his verbis :* Lectura dn̄i Bartholomei d⁹ Salyceto suꝑ nono Codicis Anno dn̄i M. CCCC. LXXV. Perusie im̄pssa feliciter explicit. *In penultima pagina occurrit* REGISTRUM.
In folio majori.. XII. I. 27.

Editio oppido rara, de cujus existentia celebriores Bibliographi dubitarunt; licet *P. Laire,* qui primum eam excitavit *Ind. II. pag. 47.* asserat, se hunc librum vidisse *Romae apud S. Andream della Valle.* Ast *Cl. Vermiglioli pag. 136. Principj della Stampa in Perugia,* ingenue fatetur, quod ipse simul cum *P. Airenti* frustra in laudata Bibliotheca eam quaesierunt : neque in duobus Catalogis ibi existentibus ann. scilicet 1743. et 1793. notatam invenerunt : ita ut merito suspicati sint etiam ex auctoritate *Cl. Finetti, P. Laire* fuisse deceptum, quum pro editione *Mutinensi* hujus operis hoc eodem anno excusa, scripserit, *Impressa Perusiae. Panzer Tom. II. Ann. Typograph. pag. 379.* eam retulit etiam ex *P. Laire* auctoritate; illius errorem iterando, scilicet *super novo* pro *nono libro Codicis;* verum in *Supplem. Tom. ix. pag. 270.* errorem correxit, et eam denuo notavit ex *Casley Catalogue of the Kings Library,* ubi adservatur. Occasione hujus *Supplementi a Panzer* postmodum evulgati, videtur mihi Cl. Vermiglioli pro certo huiusmodi raris-

simae editionis existentiam habuisse. Ipsa vero luculentioribus rotundis Romanis typis expressas aemulatur; nam Typographus, quicumque is fuerit, nitidos characteres adhibuit, quibus duas columnas in pagina quaque replevit, amplumque marginem reliquit. Charta plurimum albet, nec firmitate parum commendatur: lineae 51. columnae integrae insunt; signis marginalibus prorsus destituitur; proque litteris initialibus spatia tantummodo cernuntur. Tituli Rubricarum uncialibus exprimuntur litteris; et interpunctionis nota est punctum simplex irradiatum: foliis tandem 159. impressis constat totum volumen.

Saliceto Guilielmi de. Summa conservationis, et curationis. *Adcedit Ejusdem* Chirurgia. *Opus a Praefatione incipit, verbis hisce praecedentibus:* IN NOMINE DOMINI NOSTRI IHESU CHRISTI ET MATRIS EIUS Uirginis Marie per quē prima causa uoluit ostēdere potentiam suam supra naturam. LIBER Magistri Gulielmi Placentini de saleceto (sic). In scientia medicinali et specialiter perfectis incipit: qui summa conservationis et curatiōis appellatur, et sic incipit. *Ad calcem primae partis:* Explicit opus magr̄i gulielmi placentini de saleceto ī sc̄ia medicinali qd⁹ sūma curationis et cōs⁹uationis appellat⁹. Placētie impressum ad exemplar originalis ipsi⁹ magr̄i gulielmi. Anno ab incarnatione dn̄i. M. cccc. lxxvi. Laus deo eiusq3 mr̄i marie uirgini. AMEN. *Sequitur protinus, sub eadem signaturarum serie, scilicet* g i *secunda pars, cujus titulus:* INCIPIT CYRVGIA (sic) MAGISTRI Culielmi (sic) d⁹ saleceto placētini. *In fine operis haec verba Auctoris impressa sunt:* SIGILLAVIMUS et oplevimus emēdative librū cyru. nr̄e die sabbati octauo die iunii ī civitate uerone ī q̄ faciebam⁹ tūc morā: eoꝗ salariū r̄cipiebam⁹ a coī anno currente. M. cc. lxxv. ve4 ē ꝗ ipm ordīaueram⁹ cursorie āte h⁹ tp̄s ī bononia ꝑ annos q̄tuor: et d⁹ nā sue oponis et ordinatiōis facit oēm (sic) et faciet ītelligētē et studētē ī eo optimū cyrugicū et bonū medicū. Et hoc factū ē totum cū auxilio nr̄i creatoris. *Typographica nota hoc pacto expressa subditur adlatis verbis:* EXPLICIT Opus magr̄i Gulielmi de saleceto ī Cyrugia Placētie īpressū ad exēplar origīal⁹ ipsi⁹ Magistri Gulielmi Anno ab īcarnatione domini M. CCCC.LXXVI. DIE. XXV. MAII. Multa ꝗdem in hoc ope otinēt⁹ q̄ ī aliis coīter nō repiūt⁹. Dn̄s Gulielm⁹ postq̄ trāscribēdū dedit. Multa et ī phisica et ī cyrugia addidit Vt patet ī 2.° li.° cyrugie ca⁹ illo addito de īcisiōe man⁹ ul⁹ pedis p⁹ deliberationē et ī ꝗ pl⁹rib⁹ aliis locis. FINIS AD LAUDEM VIRGINIS.

In folio majori.. VIII. H. 3.

Praesens editio est secunda hujus operis, nam prima eodem loco praecedenti anno lucem aspexit. Videtur tamen parum obvia, siquidem duo tantummodo exemplaria in diversis Catalogis recensentur, quorum unum apud *Grunerum pag. 23.*; alterum extat in *Biblioth. Ill. Sebast. Zeni Senatoris Veneti*. Bibliographi ejusmodi editionem magni faciunt. Occupant characteres rotundi quidem, sed aliquantulum ad semi-gallo-francum accedentes, in unaquaque columna lineas 52. Signaturae denotantur litteris, et numeris Romanis. Custodes, et foliorum numeri nullum obtinent locum in marginibus; et pro initialibus spatia visuntur, quorum aliqua solummodo a Miniculatore suppleta sunt rubro colore.

—— *Italice*, la Cirugia. *Videtur nostrum exemplar defectum habere folii primi; nam opus licet integrum sit, incipit tamen a folio signato* a ii. *Prima Prologi verba sunt:* Proponuda (sic) a ti dar over de componer vno li-

bro de la operatiõe manuale. *Opus desinit in folio xliii. aversο, ad lineam ix. primae columnae, et post verbum* FINIS, *subjungitur sequens nota typographica:* Qui finisse la cirugia de maistro Guielmo da Piasenza divisa in v. libri vulgarmente Impressa in la ĩclita cita de Venesia per Nicolo deli ferari Stãpador. Neli anni del nostro Signor M. cccc. lxxxxi. A di. xvi. Feurer (sic) regnante lo Illustrissimo principo (sic) Augustino Barbadico. *In secunda columna extat* Registro de questa opera; *quibus omnibus subnectitur Typographi signum. In sequenti folio* comenza la tavola de Guielmo vulgare in cirugia diuisa in cinque libri, *quae terminatur circa medium ultimi folii recti; et in postica pagina, majoribus gallo-francis formis legitur:* Guielmo vulgar in cirugia.

In folio parvo.. IX. F. 19.

Raritas huiusmodi editionis eruitur ex Bibliographorum silentio. *Paitonus Tom. II. pag. 182.* post recensitam editionem hujusmodi versionis excusam *Venetiis anno 1474.* tanquam rarissimam, ignotam *Maittairo*, et *Orlandio*, et primum excitatam ab *Argellata*, qui in Bibliotheca *Ambrosiana* eam detexit, protinus notat editionem anni 1504., veluti secundam hujus operis, ac subjungit: *Questa edizione io la reputo una ristampa dell' antecedente, perciò come tale la riferisco. Quello che io posso accertare si è che dal confronto di qualche passo allegato dal Vocabolario della Crusca, che lo cita sotto il titolo: « Trattato di Cirurgia di Maestro Guglielmo da Piacenza »; il presente è un volgarizzamento diverso da quello, che fa testo di Lingua. Il nostro esemplare termina colla tavola.* etc. etc. Dicerem potius editionem anni 1504. esse reiterationem hujus nostrae, excusae anno 1491., quum in hac Interpres haud usus sit verbis, quae in editione anni 1474 leguntur, scilicet *Ciroxia di Maistro guilielmo da piaxenza*, et caetera hujusmodi. Chartae superficies admodum albata, et aequalis est; characteres eidem impressi gallo-franci sunt, quumque duplicem columnam impleant in pagina quavis, utraque constat lineis 60. Nec foliorum numeri, nec custodes marginibus hujus editionis insunt, quum inferiores tantum impressionem signaturarum gerant, quae litteris, numerisque Romanis indicantur. Initiales denique aliquando parvis supplentur typis, aliquando in spatiis vacuis omnino desunt.

Salii Hieronymi. Epistola de nobilitate Astrologiae ad Dominicum Mariam de Janua. *Extat cum* Cl. Ptolemaeo. *Vide* Ptolemaei.

—— Elegia *xx.* versuum in Invidum carmen. *Extat cum* Propertio. *Vide* Propertii. *Tom. II. pag. 378.*

Sallii Petri. Carmen in Francisci Philelphi Detractores. *Extat excusum ad calcem* Exercitatiuncularum Francisci Philelphi. *Vide* Philelphi.

Salis Baptistae de. Summa Casuum. *Auctoris Praefatio, titulo destituta occurrit in folio primo recto; et in aversa pagina incipit opus a verbis, rubro colore excusis:* Incipit summa casuum utilissima: ꝑ Uenerãdum pr̃em fr̃em Baptistã de salis ordis (sic) mino4 dꝰ obsꝰuãtia. Prouincie Janue: nouitꝰ ɔpilata: q̃ Baptistiniana nũcupatꝰ. *Opus alphabetica ratione descriptum: haec pro coronide verba exhibet, ante Bullam* Sixti IV. *anni 1479. ad Confessarios, ne permutent vota, in qua citatur Bulla* In Coena Domini. Jesus. et saluator. In quo uti spõso sancte matris ecclesie fixa sint corda: operationesq3 nr̃e. Cuius q̃dem sponse sancte matri ecclesie opus hoc submitto corrigendum: si quid in eo minus impite incauteue per me dictum existat. Quod quidem opus ad laudẽ ip̃sus Jesu: totiusq3 trinitatis: ac uirginis glꝰose: et omnium

sanctorum fauente presidio. et pcipue uirginis Lucie cui' hodie solẽnitas agitur a xpicolis. nec non et simplicium confessorum utilitatem ut prologo premittitur: expletum est : excepta tabula sequenti utriusq3. iuris Rubricarum. in loco nostro apud lauantum (sic) sancte Márie nũciate nũcupato : currente anno. M. cccc. lxxxiii. *Sequitur Bulla* Sixti IV., *et post vacuam paginam incipiunt* Rubrice iuris ciuilis et canõici, *undecim plagulis contentae, quas excipiunt Versus latini hexametri, in laudem operis: ac tandem legitur nota typographica:* Impressum est hoc opus Nouis: per Magistrum Nicolaum Girardengum incolam eiusdem terre. Anno. v' M. cccc. lxxxiiij. *In penultima pagina extat chartarum Registrum.*
In 4.° parvo.. IV. A. 11.

Sunt qui *Baptistam de Salis* a *Baptista Trovamala* distinguunt, et primo quidem *Summam Rosellam*, alteri *Baptistinianam* adjudicant; sed ex praefatione operi suo praefixa a *Baptista de Salis* discimus hanc *Summam* ab eo adpellatam fuisse *Baptistinianam*. Editio *Summae Rosellae*, quae in hac Regia Bibliotheca extat sub nomine *Trovamalae*, inferius describenda, dubium e medio tollit, quum idem et unum opus cum *Baptistiniana Summa* esse adpareat. *Mittarellus pag. 458.* autumat praesentem editionem non *Novis*, sed facile *Venetiis* fuisse editam; quia ly *Novis* pertinet ad *Girardengum*, qui se inscribit in aliis editionibus *de Novis*. Duplici columna excusum est opus, et in quavis earum integra lineae 46. numerantur gallo-franci nitidi characteris. Adsunt signaturae, minime vero foliorum numeri, et custodes; parvis elementis initiales denotabantur, antequam Miniculator majores redderet colore rubro, vel caeruleo.

—— Exemplar alterum.................................. IV. A. 12.
—— Exemplar tertium.................................. IV. A. 13.
—— Alia editio. *In aversa folii primi pagina Auctoris Praefatio legitur. Dein* Incipit Summa casuũm vtilissima p venerandum patrem frẽm Baptistam de salis ordinis mino4 de observantia. Provincie Janue : nouit' cõpilata. que Baptistiniana nuncupat'. *Terminatur opus in secunda columna folii lxvii. ubi legitur in fine conclusionis, superius exscriptae:* Expletum est in Nuremberg impiali ciuitate partis germanie p Anthoniũ Koberger inibi cõciuem. Anno currente. Mcccclxxxviij. Sit Laus deo. *In aversa ejusdem folii pagina habetur* Sixti IV. *Bulla, et Epigramma supra notatum. Tum sequitur Index octo foliis comprehensus.*
In folio parvo.. III. J.

Praesens editio, duabus columnis gallo-franco typo excusa est, et folia operis, non autem indicis, numeris, ac litteris sunt signata. Initiales litterae potissimum desiderantur: hinc vero parvae etiam sunt adpositae, custodes vero omnino desunt.

Sallustii C. Crispi. Opera, *idest* Bellum Catilinarium, *et* Iugurthinum. *Opus incipit absolute, absque ullo titulo:* OMNIS HOMINES Qui se se etc. Bellum Catilinarium *terminatur verbo* Τέλος *in folio XXI. averso; et in sequenti incipit* Jugurthinum, *desinitque folio LXIII. averso, ad lineam XII. et post verbum* FINIS *legitur.* Haec Crispi Salustii opera p optime emendata: Venetijs fuere impressa: ductu et impensa Iohãnis Coloniae agripinẽsis: nec non Iohãnis

manthen de gherretshem: qui una fideliter uiuunt Anno a natali christi. M. cccc.lxxiiij. die xxiij. Martii. *Adcedunt sex plagulae, in quibus leguntur* Crispi Salustii oratoris clarissimi vita = *Ejusdem* in M. T. Ciceronem invectiva = M. T. Ciceronis ĩ Crispũ Salustiũ Respõsio seu ĩuectiva. *Ad calcem hujus sequentia habentur:*

> Libello inscripta huic: si quispiam noscere petat
> Primo Salusti crispi libros duos ei⁹ esse attingere sciat
> Secũdo orõnem Catilinae responsivam in M. T. Ciceronẽ
> Tertio Crispi Salustii oratoris clarissimi vitam
> Quarto eiusdem in M. T. Ciceronem invectivam.
> Quinto. M. T. ciceronis ĩ Crispũ Salustiũ respõsionem seu invectivam:

quae finem eidem libello praebet. Et quorum ĩpensa in fine secundi Salustii crispi insertũ fore videtur. *Sequuntur sex alia foliola, quorum ultimum est album in postrema pagina: in eis legitur* Oratio Lucii Catilinae responsiva in Marcum Tullium Ciceronem.

In folio parvo.. XII. E. 34.

Editio splendidissima, nostrumque exemplar nitidissimum est; cujus initiales auro, coloribusque Miniculatoris industria adfabre exornatae fulgent. Praesentem editionem celebrant *De Bure* numero 4864. *Morellius Tom. II. pag. 90.* aliique.

—— Alia editio, *quae pariter sine titulo incipit:* (o) MNIS HOMINES Qui se se student etc. etc. Conjuratio Catilinae *absolvitur in folio xix. averso, ubi legitur* FINIS; *et deinde* Impressum ꝑ Magistrum Jacobũ de Marliano, Mccccl xxvii. *Sequitur sub alia signaturarum serie* Bellum Jugurthinum, *et caetera, quae in Indice, ut in praecedenti editione, notantur. Deinde post spatium sex linearum.*

> Haec Crispi Jugurthini opera ꝗ optime emendata.
> Mediolani fuere impreessa (sic): ductu et impensa:
> Magistri Jacobi Marliani. Anno a natali christiano. Mccccl xxvii. vigessio (sic) secundo. Kls. Decembres.

In folio parvo.. X. A. 11.

Optimo Romano charactere excusa est praesens editio, in charta satis alba, et compacta, cujus ampli margines nec custodes, nec foliorum numeros continent; sed tantummodo signaturae visuntur in inferiori parte, parvis elementis Romanisque numeris instructae. Lineae 31. numerantur in quavis integra pagina, et totum opus constat foliis 68., quorum ultimum est album in ultima pagina.

—— Alia editio, *cujus titulus in fronte primae paginae*: CRISPI SALUSTII DE CONIURATIONE CATILINAE LIBER INCIPIT; *qui absolvitur folio xvii recto ad lineam vi. verbo*, FINIS; *et protinus* CRISPI. SALUSTII.

DE. JUGURTHINO BELLO. LIBER. INCIPIT. *In folio xlviii. recto clauditur opus, et post verbum,* FINIS, *notitia typographica extat hoc pacto :* IMPRESSUM. FLORENTIAE. APUD. SANCTUM. JACOBUM. DE. RIPOLI. M. CCCC. LXXVIII.
In folio parvo.. X. E. 32.

Accuratam descriptionem hujusmodi pulcherrimae editionis tradunt *Crevenna Tom. V. pag. 112. de la Valliere* Tom. III. *pag. 129.* et *Fineschius pag. 27.*

—— Alia editio, *cui nullus inest titulus in principio operis.* Conjuratio Catilinae *absolvitur in folio xvi. averso*, *verbo* Τέλος, *et in sequenti folio sub eadem serie signaturarum incipit* Bellum Jugurthinum, *quod terminatur in folio xlvii. recto, ad lineam xxv.; et post verbum*, FINIS, *occurrit sequens nota typographica:* Crispi Salustii opus feliciter impressum Venetiis. M.cccclxxx. *Sequuntur quatuor alia folia, in quibus habentur* Crispi Salustii Oratoris clarissimi uita = Crispi Salustii in M. T. Ciceronem inuectiua = *et* M. T. Ciceronis in Crispū Salustiū responsio seu inuectiua. *In ultima pagina occurrit* Registrum huius libri.
In folio parvo.. XX. G. 18.

Editio parum obvia est, quam tantummodo notatam inveni apud *Maittairum pag. 410.* ex cujus auctoritate ipsam postmodum retulit *Panzer Tom. III. pag. 160.* Excusa est nitido, et rotundo charactere, qui in paginis plenis occupat lineas 35. Margines, qui perampli sunt, nullum habent plagularum numerum in superiori ora; in inferiori vero extant reclamantes, at signaturae instructae litteris, Romanisque notis. Pro initialibus spatia tantum extant; et nostrum exemplar scatet notulis marginalibus, et interlinearibus conscriptis minutissimo subalbido charactere in utraque pagina folii primi.

—— Alia editio. *Praeit in folio primo* CRISPI SALUSTII HISTORICI ATQ VE (sic) ORATORIS CLARISSIMI VITA, *quae desinit in postica pagina ad lineam xx. Opus, ut in praecedentibus editionibus, nullum habet praefixum titulum; et ad lineam xii. folii xvii. aversi absolvitur* Conjuratio Catilinae *verbo*, FINIS, *et protinus incipit* Jugurthinum bellum, *quod desinit in folio xlvii. averso. Post verbum*, FINIS, *legitur pro coronide :*

Distichon Martialis in Salustium.
Hic erit : ut perhibent docto4 corda virorum.
Primus Romana Crispus in historia.

In sequenti folio occurrit Crispi Salustii in M. T. Ciceronem invectiua, *quam excipit in folio xlix.* M. T. Ciceronis in Crispum Salustium Responsio seu invectiva. *Opus terminatur folio li. recto post lineam xxvii. hisce verbis ;*

FINIS.
EXPLICIT INVECTIVA. M. T. C. IN SALUSTIUM.

Ultima pagina est vacua.

In folio parvo.. XII. E. 6.

Tres *Sallustii* editiones, notis typographicis destitutas, Bibliographi, quod sciam referunt; et earum descriptio pro more diligenter tradita haud convenit huic nostrae, quae, uti videtur, ipsis ignota fuit, et primum a nobis excitatur. Nullo custode, aut foliorum numero amplos margines occupandos censuit Typographus; sed aliter circa signaturas se gessit, quum seriem earum insculpserit inferioribus oris, scilicet minores litteras cum arabicis numeris: Characterem adhibuit rotundum, et luculentum, quo lineas 36. implevit in unaquaque ex paginis integris. Initiales parvis supplentur formis in quadratis spatiis, sed prope margines.

—— Alia editio, *cum* Commentario Laurentii Vallae *in* Bellum Catilinarium. *Sequentia verba leguntur in prima pagina, quae notitiam rerum in volumine contentarum Lectori tradunt.*

Hoc in volumine continentur.

Pomponii Epistola ad Augustinū Mapheū
C. Crispi Salustii bellū catilinariū cum cōmento Laurentii Valensis.
Portii Latrōis Declamatio cōtra L. catilinā.
C. Crispi Salustii bellum iugurtinum.
C. Crispi Salustii variae orationes ex libris eiusdē historiarum excerptae.
C. Crispi Salustii vita.

Romae per Pomponium emēdata: ac Venetiis diligentissime impressa.
In eodem averso folio imprimitur Pomponii Laeti *Epistola*, *praevia hac inscriptione*: AUGUSTINO MAFEO RERUM RO. THESAURO POMPONIUS LAETUS. *Opus* Catilinarii belli *incipit in folio secundo recto, praecedente titulo, hoc* Commentario: LAURENTII VALLENSIS IN. C. CRISPI SALUSTII CATILINARIUM COMMENTARII. *Textui vero hic praefigitur:* C. CRISPI SALLUSTII LIB. DE CONIURATIONE. L. SER. CATILINAE. *Ad calcem integri operis legitur,* FINIS, *exinde:* Laus omnipotenti Deo. Impressum Venetiis per magistrum Theodorum de ragazonibus de asula Anno domini. M. cccc.lxxxxii. die yiiii. Iulii Deo gratias Amen. *Adcedit* Registrū Cartarum.
In folio parvo.. X. C. 34.

Character textus *Belli Catilinarii* major est illo, quo *Commentarium*, et reliqua omnia hujus editionis excusa sunt. Typus minor rotundus, aeque ac major, complectitur 61. lineas in paginis plenis. Desunt foliorum numeri, et custodes; inscriptiones in superioribus marginibus *Belli Catilinarii* occurrunt; initiales parvis formis cusae inveniuntur; signaturae habentur litteris, Romanisque numeris impressae.

—— Alia editio, *in cujus prima pagina conspiciuntur quatuor figurae in lignea tabella insculptae, Auctorem et tres Commentatores exhibentes*, Ioannem *scilicet* Britannicum, Laurentium Vallam, *et* Omnibonum Leonicenum, *uti eruitur ex eorum nominibus in superiori tabellae ora inscriptis. His subjecta leguntur sequentia verba :*

Hoc in uolumine haec continentur.

Pomponii Epistola ad Augustinum Mapheum.
C. Crispi Salustii bellū catilinarium cū cōmento
Laurentii Vallensis et Oīboni Leoniceni.
Portii Latronis Declamatio contra. L. Catilinā.
C. Crispi Salustii bellum iugurtinum cum
commentariis praeclarissimi fratris Ioan
nis chrysostomi Soldi Brixiani.
C. Crispi Salustii uariae rationes (sic) ex libris
eiusdem historiarum excerptae C. Crispi Salustii vita.
Romae per Pomponinum emendata
Brixiaeque pe (sic) Ioannem Britanni
cum diligentissime reuisa.

Aversam paginam occupant Epistola, qua AUGUSTINO MAPHEO RERUM RO. THESAURO POMPONIUS LAETUS S. *dicit, et* OMNIBONI LEONICENI IN. C. CRISPI SALUSTII CATILINARIUM COMMENTARII. *In folio secundo recto opus initium sumit a titulis, ut in praecedenti editione. In folio xxxv.* CRISPI SALUSTII LIBER DE BELLO JUGURTINO *incipit in folio xcviii. Sequitur* PORTII LATRONIS DECLAMATIO CONTRA LUCIUM SERGIUM, CATILINAM. *In folio ciii.* ORATIONES, *et folio cix.* C. SALUSTII VITA *habentur. In fine adcedunt* INVECTIVA C. SALUSTII IN CICERONEM, M. T. C. RESPONSIO CONTRA SALUSTIUM, *et* Catiline Oratio responsiva in Ciceronem. *Opus desinit in folio cxiv. averso, ad lineam v. verbo* FINIS, *cui typographica notitia hoc pacto subjungitur:* Impressum Venetiis opera et impensa solertissimi uiri Joannis Tacuini de Tridino: regnante inclito Principe Augustino Barbadico Anno domini. M. ccccc. die xx. Lui. (sic) *Adjecta sunt* REGISTRUM, *Typographi symbolum, et illud:* Antonij Seripandi ex Jani Parrhasij testamento.
In folio parvo.. XX. G. 19.

Haec omnia excusa cernuntur duplici Romano charactere, qui minor est in *Commentariis*, et major in textu. Observantur etiam foliorum numeri, signaturae, et initiales literae ligno incisae.

—— Exemplar alterum.. XI. G. 2.

—— Alia editio. *In prima pagina folii primi hujus voluminis contenta habentur, ut in editione praecedenti. Aversam occupat* POMPONII LAETI *Epistola* AD AUGUSTINUM MAPHAEUM. *In folio II.* Sallustii bellum Catilinarium, *cum* Laurentii Vallae Commentariis *incipit. Terminatur vero in aversa folii xxvi. pagina. In folio sequenti incipit* PORTII LATRONIS DECLAMATIO CONTRA LUCIUM SERGIUM CATILINAM, *quam prima folii xxx. pagina* C. CRISPI SALUSTII LIBER DE BELLO JUGURTINO *excipit. Isto absoluto, folio xl. ad finem aversae paginae inchoantur* SALUSTII Orationes *ex ejusdem libris historicis excerptae. Has sequitur folio xlv. eiusdem*

Vita, *quae in prima folii xlvi. pagina, post lineam L. finitur. Tunc legitur subjectum.*

Laus omnipotenti Deo.
Impressum Venetiis per Bernardinum Benalium.

His subnexum est Registrum Cartarum.
In folio parvo.. XI. E. 15.

Opera hujusmodi editionis septem plagularum fasciculis comprehenduntur. Typus duplex, quo impressa sunt, Romanus est, ac perelegans. Charta firma, et laevigata. Litterae initiales partim sunt omissae, partim parvae a Typographo adjectae. Desunt custodes, et paginarum numeri, haud vero signaturae. Hanc editionem *Maittairus Tom. IV. pag. 746.* et *Baur Tom. IV. Bibl. Viners. pag. 13.* recensent; ipsamque intra annos 1483. 1498. in lucem prodiisse, patet ex eo, quod *Bernardinus de Benaliis* iuxta *Maittairum* typographicis monumentis intra istos annos innotescat.

—— Alia editio, *quodammodo similis editioni anni 1500, paucis tantum exceptis. In prima pagina post ligneam tabulam repraesentantem* Sallustium, *ejusque Commentatores, notantur ea, quae* Hoc in volumine continentur: *in aversa occurrit solummodo Epistola* POMPONII LAETI AUGUSTINO MAPHAEO. Conjuratio Catilinae *terminatur folio averso xxv. et in sequenti signato* e ii. *incipit* Bellum Jugurthinum, *cui praefigitur Epistola, qua* Joannes chrisostomus Bartolomeo Soldo fratri Salutem dicit. *In folio xc. recto, signato* qiii. *desinit* Jugurthinum Bellum, *et protinus in aversa pagina incipit* PORTII LATRONIS DECLAMATIO CONTRA LUCIUM SERGIUM CATILINAM, *quam excipiunt in folio recto xcvi., signato* r iii. Orationes *excerptae* Ex libris Historiarum. C. Crispi Salustii; *ejusdem* C. SALUSTII VITA; INVECTIVA. C. SALUSTII IN CICERONEM; M. T. C. RESPONSIO CONTRA SALUSTIUM; *et* ORATIO LUCII CATILINAE RESPONSIVA IN. M. T. C. *Opus clauditur folio recto cxv. ad lineam v. verbo* FINIS, *cui subscribitur* REGISTRUM.
In folio.. X. E. 31.

Sine notis typographicis. Refert hanc editionem *P. de Blasiis, Tom. XX. di Opuscoli di Autori Siciliani, pag. 411.*, nil tamen de loco ejusdem pronunciat, neque *Maittairus pag. 751. Gemeiner pag. 237. Rossi pag. 70.* aliquid de loco, et anni impressione docent. *Brixiae* autem minime dari posse praesentem editionem, monet Eruditissimus *Audiffredus* in *Specimine Edit. Italic. Saec. XV. pag. 203.*, nam etsi nomina *Ioannis Brixiani*, ipsiusque *Brixiae* in ea inscripta suspicandi locum praebere possint, ipsam in ea urbe forsitan prodiisse; qui tamen eam ob causam ita statueret, valde jejunum in Historia Bibliographica se ostenderet.

—— Libro estratto da Salustio Istoriografo, ove narra le azioni de li Nobili Antiqui Romani etc. etc. *Vide in Appendice Art.* Cesariano.

Salomonis Raby Levi. *Vide* S. Maria Pauli de.

Salviatis Georgii Benigni de. Mirabilia lxxvii. reperta in opusculo Nicolai de Mirabilibus. *Praecedit inscriptio Nuncupatoriae Epistolae, seu Prologo, in quo Auctor patefacit occasionem, et rationem praesentis opusculi.*

GEORGIUS BENIGNUS
DE SALVIATIS ORDI
NIS MINORUM SA
CRE THEOLOGIE
PROFESSOR AD
MAGNANIMUM
LAURENTIUM
MEDICEN.

Opus incipit in secundo folio recto, et huic praefixa sunt verba: GEORGIUS BENIGNUS DE Salviatis septem et septuaginta in opusculo Magistri Nicolai de mirablibus (sic) reperta mirabilia pñti op'e annotavit. *Ad calcem lxxvii.* Mirabilium, *aliud adcedit* Mirabile, *dein Exhortatio quaedam occurrit ad* Nicolaum Laudatum, *quam novem* Conclusiones *excipiunt; hisque absolutis* Τέλος *primum, dein legitur,* Impressum Florentie.
In 4.° parvo.. I. D. 17.

Typus rotundus ac perelegans hujus editionis, sine nomine Excusoris, et nota Chronologica impressae, lineas 24. adimplet in paginis integris. Res notabiles, et nomina occurrunt in marginibus externis, in inferioribus signaturae; ast custodes, et plagularum numeri desiderantur; et initiales vel minoribus formis, vel spatio tantum indicatae sunt.

Salutati Colucii. Epistola ad Innocentium PP. vii. *Extat in lib. i.* Epistolarum Leonardi Bruni Arretini. *Vide* Arretini *in Appendice.*

Salyceto Bartholomaei de. *Vide* Saliceto.

Salyceto Guilielmi de. *Vide* Saliceto.

Sammonici Quinti Sereni. *Vide* Sereni.

Samnitum. Epistola ad Curtium. *Extat cum Epistolis* q. Curtio *tributis. Vide* Curtii.

Samuelis Rabbi. Epistola contra Hebraeos, *ab* Alphonso Bonihominis *ex Arabico in Latinum sermonem versa. In prima pagina* Incipit epistola prohemioli (sic) magistri alphonsi boni hõis hispani super epistolã translatã d' arabico ĩ latinũ quam scripsit magister Samuel israelita oriundus de civitate regni marachiani (sic) ad rabbi isaac magistrum sinagoge qui (sic) est sublimione (sic) in regno predicto. *Ad lineam xv. aversae paginae haec terminatur, et protinus* Incipit epistola *ipsa, quae absolvitur in folio xxiii. averso, hac conclusione:* FINIS Laus Deo omnipotenti: *Dein:* Explicit epistola rabbi Samuelis israelite oriundi de civitate Marocho4 missa rabbi Isaac magistro sinagoge que est in sublimita (sic) in regno predicto. Anno domini Millesimo. Sed translata de arabico in latinum per fratrem Alphonsum boni hominis hispanum ordinis praedicato-

rum quam translationem fecit anno. d. Mccexxxviij. tēpore pontificatus Sanctissimi in christo patris et dñi. d. Benedicti pape. xij. deo grās. amen. *Post Epistolam laudatam , opusculum* Sequitur de Sacerdotio domini nostri Jhesu xpi., *de quo egimus in Tom. II. pag. 138. Huic secundo opusculo praeposita est Epistola* Federici de Manfredis Episcopi Faventini *ad germanum suum* D. Galeottum, *cui illud misit. Hoc opusculum , cum Epistola* Manfredi, *occupat paulo plus , quam quatuor chartas ; et ad ejus calcem apposita est post verba,* Deo gratias Finis, *sequens subscriptio :*

Impressum in alma ac inclita civitate bononie p
me Ugonem de rugeriis : sub divo ac
illustri pricipe et domino. d. Joañe
Secundo bentivolo sfortia vice
comiti de aragonia. Sere-
nissime lige armorum gu
bernatori dignissimo
etc. etc. Anno ab incar
natione domini
nostri Ih'u xpi
Mcccclxx.
xxvi. die
xiij. ma
dii. etc.

In ultima pagina occurrit Typographi signum , jam alibi notatum.
In 4.° parvo..VII. B. 40.

Editio est impressa charactere gallo-franco , cum signaturis tantum , *quae* pertingunt usque ad *D. II.* ex quibus liquet voluminis plagulas esse 28.

— Alia editio, *cujus initium, Interpretis Epistolae adpositum , sic extat:* Incipit Epistola Rabi Samuelis israhelite oriundi de fer civitate Regis Marochitani : missa Rabi ysaac magistro sinagoge q est in subiulmeta (*sic*) in regno predicto. Anno domini. S. nativitatis eius Millesimo Sed translata de arabico in latinū per fratrem Alfonsum boni hominis hispanum ordinis predicato4 : quā translationem fecit anno dñi : Millesimo tricentesimo (*sic*) tricesimo nono. Sanctissimi ac beatissimi dñi Bñdicti pape duodecimi : pontificatus eius anno quinto. *Laudata Epistola Nuncupatoria mittitur ab Interprete* Hugoni magistro ordinis FF. praedicatorum, *quae desinit in secundo folio recto, ad lineam XVI. et opusculum incipit a titulo :* (I). N nomine dñi misericordis et miserantis in quo speramus : Incipit epistola trāslata de arabico in latinum : p fratrem Alfonsū boni hominis hispanum ordinis predicato4 : que epistola cuius sit editive : sive quis eam composuit: et ad qd valeat phemiolū ipsius epistole et narratio eius plenius declarabūt cum titulo qui est talis. *Opusculum absolvitur in folio*

recto xxxviii. ad lineam 11. et sequentia verba subnectuntur: Explicit epistola Rabi samuelis missa Rabi ysaac ut supra in prohemio continetur: Sub anno domini scilicet nativitatis eius. Millesimo. Sed translata de arabico in latinum per dictum fratrem Alfonsum boni hominis: ordinis fratrum predicatorum. Sub anno domini Millesimo trecentesimo tricesimo nono. Sedente Bñdicto papa duodecimo: Anno quinto pontificatus sui Deo gratias.

In 4.° parvo .... II. D. 4.

Character, quo praesens editio notis typographicis destituta, est excusa, Romanus majusculus est, ac perelegans. Litterae initiales partim desunt, partim majores adjecit Calligraphus. Caret signaturis, custodibus, et paginarum numeris. Interpunctionis signum solum observatur punctum. Quaevis pagina 26. lineas complectitur. Haec editio est antiquissima, rarissima, et Bibliographis plane ignota. Perperam *Quetif T. I. Script.* Ordi. *Praedic.* unicam tantummodo editionem Saec. XV., et quidem *Mantuae* anno 1475. typis evulgatam recenset; et reliquas omnes Saec. XVI. in lucem prodiisse autumat.

—— Alia editio. *Epistolae titulus sequens est:* incipit Epistola quā misit Rabi Samuel Israelita oriundus de Civitate Morochorū (sic) ad Rabi ysaac magistrū. Sinagoge que est in subiulmeta in predicto regno. In anno dñi Millesimo. Sed translata de Hebreo vel de Arabico in latinum per frātrem Alfonsū boni hominis Hispanū ordinis predicatorum quam translationem fecit. Anno dñi. Mcccc (sic) xxxviii. tempore pōtificatus dñi Benedicti pape. xii. que epistola cuius sit editionis et ad quid valeat prohemium ipsius pistole et narratio eius plenius declarabunt cum titulo que (sic) est talis. *Sequitur* Titulus Epistole. Epistola quam scripsit magister Samuel israhelita oriūdus de Civitate Regis Marochiani ad Rabi ysaac magistrum Sinagoge que est in subiulmeta in Regno predicto. *Ad calcem folii xxi recti ultimum finitur capitulum, cui sequentia impressa habentur subjecta:* Explicit Epistola Rabbi (sic) Samuelis quam scripsit ad Rabbi ysaac Magistrum Synagoge. *In postica pagina, quae ultima est,* Sequitur Epistola quam misit Pontius pilatus Tyberio Imperatori Romano, *quam innuimus in Tom. II. pag. 302. Finis eidem imponitur verbis:* LAUS DEO.

In 4.° parvo .... XIII. D. 29.

Hac de editione apud Bibliographos, quos ad manus habeo, licet multas recenseant, nullam invenire potui perfectam notitiam. Quantum ex charactere, qui rotundus, minutus, et nitidus est, conjicere licet, eadem *Romae* ex *Silberi* officina in lucem prodiisse videtur. Constat libellus hic 21. foliis impressis, et in qualibet pagina lineae 35. numerantur. Numeris, et reclamantibus caret; solisque signaturis, quae usque ad *ciiii* pertingunt, instructus est. Initiales parvis elementis sunt expressae, et pro interpunctione solummodo punctum observatur.

Sancii Roderici de Arvalo, Episcopi Zomarensis. Speculum humanae vitae. *Opus hoc in partes duas tributum est: in quarum prima agitur* de Vita Civili, *sive temporali, in altera* de vita spirituali. *Utrique praemissa est Auctoris Epistola ad* Paulum II. P. M. *post primam porro Epistolam, sequitur* Prefatio utilis in qua auctoris huius libri vita: eiusq3 studia recolūt'. et tādē admōet ad studia legis divīe potius q̄ humāe et de effectu legum humana4: et de ordine procedendi in hoc libro. *Huic subditur Tabula argumentorum capitum utrius-*

que libri: quae capita in primo sunt xliii., in secundo xxx. Haec Tabula, cum Epistola, et Praefatione occupat folia octo cum dimidio. In fine Capitis xxx. libri secundi, sequentes leguntur versus:

Edidit hoc lingue clarissima norma latine
Excelsi ingenii vir rodoricus opus.
Qui norme (sic pro Romae) angelica est custos bene fidus in arce,
Sub pauli ueneti nomine pontificis.
Claret in italici Zamorensis episcopus auois
Eloquii. it superos gloria parta viri.

Deinde

Hoc Conradus opus suueynheym ordine miro
Arnoldusq3 simul pannarts una ede colendi
Gente theotonica: roma (sic) expediere sodales.
In domo Petri de Maximo. M. CCCC. LXVIII.

Hanc subscriptionem excipit Repertorium sive tabula per alphabetum ad faciliter recipiendas materias in presenti libro dicto speculum vite humanae; *in cujus fine:* Explicit brevis tabula sive repertorium per alphabetum in presenti libro speculum vite humane.
In folio parvo.. XII. E. 35.

Editio princeps, et rarissima; splendidissima etiam, ita ut nulla in eadem desideretur elegantia. Typi Romani majusculi nitidi, et conspicui in lineas 33. tributi, satis latum marginibus, nullo signo insculpto praeditis, locum relinquunt. Charta albedine, et soliditate spectabilis est. Initiales adjectae sunt ab Illuminatore, nam spatia tantum illis Typographus destinaverat, et primam voluminis paginam insignem reddidit colore rubro, et coeruleo, et auro. Immerito haec editio in *Catalogo Bibl. Tillerianae pag. 356.* refertur ad annum *1467*.

—— Alia editio, *quae incipit ab Epistola Nuncupatoria Auctoris ad Paulum II., cujus initium ita legitur:* Ad Sanctissimū et B. Patrē et D. D. Paulum ii. P. M. liber incipit dictus Speculum vitae humanae quia in eo cuncti mortales in quovis fuerint statu vel officio spirituali aut temporali speculabunt cuiuslibet artis et vitae ꝓspera et adversa ac recta vivendi documēta editus a Rodorico Episcopo Zamorensi postea Calagaritano Hispano. E. S. in castro suo sancti angeli Castellano et Referendario. Prologus. *Caetera, ut in praecedenti editione. Opere absoluto leguntur versus;* Edidit hoc linguae etc. etc. *dein sequentia verba:* Sedente Sixto iiii. Pont. Max. Anno Christi. MCCCCLxxiii. Impressus est hic liber Romae in domo Nobilis Viri Johānis Philippi de lignami. Messañ. eiusdem S. D. N. familiaris Anno eius secundo ultima die mensis Julii. *In hac editione, vel saltem in nostro exemplari, deest Repertorium alphabeticum, quod in praecedenti occurrit.*
In folio parvo.. XIII. C. 12.

Litterae, quibus hoc opus impressum est, sunt Romanae majusculae, nitidae, et elegantes. Desunt custodes, signaturae, paginarum numeri, et initiales, quas Miniculator vario colore supplevit; et primam auro, et floribus affabre depinxit.

—— Exemplar alterum.................................... VII. A. 21.

—— Exemplar tertium.................................... VIII. C. 27.

—— Alia editio. *In prima folii primi pagina leguntur majoribus gallo-francis typis:*

Speculū hūane vite.
Speculum conver
sionis peccatorum

Dein minoribus formis:

Speculū sacerdotum cum hystoria vdonis
Speculum ecclesie. sive Exposito misse
Speculum anime peccatricis
Tractatus de horis dicendis
Tractatus de casibus penitentialibus
Tractatus artis bene moriendi.

In fronte secundi folii sequens habetur notitia sermone pedestri scripta: Edidit hoc lingue clarissima norma latine Excelsi ingenii vir Rodoric' opus. Qui norma angelica ē custos bene fidus in arce. Sub pauli veneti noīe pontificis. Claret in italici Zamorēsis epus ausis Eloquii. it superos glīa parta viri. *Carmen istud sequitur Tabula capitum; istam alphabeticus Index. In folio xi. incipit Auctoris Praefatio ad* Paulum II. P. M.; *ac illam excipit Prooemium. In aversa pagina folii xv. ad lineam iv.* Incipit captl'm pmū pmi libri. videlic' de pmo et sulimiori (sic) statu tpali q̄ est status et gradus impial' et regal' ac aliorū pncipū seculariū. Et de supmo hui' stat' dignitatis culmīe et excellentia. ac de illius gl'a et felicitate. necnon de ei' progativis. cōmoditatibus. laudibus. et preconiis super alias temporales dignitates. *In fine secundi libri legitur:* Finit felicit' liber excellentissimus. Speculum hūane vite nūcupatus impssus Bisuncii Anno dñi Milesimo. CCCC. Lxxxviii. *Sequuntur dein alii tractatus, quorum mentionem fecimus pag. 11. hujus vol. art.* Rychel., *cum quo praesens opus extat excusum, et compactum.*

In 4.° parvo.. XIII. A. 30.

Typus, quo impressum est hoc opusculum, gallo-francus est, ac satis luculentus. Initiales litterae ligno incisae conspiciuntur. Custodes, et paginarum numeri penitus desiderantur. Constat istud 22. plagularum fasciculis, qui litteris *a-y* sunt signati.

Sancta Ella Joannis de. *Vide* Fernardez Roderici.

Sancto Amando Joannis de. Super Antidotarium Nicolai. *Extat cum opere* Mesuae. *Vide* Mesue.

Sandei Felini. Tractatus de Rescriptis = De officio Ordinarii = De officio Judicis, litisque contestatione; ac prestantissimus sermo de indulgentia plenaria

per modum predicationis editus. Tabula ad invenienda capitula sm̄ numerum cartarum, *in cujus calce legitur* Oīa unico non indecenti volumine connectenda sunt Laus Deo, *habetur in postica pagina folii primi; et in secundo recto incipit* Tabula super de rescriptis et reliquis, *ordine alphabetico digesta, quae tredecim occupat paginas, et post alias duas vacuas, in folio nono averso occurrit Nuncupatoria Epistola, cujus inscriptio:* D. Oliverio iurisconsulto verissimo Episcopo albano Cardinali neapolitano Reverendissimo: Felinus Sandeus indignus canonicus ac civis: ferrariensis: Inter pedaneos iuris pontificii interpretes perexiguus: humili ac devotissima commendatione premissa: se ipsum. (sic) *Data* Ex Gimnasio pisano. vj. kalendis (sic) aprilis anno a natali cristiano. M. ccccIxxxiiij. *In folio x. incipit* Compendiosum opus super titulo de Rescriptis et nōnullis alijs. Collectum Pisis Felino Sandeo dictante. *Ad calcem Tractatus* de Rescriptis: Felinus Sandeis (sic) canonicus ferrariensis. Anno Domini. M. cccc. lxxxiiij. Et xv ij. lectionum quas ordinarie legit partim ferrarie: partim pisis. Etatis aūt. sue. xl. Pisis. *Sequuntur alii Tractatus, qui absolvuntur in folio clxix. averso; et in prima pagina folii clxx. sequentia verba habentur:* Iam ad calcem deducta ac perfecta (sic) sunt castigatissimi Tractatus de rescri. de offi. ordi. offic. iudi. litisq3 cōtestatiōe ac p̄stātissimus s'mo de indulgētia de modū p̄dicatiōis editus nec non preclarissimum opus quando apostolice littera patronis ecclesiarum noceant una cum quibusdā eruditissimis additionibus ad abbatis expositionē decreti que omnia opera edita sunt et emanata ab excellentissimo et in omni littera4 genere consumatissimo humani diviniq3 iuris consultissimo Felino sandeo ferrariensi canonico et rote auditore nō immerito. Impressa vero Venetijs opa: et impensa Pelegrini de pasqualibus Bononiensis qui omne studium ac diligentiam adhibuit: vt hec oīa opera q̄ emendatissima ederentur Augustino Barbadico Duce felicissimo Anno a natali Christiāo. M. cccc lxxxviiij. tertio kalēdas octobres. Finis. Laus Deo Amen. *Sequitur* Registrum hujus operis, *cui subnexum visitur Typographi signum, jam notatum.*

In folio majori.. VI. G. 3.

Numeri plagularum, et custodes nullo pacto excusi fuere in hac editione; sed fasciculi rite a Bibliopego disponi possunt signaturarum indicio, quae constant litteris, arabicisque numeris. Initiales parvae in spatiis occurrunt, et Inscriptiones adsunt in marginibus superioribus. Gallo-franci sunt hujus voluminis characteres, duplici in quavis pagina columna distincti, et implent in unaquaque lineas 77.

Sangeminiano Dominici de. *Vide* Geminiano Dominici de S.

Sangeminiano Joannis de. *Vide* Geminiano Johannis de S.

Sangeminiano Nelli de. *Vide* Nelli Iuliani.

Santritter. C. Jo. Lucilii. Additiones, *et* Canones in Tabulas Astronomicas Alphonsi Regis Castellae. *Extant cum Tabulis* Alphonsi. *Vide* Alphonsi.

—— *Ejusdem* Instructio de usu Ephemeridum. *Vide* Ephemerides.

SARACENI BERNARDI. Commentaria, *et* Emendationes in Plauti Comoedias. *Extant cum* Plauti *textu. Vide* Plauti.

SARTORII. Epistolae duae, *quarum altera ad* Romanum Senatum, *altera ad* Numam Pompilium. *Extant cum Epistolis* Q. Curtii. *Vide* Curtii.

SAVONAROLAE HIERONYMI. Compendium Revelationum. *In primo recto folio incipit:*

COMPENDIUM REVELATIONUM
INUTILIS SERVI IESU CHRISTI
FRATRIS HIERONYMI DE FER
RARIA ORDINIS PRAE
DICATORUM

Ad calcem:

.:.:.: Finis. Deo gratias. Amen .:.:
Impressit Florentiae ser Franciscus Bonac
cursius anno salutis. Mccccłxxxxy
v. nonas mensis Octobris.

In 4.° parvo.. II. B. 28.

Numeris, et reclamantibus caret praesens editio, quae tamen in inferioribus marginibus signaturas gerit: Character rotundus est, et pulcher; et lineae 34. in quavis integra pagina scribuntur.

—— *Idem Opus Italice. In folio primo averso insculpta visitur aerea tabula, quae coronam quamdam gemmis, emblematibus, et Sacrae Scripturae verbis refertam, cujus in apice Crucifixi imago adparet, repraesentat. In secundo recto, quod est primum impressum, incipit:*

COMPENDIO DI REVELATIONE
DELLO INUTILE SERVO DI IESU
CHRISTO FRATE HIERONY
MO DA FERRARA DELLO
ORDINE DE FRATI PRE
DICATORI
IESUS MARIA

Opere absoluto, legitur primo, FINIS DEO GRATIAS, *ac deinde.* Impsso Firenze p ser Frãcescho Buonaccorsi nel Mccccłxxxxv. Adi xviii. di Agosto.
In 4.° parvo.. II. B. 16.

Difficile definitu est, utrum haec Itala *Hieronymi Savonarolae Revelationum* editio sit vetustior, vel posterior superiore, quae latina est. Fieri potest, ut ipse *Hieronymus* utramque composuerit,

sed itidem fieri potest, ut altera ex ipsis, haec nempe Itala, ab aliquo ejus discipulo ex ejusdem latino textu adornata fuerit; dum tardius in lucem exierit ipse *Hieronymi* textus, quam versio. Quod spectat ad typos, nitida praecedenti differt; foliorum tamen numero, aliquantisper ea major est.

—— Alia editio, *quae a praecedenti editione differt tantum dispositione linearum, ut in fine, et initio plurium paginarum expertus sum. Eadem extat ad calcem subscriptio, ne littera quidem immutata; adeo ut una eademque editio videri possit, absque diligenti observatione. Extant in hac Regia Bibliotheca hujusmodi editionis duo exemplaria, quibus deest tabula aereaque fortassis ab aliqua rapaci manu avulsa fuit.*

In 4.° parvo.. II. D. 15.

—— Exemplar alterum.. II. B. 27.

—— *Ejusdem* Operette, *quarum tituli in prima pagina ita indicantur:*

Operette composte dal reverendo padre frate Hieronymo da Ferrara dellordine de frati predicatori
Regola a tutti ereligiosi.
Tractato del sacramento, et de mysterii della messa.
Regola del ben vivere composta dal prefato Hieronymo mentra era in carcere, ad istantia dun tavolaccino che logovernava.

Inter haec, et primi opusculi initium, occurrit tabula xylographica, Crucifixi *imaginem inter* B. M. V. Apostolum Ioannem, *et* Mariam Magdalenam *repraesentans. Secundo opusculo praefiguntur verba:* Tractato del sacramento, che sono cinq3 meditazioni: composto da frate Hieronymo da Ferrara, dellordine de predicatori. *Tertium praesefert titulum:* Regola del ben vivere; *et incipit:* Tutto liben vivere christiano etc. *Desinit ad lineam xxxviii. folii iv. aversi, et eidem subnectitur verbum,* FINIS.

In 4.° parvo.. II. B. 16.

Sine notis typographicis. Rotundus typus lineas 42. in qualibet integra pagina occupat. Signatura *a* cum arabicis numeris visitur: initiales gallo-francae sunt; custodes, et numeri foliorum desunt. Praesens editio memoratur a *Fossio Tom. II. pag. 517.* et a *Morellio Tom. IV. pag. 25.* qui tres recenset hujusmodi operis editiones, quarum altera est sequens.

—— Editio, *cujus postica pagina folii primi exhibet tabellam eamdem xylographicam, cum imagine* Crucifixi, *quam in praecedenti notavimus: et in secundo folio recto alia visitur tabella, sed majoris formae, etiam* Crucifixum *inter Matrem, et discipulum repraesentans. Huic praefigitur titulus:* Tractato de Sacramento et de mysterii della messa et Regula utile composta da frate Hieronimo de ferrara. *Aversa pagina est alba et in tertio folio recto occurrunt* Regole a tutti e Religiosi molto utile: da frate Hieronymo da ferrara dellordine de predicatori date a sua (sic) frati. *Secundo opusculo idem praefigitur titulus, ac in praecedenti editione; tertium deest, saltem huic nostrae collectioni.*

In 4.° parvo .... II. B. 27.

Sine certis typographicis notis. Quinque plagulis, quarum tres tantummodo impressae cernuntur, constat opusculum rotundo conspicuo charactere, qui 34. lineas in pleniori pagina complectitur: signatura desideratur, neo custodes, et foliorum numeri adparent. Praesentem editionem retulit *Denis* ex *Morellii* auctoritate.

—— Trattato dell' umiltà. *Primae paginae pars maxima occupatur ab impressione tabulae ligneae, quae* Pictatem, *vel* Jesum Christum *in sepulcro sedentem repraesentat, cui duo* Angeli *brachia sustentant. Huic praefiguntur verba:* Tractato dellhumiltà cōposto ꝑ frate Hieronymo. *Incipit in folio secundo recto, eique adponitur titulus:* Breve et utile tractato di humilita composto dal Reverendo patre fatre Hieronymo da ferrara dellordine de predicatori. *Desinit Tractatus ad quintam lineam postremae paginae, cui* FINIS *additur, ac deinceps notitia hujusmodi typographica:* Impresso in Firenze per Antonio Mischomini A dì ultimo di giugno. M. CCCC.. LXXXXII.

In 4.° parvo.. II. B. 27.

—— Exemplar alterum, *cui deest Tabula lignea* .... II. B. 22.

—— Alia editio, *in cujus prima pagina inter operis initium, et titulum hujusmodi,* Breve et utile tractato della Humilita composto da frate Hieronymo da Ferrara dellordine delli predicatori, *extat tabula lignea, in qua visitur* Jesus Christus *crucem sinistro brachio amplectens, dextera manu sanguinem in calicem ex manus suae vulnere fundens. In folio secundo parva tabella reperitur, in qua* SS. Trinitas *exprimitur; scilicet* Pater *sedens et corpus* Jesu Christi *genibus sustentans, nec non et Columba, quae* S. Spiritum *repraesentat. Desinit opusculum in folio ix. recto, ad lineam xxii. his verbis:* Lapace didio sia sempre con voi. Amen. *postea,* FINIS, *legitur. In sequenti pagina incipit.* Epistola di frate Hieronymo a una devota donna Bolognese, *quae in folio sequenti averso, quod est postremum, ad lineam xix. absolvitur, tandemque* FINIS *visitur.*

In 4.° parvo.. II B. 16.

Sine ulla typographica notitia. Character rotundus 38. lineis paginas implet. Fasciculus decem plagularum signatura instruitur; custodibus vero, ac foliorum numeris nullis praeditus est. Prima initialis florens visitur; aliae duae unciales gallo-franci moduli sunt. Praesentem editionem adfert *Denis pag. 659.* et *Fossius Tom. II. pag. 544.*

—— Alia editio. *In primae paginae initio haec leguntur verba:* Tractato divoto et utile della Humilita composto per frate Hieronymo da Ferrara. *Postmodum visitur tabella lignea, ornamento ligneo pariter inclusa, quod in eminentiori parte* Deum Patrem *cum* Spiritu Sancto *inter solem, et lunam exhibet; in inferiori Sudarium cum* Iesu Christi *imagine inter duos Angelos: tabella autem media* Pietatem, *vel* Iesum Christum *in sepulchro sedentem repraesentat. Post albam paginam in folio secundo incipit* Breve et utile tractato di humilita composto dal Reverendo padre frate Hieronymo da Ferrara dellordine depredicatori. *In folio tertio recto tabellam reperi paginae insertam, quae* Iesum Christum *flagellis caesum exprimit. Nostrum exemplar defectum habet unius folii in fine.*

In 4.° parvo... II. B. 30.

Licet nostrum exemplar sit mutilum in fine, discimus tamen ex *Fossio Tom. II. pag. 543. et Panzerio Tom. IV. pag. 327.* nullam huic editioni excusam esse notitiam typographicam. Initiales in ea ligneis formis florentibus expressae sunt; duo plagularum fasciculi litteris, Romanisque minoribus numeris instruuntur; foliorum numerationem, et custodes Typographus exprimere neglexit. Rotundus est Character, et in plenis paginis 36. lineas occupat.

—— Trattato dell' Amore di Gesu Cristo. *Titulus praefigitur operi :* Tractato dello Amore di Iesù Christo cōposto da Frate Hieronymo da ferrara dellordine de frati predicatori: priore di S. Marcho di Firenze. *Opusculo absoluto, legitur* FINIS. *Adcedunt tres rhythmi italici, vulgo* Laudi, *quorum tituli, I.* Lauda composta dal decto frate Hieronymo Della consolazione del crocifisso = *II.* Oratione breve et devota et bella del decto Frate Hieronymo. *III.* Lauda del sopradecto Frate Hieronymo al crocifisso. *Post laudatos rhythmos*, FINIS *legitur, dein haec Typographi notitia, cui subest ipsius signum, jam alibi notatum :* Impresso in Firenze per Antonio Mischomini. A di xxvi. di giugno. M. CCCCLXXXXII.

In 4.° parvo... II. B. 22.

—— Alia editio. *In antica facie primae plagulae occurrit lignea tabella* Crucifixum *inter Matrem, et Discipulum repraesentans, cui imprimuntur verba:* Operetta nuova composta da frate Girolamo da Ferrara. *Prima pagina folii secundi titulum gerit:* Tractato dello Amore di Iesu Christo composto da frate Hieronymo da Ferrara dellordine de frati predicatori priore di san Marco di Firenze. *In primo folio recto fasciculi* c, *alia lignea tabella minoris formae* Crucifixum *inter Matrem, et Discipulum pariter repraesentans, est inserta. Desinit opus in folio averso ante penultimum, hac linea:* rum Amen. *Dein* FINIS. *Adcedunt italici rhythmi, ut in praecedenti editione. His subscribitur* FINIS.

In 4.° parvo... II. B. 30.

Editio sine notis typographicis, custodibus, plagularumque numeris destituta. Rotundus typus lineas 33. in paginis integris occupat, ut in aliquot expertus sum. Initiales formis gallo-francis uncialibus exprimuntur; signaturae *a-c.* Arabicis sociantur notis.

—— Alia editio, *praecedenti adeo similis, ut eadem omnino primo adspectu iudicari possit. Specimen aliquot varietatum refero. Signaturae numeros Romanos minores habent, excepta nota 3. Ultima linea Tractatus haec est :* infinita secula seculorum. Amen. *Ad haec rhythmis absolutis, et verbo* FINIS *addito, in parva tabella* SS. Trinitas *exprimitur, quam superius vidimus in* Trattato dell' umiltà.

In 4.° parvo... II. B. 27.

—— Alia editio. *In prima pagina tabula extat impressa, cum Crucifixo* etc. *ut in aliis praecedentibus, sed titulo crux ista + additur. Opus incipit in folio secundo recto, cum eodem titulo, ut in prima, et secunda superius descriptis.* Crucifixi *parva imago lignea sine* B. M. V. *et Discipuli figuris folio*

primo recto fasciculi C. *adparet insculpta. Post rhythmos*, FINIS *additur; et adcedit eadem tabella xylographica, quam in fine praecedentis innuimus.*
In 4.° parvo.. II. B. 16.

Praesens editio a duabus descriptis discrepat ob majoris formae characterem, qui rotundus est, et in paginis explet lineas 33. Signaturae *a-c.* sociantur arabicis numeris; custodes, et foliorum numeri desiderantur. Prima initialis florens xylographica occurrit, reliquae unciales gallo-francae sunt.

—— Della vita viduale. *Circa summitatem primae paginae legitur in duas lineas distinctum :* LIBRO DElla vita Viduale, *nec aliud in postica pagina notatur. Prooemium incipit in folio secundo recto, et ipsi imminent verba:* Comincia il Libro della vita. Viduale cōposto da. Frate. Hieronymo da Ferrara dellordine de Frati predicatori a istantia di molte diuote Vidue. et uiduui. Prohemio *Desinit opusculum post lineam* XII. *postremae paginae, et post trium linearum intervallum, notitia haec adparet typographica :*

Impresso in Firenze per ser Francescho
Bonachorsi nel
M CCCC L XXXXI.

In 4.° parvo.. II. B. 22.
—— Exemplar alterum.. II. B. 30.
—— Trattato dell' Orazione mentale. *Titulus hujusmodi imminet operi:*

TRACTATO DI FRATE HIERONY
MO DE FERRARIA DELORDI
NE DE FR. PRED. IN. DEFEN
SIONE ET COMMENDATIO
NE DELLA ORATIONE
MENTALE.

Desinit in linea XXIV. *ultimae paginae, cui subscribitur Typographi, et loci notitia tantum scilicet:* Impresso in Firenze p' Maestro Antonio Miscomini.
In 4.° parvo.. II. B. 16.

Denis in Suppl. pag. 659. duplicem editionem refert *Antonii Miscomini.* Character in hac nostra editione perelegans visitur, qui lineas 27. occupans in paginis, satis amplum marginibus locum relinquit. Duo fasciculi signantur litteris *a. b.* cum Romanis minoribus numeris; initiales parvis exprimuntur typis; custodes aeque, ac foliorum numeri exulant; charta denique est alba, et firma.

—— Alia editio. *Praecedit icon lignea, quae virum, auctorem fortasse, ante* Crucifixi *aram flexo genu orantem repraesentat, et huic imminent verba gallo-franco charactere expressa :* Operetta di frate Girolamo da ferrara della oratione mentale. *Opusculum incipit in folio secundo recto, titulusque eidem*

praefigitur: Tractato di Frate Hieronymo da Ferrara dellordine de frati predicatori in defensione e cōmendatione della oratione mentale. *Desinit in folio XII. recto, ad lineam XI, eidemque subscribitur,* LAUS DEO. *Ultima pagina in lignea tabula Christum orantem repraesentat.*
In 4.° parvo.. II. B. 30.

Sine notis typographicis. Character rotundus lineas 33. comprehendit in plenis paginis. Quod spectat ad signaturas, litterae sociantur arabicis numeris; destituitur vero custodibus, et foliorum numeris. Initiales tandem uncialis gallo-francae formae visuntur.

—— Exemplar alterum.. II. B. 27.

—— Tractato o uero Sermone della oratione composto da frate Hieronymo da ferrara. *Is titulus impressus visitur in summitate primae paginae, et ipsi subnectitur tabula lignea exhibens Christum in horto orantem, et discipulos dormientes. Incipit Tractatus a Prooemio in folio secundo recto, titulo praeeunte:* Sermone della oratione a M. A. d. S. composto da Frate Hieronymo da Ferrara dellordine de frati predicatori. *Opusculo absoluto, adcedit* Regola del nostro vivere. *Ad eius calcem legitur,* DEO GRATIAS, *ac deinceps:* Impresso in Firenze per Antonio Mischomini Anno. M.CCCCLXXXXII. a di xx. doctobre.
In 4.° parvo.. II. B. 27.

Ad mulierem Religiosam verbis illis M. A. d. S. dirigitur opusculum, cujus rogatu compositum fuit ut ex Prooemio adparet.

—— Alia editio, *cui praefigitur in prima pagina tabula xylographica, quae Christum orantem exhibet; sed ea diversa est a praecedenti. Incipit post tabulam Prooemium, quod excipit opusculum, et istud vicissim excipitur a Regula, quam indicavimus in praecedenti editione, et ad ejus calcem legitur,* DEO GRATIAS. *Hisque adcedit in ultima pagina lignea tabella, quae* Christum *inter milites crucem bajulantem, Matremque eum sequentem repraesentat.*
In 4.° parvo.. II. B. 30.

Sine notis typographicis. Rotundus typus lineas 34. in paginis integris complectitur. Duobus fasciculis signatis *a*, *b*, et arabicis notis, opusculum absolvitur, nullis praeditum custodibus, et numeris foliorum; et initiales uncialibus formis sunt expressae.

—— Alia editio. *In prima pagina tabella extat* Jesum *in horto orantem repraesentans, sed diversa a duabus aliis indicatis. Titulus legitur tabulae praefixus, ut in praecedentibus, et post tabulam protinus incipit Prooemium. Ad calcem subnectitur* Regula, *quam indicavimus in praecedentibus editionibus, desinens ad lineam XXXIV. ultimae paginae et subscripta verba leguntur:* DEO GRATIAS.
In 4.° parvo.. II. B. 16.

Sine notis pariter typographicis. Character rotundus est, et in paginis plenis 38. lineas complectitur. Signaturis *a*, *b*. cum numeris plerumque Arabicis instructi sunt duo fasciculi, quibus constat libellus, custodibus, et numeris foliorum destituti. Prima initialis florens xylographica est, reliquae unciales tantum.

—— Operetta sopra i dieci Comandamenti. *Titulus operis occurrit in summitate primae paginae, sic inscriptus:* Operetta molta divota composta da frate Hieronymo da Ferrara dellordine de frati predicatori sopra edieci (*sic*) comandamenti di Div. diricta (*sic*) alla Madōna o vero Badessa del monasterio delle Murate di Firenze: nella quale sicōtiene la examina de peccati dogni et qualunque peccatore: che e utile et perfecta confessione. *Tabella xylographica, quae* Hieronymum *cum Comite repraesentat Abbatissam et Moniales adloquentem, his subditur. Exinde incipit opus, quo absoluto*, Finis *primum, ac deinceps notatur:* Impresso ī Firenze adi. xxiiii. doctobre. M. cccc. lxxxxv. *Folium adcedit in antica facie vacuum; in postica vero habes tabellam ligneam,* Crucifixi, *imaginem inter* B. M. V. *Apostolum* Joannem, *et* Mariam Magdalenam *exhibentem.*

In 4.° parvo .... II. B. 27.

—— Epistola a Maddalena contessa della Mirandola. *Praefigitur opellae titulus:* Copia duna epistola laquale māda eluenerabile padre frate Hieronymo da Ferrara dellordine de frati ꝑdicatori a Madōna Magdalena Contessa della Mirādola la quale uolea intrare in monasterio. *In ultima linea postremae paginae desinit Epistola verbis:* la seculorum. Amen.

In 4.° .... II. B. 16.

Sine notis typographicis. Quatuor plagulis cum signatura *a*, *a2* constat opusculum absque custodibus, et numeris plagularum, et cum duabus initialibus ligneis florentibus. Character rotundus in quavis pagina 38. lineas complet.

—— Alia editio. *Titulus imminet:* Copia duna epistola la quale manda elreverendo padre frate Hieronimo da Ferrara dellordine de frati predicatori a madōna Magdalena Contessa della mirandola la quale uolea intrare in Monasterio. *En ultima Epistolae linea:* ria. Qui est benedictus in secula seculo4 Amen.

In 4.° parvo .... II. B. 50.

Sine typographicis indiciis. Nullus typus marginibus insculptus adparet, utpote qui vacui prorsus sunt: paginae pleniores numerum 42. linearum habent. Duae initiales gallo-francis formis sunt excusae. Character est rotundus; et quatuor plagulis absolvitur opella.

—— Epistola di Frate Hieronymo da Ferrara dellordine de frati predicatori (*sic*) a tutti li electi di Dio et fideli Christiani. *Is titulus gallo-franco typo excusus, occurrit in antica pagina folii primi. Incipit Epistola in folio secundo recto, et hac praedita est epigraphe:* Frate Hieronymo da Ferrara servo inutile di iesu christo a tutti li electi di dio et figliuoli del padre eterno desidera gratia pace e consolazione del spirito sancto. *Desinit in linea 24. ultimae paginae, et hisce absolvitur verbis:* Data ī sancto Marcho di Firenze el di della apparitione di Scō Michele archangelo. M. cccclxxxxvii.

In 4.° parvo .... II. B. 14.

Sine impressionis notitia. Quatuor foliis constat opusculum omnino carens notis marginalibus Initiali florens xylographica cernitur; rotundus character lineas 35. complet in singulis paginis.

—— Epistola a una donna Bolognese. *Vide* Trattato dell' Umilta.

—— Epistola del reverendo padre frate Hieronymo da Ferrara ad certe persone diuote perseguitate per la uerità da lui predicata. *Hic titulus Epistolae praefigitur. En ultima verba lineae xxxiii.* Lo Spirito Sancto sia sempre con noi. AMEN.

In 4.° parvo.. II. B. 14.

Editio typographicis notis omnino carens. Haec Epistola duabus plagulis absolvitur, rotundo charactere excusa, cum marginibus absque notis. Initialis xylographica est, et 34 lineae in paginis numerantur.

—— Apologeticum Fratrum Congregationis S. Marci Florentiae. *Praecedit titulus :* Fratris Hieronymi sauonarolae ferrariensis ordinis praedicatorum prooemium in Apologeticum Fratrū Congregationis sancti Marci florentiae eiusdem ordinis. *Desinit Prooemium ad primam lineam folii secundi recti*, et *exinde incipit* Apologeticū frat4 cōgregationis scī Marci de florentia, *quod desinit in linea nona folii decimi aversi.*

In 4.° parvo.. II. B. 14.

Sine notis typographicis. Nec *Maittairo*, nec *Denisio* innotuit haec editio, quam *Fossius Tom. II. pag. 491. Florentiae* excusam autumat circa annum 1497. Unicus fasciculus decem plagularum hujus opellae instruitur signatura *a*, cum numero modo Romano minore, modo Arabico; numeratione, et custodibus destitutae. Typus rotundus est, et 32. lineas in paginis plenis complectitur. Initiales florentes xylographicae visuntur.

—— Regola del ben vivere composta ad istanza d' un Tavolaccino che lo governava, *cujus initium*: Tutto il ben vivere christiano ec. *Extat in libello sub titulo* Operette, *supra* notato.

—— Alia editio. *Prima pagina exhibet tabellam xylographicam, cum imagine* Crucifixi, *quae etiam reperitur in libello*, *cuius titulus* Operette. *In folio averso protinus legitur*, Regola del ben uiuere, *et huic adponitur opusculum*, *desinens in secunda pagina folii quarti*, *ad lineam sextam*, *quae his verbis constat:* culorum Amen: Laus deo 1498. *Subnectitur his alia tabella xylographica, quae Virum ante* Crucifixi *aram orantem repraesentat.*

In 4.° parvo.. II. B. 47.

Sine certis typographicis notis. Quatuor plagulis constat opusculum gallo-franco charactere conspicuo ornatis, et 27. lineae in pleniori pagina numerantur. Signatura desideratur; nec adparent custodes, et foliorum numeri. Opusculi hujus editionem refert *Maittairus Tom. I. pag. 670.* ad annum *1498. Florentiae* excusam: et haec nostra probabiliter iudicari potest ex illa chronologica nota ad calcem impressa, quae compositionis, et impressionis annum fortasse indicat. Aliam retulit *Denis* ex *Morello pag. 659.* quam ab illa *Maittairi* diversam iudicandam arbitratus est.

—— Regola a tutti i Religiosi. *Extat in volumine* Opusculorum, *et in libello* de Sacramento Altaris. *Vide* Operette.

—— Regola uniuersale ad ogni uomo, *quae incipit:* Sopra ogni cosa amate dio. *Extat cum* Expositione Psalmi XXX, *et cum* Tractatu de Oratione. *Vide* Espositione. *Vide* Trattato.

—— Sermone dell'Orazione. *Vide* Trattato dell' Orazione.

—— Triumphus Crucis, *sive* de veritate fidei. *Legitur in prima pagina gallo-francis elementis sequens titulus:* Fratris Hieronymi de Ferraria Triumphus Crucis. *Tabula capitum incipit in eodem folio averso, et in secundo pariter averso desinit. In folio tertio recto Prooemium occurrit, cui praefigitur titulus:* FRATRIS HIERONYMI SAVONAROLAE FERRARIENSIS ORD. PRED. DE VERITATE FIDEI IN DOMINICAE CRVCIS TRIVMPHVM LIBER PRIMVS PROOEMIVM. *In quatuor libros dividitur opus, quod desinit in folio xcviii. averso, ad lineam xxxiv, quae verbis hisce constat:* et imperium, per infinita saecula saeculorum Amen. *Subscribitur his,* LAUS DEO.
In folio parvo.. XIII. D. 1.

Absque notis typographicis. Characteres rotundi, admodum nitidi in charta satis polita impressi, lineas 35. complent in paginis integris, ut ex aliquot ipsemet numerando comperi. Initiales minoribus formis repraesentantur; libri in ora superiori marginum indicantur; in inferioribus occurrunt signaturae *a-m* cum numeris partim Arabicis, partim Romanis.

—— *Idem opus ab Auctore in Italicam paraphrasim versum. Incipit in folio primo recto tabula, cujus titulus:* Libro di Frate Hieronymo da Ferrara delle ordine de Frati praedicatori: della uerita della Fede Christiana: sopra el Glorioso Triumpho della Croce di Christo. *Desinit ad lineam xxi. folii secundi recti, eique subnectitur Epistola, instar Praefationis, cujus Auctor ex hac epigraphe dignoscitur:* Maestro Domenico Benivieni Fiorentino canonico disancto Lorenzo a tutta la generatione humana. *In folio tertio Prooemium Auctoris, et Interpretis simul incipit: haec praefiguntur verba:* Prohemio di Frate Hieronymo Savonarola da Ferrara del ordine de frati predicatori: nel libro della uerità della Fede: sopra el Triumpho della Croce di Christo. *Ex hoc Prooemio luculentissime discimus* Hieronymum *verbum verbo, quemadmodum solet fidus Interpres, reddere minime curasse; immo servato sermonis sensu, quaedam immutasse, quaedam vero addidisse, vel substulisse, ne indoctis philosophicae locutiones, et sententiae officerent. Liber primus protinus Prooemio subiicitur, cum proprio titulo, et opus desinit in ultima linea folii recti lxxxiv. continente verba:* Potesta et Imperio ꝑ infinita secula seculorum Amen.
In folio parvo.. II. D. 1.

Sine notis typographicis. Praesens editio cum praecedenti, quod spectat characterem, omnino convenit, et ejusdem Typographiae adparet. Initiales florentibus ligneis typis exculptae sunt, vel desunt; custodes, et foliorum numeratio desiderantur. In marginibus superioribus notantur libri, in inferioribus signaturae. *Michael Maittairus Tom. I. pag. 759.* editionem latinam adfert cum signaturis tantum in fol. Latinam, et Italicam pariter refert *Denis pag. 657.*, et observat circa annum 1490. prodiisse; ac certe, nisi fallor ut videtur, ex aliqua Florentina Typographia.

—— De Veritate fidei Christianae. *Vide* Triumphus Crucis.

—— Exposizione dell' Ave Maria. *Praefigitur titulus operi:* Expositione del Reverendissimo in Christo padre Frate Hieronymo da Ferrara dellordine de predicatori sopra la orazione della Vergine gloriosa. Composta da lui in lingua

uulgare ad instantia di certe devote suore Ferrarese. *Expositio desinit in linea xiii. folii xii. aversi, et ultima verba sunt:* Seculorum Amen.
In 4.° parvo.. II. B. 29.

Sine notis typographicis. Editio expressa rotundo eleganti charactere. Unaquaeque pagina integra absolvitur lineis 28. Duo plagularum fasciculi signantur elementis *a-b* cum arabicis notis; custodes, et foliorum numeri nulli existunt; initialis florens est xylographica.

—— Expositio Orationis Dominicae, *Italice versa ab Amico Auctoris. Titulus praeit:* Prohemio sopra la expositione del Pater noster cõposta in latino da fra Hieronymo da Ferrara Dellordine de frati predicatori: et traducta pgli devoti cõtemplatori da uno suo amico in uulgare. *Ad calcem, post verbum,* FINIS. Seguita una epistola sopra la cõmunione di Frate Hieronymo auna deuota donna bolognese. *Hac absoluta, sequens typographica subscriptio invenitur in secunda pagina folii xxvi. post lineam x:*

FINITA

E questa devota et vtile expositione del pater noster
composta da fra Hieronymo da ferrara dellor-
dine de frati predicatori. Et una bella
epistola della Comunione
auna deuota donna
Bolognose
Impressa
In Firenze
per Maestro
Antonio Mischomini
Anno. M. CCCC. LXXXXIIII.

In 4.° parvo..II. B. 27.
—— Exemplar alterum .... II. B. 30.
—— Expositio Psalmi L. Miserere mei Deus etc. etc. *Titulus Prooemio adponitur:* Expositione di Frate Hieronymo da ferrara Sopra el Psalmo. L. Miserere mei Deus: Quãdo era in prigiõe del mese di Maggio. M. ccccl xxxxyiii. tradocta di látino in volgare. *Incipit Prooemium:* iO Infelice et abbandonato dallo aiuto etc. etc. *Ad calcem Expositionis additur,* FINIS, *et subscriptio typographica hujusmodi:* Impressum Bononie per Benedictum Hectoris. Die xiiii. martii. MCCCCLXXXXVIIII.
In 4.° parvo.. II. B. 14.

Nec in Indice *Maittairii*, nec in *Denisii Supplemento* editionem hanc inveni. Ipsa destituitur custodibus, et numeris plagularum. Charactere imprimitur rotundo eleganti, quo lineas 28. formavit in paginis integris Excusor. Initialis parva exprimitur littera, et textus *Psalmi* minutiori charactere.

—— Alia editio. *En titulus Prooemio praefixus :* Expositione di frate Hieronymo da Ferrara sopra el psalmo. L. Miserere mei Deus : quãdo era ĩ prigione del mese di maggio 1498. tradocta di latino in vulgare ad istantia di certe devote donne. *Incipit Prooemium :* Infelice a me : abandonato dallo adiuto di ciascuno etc. etc. *Ad calcem legitur*, Finis . . 1499. *Adcedit* Oratio, *praecedentibus verbis :* Questa oratione fece Frate Hieronymo a di 23 di Maggio 1498. audita la messa quãdo era preparato alla cõmunione : comincio cõ reverenzia inanzi al sanctissimo sacramẽto a parlare in questa forma. *In penultima libelli pagina extat versio italica Psalmi I.* Beatus vir, *in postrema impressa visitur tabella xylographica cum imagine* Crucifixi, *quam notavimus in descriptis editionibus.*
In 4.° parvo .... IV. B. 13.

Sine typographica expressa notitia, licet ex nota chronologica, arabicis numeris, excusa in calce Expositionis, coniici possit annus impressionis hujus Florentinae editionis; atque ad hunc annum illam refert *Denis* pag. 475. Rotundo charactere eleganti extat impressa. Litterae *a-c* cum arabicis numeris signaturis inserviunt; foliorum numeri, et custodes desiderantur; initialis lignea florens occurrit; et lineae 28. paginam quamlibet integram implent.

—— Expositione o uero cõpositione di frate Hieronymo da Ferrara dellordine de p̃dicatori sopra il psalmo. XXX. In te dñe speravi etc. Quãdo era in prigione del mese di Magio Mcccclxxxxviii. tradotta in volgare. *Is titulus praefixus legitur Prooemio, cujus prima verba sunt :* la Tristitia mha posto lassedio : con grãde et forte exercito mha circũdato etc. *Desinit* Expositio *cum versiculo :* Quoniam fortitudo mea, *ac deinde subjungitur :* Occupato dalla morte nõ pote seguitare più oltre el psalmo. LAUS DEO : Impressum Bononiae per Benedictum Hectoris Bononiensis. Anno dñi. Mcccclxxxxix. die viii. Mensis Aprilis.
In 4.° parvo .... II. D. 11.

—— Alia editio. *Titulus praeit :* EXPositione di Frate Hie. da F. sopra elpsalmo IN Tedomine speravi. *Hac absoluta in folio xii. recto, protinus subjungitur :* Regola di Frate Hieronimo data universale ad ogni huomo. *Priora verba sunt :* Sopra ogni cosa amate dio cõ tutto el cuore etc. *Desinit in linea xxx. sequentis paginae.*
In 4.° parvo .... II. B. 14.

Editio haec, notis typographicis destituta, haud innotuit *Maittairio*, et *Denisio*. Duobus fasciculis plagularum inhaerent signaturae *a-b*, cum numeris Romanis minoribus, nec ullum aliud reperitur signum marginibus insculptum. Elementa rotunda in quavis plena pagina 36. lineas occupant; initialis typo unciali gallo-franco exprimitur.

—— Esposizione del Salmo lxxix. Qui regis Israel. etc. *Praecedit* Proemio di frate Hieronymo da Ferrara dellordine de p̃dicatori nella expositiõe del psalmo. lxxviiii. Tradocto in lingua fiorentina da uno suo familiare. *Huic subditur Prooemio* Tituli expositio, *ut ex verbis hujusmodi praefixis patet :* Comĩcia la expositione di frate Hieronymo da ferrara sopra el psalmo. lxxviiii. Qui regis Israel

per modo di oratione, et prima sopra eltitulo. EL TITULO. *Ad calcem*, FINIS, *primum; exinde haec typographica nota occurrit:*

Impresso in Firenze apresso a Sancta Ma
ria maggiore Adi. viii. Di Giu
gno. MCCCCLXXX
XVI.

In 4.° parvo.. II. B. 31.

—— Prediche fatte l'anno 1496 ne' giorni delle feste dopo Pasqua. *Collectio primum earumdem describenda est, deinde separatim excusae; ac primo*

PREDICHE DEL REVERENDO
PADRE FRATE HIERONYMO
Da Ferrara facte l'anno del i496.
negiorni delle feste finito che
hebbe la quaresima: et primo
riposatosi circa un mese
ricomincio eldi di. Scõ.
Michele Adi. viii. di
Maggio. MCCCC
LXXXXVI.

Hae Conciones a Laurentio Violio *e viva Auctoris voce exceptae, et exscriptae, sunt 29. earumque ultima absoluta, legitur post verbum*, AMEN.

Fine delle prediche del Revereẽ (sic) P. Fra
te Hieronymo da Ferrara d'llo ordine de
p̃dicatori facte lanno. i496 nedi delle
feste da la pasqua d'lla resurrectione
ĩsino allo advẽto di decto anno. et
raccolte per Ser Lorẽzo Violi
dalla viva voce del pre
dicante
LAUS DEO

In folio parvo.. III. D. 3.

Sine ulla typographica notitia. Hoc volumen idem videtur, quod refert *Denis in 4. pag. 658.* Binae columnae in quacumque pagina existunt, earumque utraque lineis 48. rotundi characteris impletur. Signaturae occurrunt ab *a* ad *x.* cum Romanis minoribus numeris. Custodes, et foliorum numeratio nullum obtinent locum in marginibus; et initiales litterae unciales gallo-francae sunt.

—— Exemplar alterum.. III. D. 4.

—— Predica del Reverendo patre frate Hieronymo da Ferrara: facta il

Sabbato dopo la seconda Domenica di quaresima lanno. M. CCCC.LXXXXVII. *Laudatus titulus praecedit Concioni, quae incipit:* Quam dilecta tabernacula tua Domine etc. etc. *et desinit ad lineam undecimam folii xiv. recti, et post unius lineae spatium, legitur:* Nota che il padre predicatore era venuto qui in tanto spirito: et similmente li audienti in tanto fervor⁹ et in tante lachryme che non potendo più contenersi, cominciarono a gridare con altissime voci Misericordia misericordia Dio: Et il padre decte la benedictione: et partissi.
In 4.° parvo .... H. B. 14.

Haec editio notis typographicis omnino destituta, nec a *Maittairo*, nec a *Denisio* memoratur. Characterem habet rotundum, 35. in plenioribus paginis lineas complectentem. Signaturas *a-b* cum Arabicis numeris; et initialem ligneam florentem impressit Typographus.

—— Predica del venerãdo. P. fra. hiero. da ferrara facta lamatina dellascensione. 1497. *Huic titulo, excuso in summitate folii primi recti, statim subnectuntur breve* PROHEMIO, *italicum, aeque ac ipsa* PREDICA. *Inscriptio Prooemii exprimitur hoc pacto:* Hieronym⁹ cinocti⁹ Domĩo Barnabe Rodiano suo Salutẽ. *Ab* Hieronymo Cinozio *praesens concio collecta fuit. In sexto folio recto, sermo interruptus est verbis*, Hieronymi Cinozii, *qui turbas ab Adversariis* Savonarolae *in majori Ecclesia, ubi concionabatur, tunc excitatas narrat, et quomodo incolumis amicis stipatus ad Coenobium* S. MARCI *perductus esset. Reliquum Sermonis, qui circa Psalmum,* Domine Deus meus in te speravi, *versatur, ad Coenobitas suos habuit, et ab eis accepit* Cinozius; *et narrationi suae, ne quid deesset, junxit. Hujus facti testis est etiam* Burlamacchius, *in* Vita Savanarolae *pag. 102. qui in* Verium Medicem, *tunc* Justitiae Vexilliferum, *et* Hieronymi *adversarium, culpam hujus rumoris praecipue conjicit. Desinit opusculum in folio septimo recto, ad lineam xxxvi. quae est hujusmodi*: vivere et regnare cõ lui in secula seculorum. Amen.
In 4.° parvo .... H. B. 47.

Apud *Maittairium*, et *Denisium* nullam hujus editionis, notis typographicis pariter destitutae, mentionem factam inveni. Exprimitur charactere gallo-franco, qui lineas implet 39. in plenioribus paginis. Instruitur unicus fasciculus signatura *a* ad *aiiii*. Nec custodes, nec numeros in paginis ostendit: initialis littera uncialis est formae.

—— Sermone del reverẽdo Padre frate Heronymo (sic) da Ferrara facto a suoi Frati nella vigilia della Pasqua dinatale Sopra lanativita del nostro Signore Jesu Christo. *Hic titulus, tribus lineis distinctus, praefixus legitur Opusculo, quod incipit:* Anima ingrata inobediẽte peccatrice etc. *Ultima linea folii quarti aversi, haec est;* et gloriosus ꝑ infinita secula seculorum. Amen.
In 4.° parvo .... H. B. 14.

Sine notis typographicis. Signatura *a-a2* instruitur unicus fasciculus quatuor plagularum, nullis aliis signis in marginibus praeditus. Character rotundus in pleniori postrema pagina 39. lineas implet: initialis florens lignea visitur.

18

— Predica [dell' arte del ben morire; *Elegans Ornamentum xylographicum, cum tabella eodem modo sculpta, occupat totam primam paginam. Visitur in hac tabella Mors cum falce, et schedula, ubi notantur verba,* EGO SUM ; *huic figurae quatuor cadavera subjacent, viri videlicet ac mulieris e vulgo, necnon Papae, et Regis coacervata. In postica pagina legitur :* Predica dellarte del ben morire facta dal reuerendo padre frate Hieronymo da Ferrara adi. ii. di Novēbre. M. CCCCLXXXXVI. et raccolta da Ser Lorenzo Violi dalla uiua uoce del p̄decto padre mentre che predicava. *Incipit Concio in folio secundo recto, praeviis verbis :* IN OMNIBUS operib⁹ tuis memorare novissima tua et in eternum non peccabis. *Desinit ad lineam quartam folii* xvii. *aversi, et* AMEN *eidem subscribitur. Adcedit post plurium linearum spatium Exemplum, sive historiola cujusdam peccatoris impoenitentis, quam pluries narratam fuisse a* Savonarola *adseritur, et italice exprimitur, titulo praecedente :* Nota uno exemplo oltre alla predica. *Terminatur in aversa pagina sequentis folii, ad lineam 24. quae est hujusmodi :* ra et ĩ ogni puncto che la morte viene lhũo si truoui p̄parato. *Mox additur.*

LAUS
DE
O

In 4.° parvo .... II. A. 1.

Editio notis typographicis destituta. Signaturae *a-c* cum numeris plerumque Romanis aptantur tribus fasciculis. Character rotundus 34. lineas in paginis metitur ; custodes , et foliorum numeratio nullum obtinent in marginibus locum ; initialis florens lignea visitur. Praeter primam paginam xylographicam , tres aliae tabulae ligneae in textu occurrunt , quarum prima major, in folio sexto averso imprimitur , et Empyreum, atque Infernum repraesentat. Mors Inferni limen premit , et viro cuidam indicat verba , O QUASU , O QUAGIU. Secunda imprimitur in folio xii. recto ; et tertia in folio xiii recto , quae moribundum in lectulo repraesentant ; earumque explicatio in Concione legitur , cui necessario inserviunt.

— Alia editio. *In summitate prioris paginae , quae tabellam continet xylographicam , ut in praecedenti editione , legitur :* Predica del (sic) arte del ben morire. *In eodem folio averso titulus Concionis hoc pacto exprimitur :*

Predica dellarte del bene morire : facta dal Reverendo Pa
dre Frate Hieronymo da Ferrara adi. ii. di No-
uembre. M. CCCCLXXXXVI. et
racolta (sic) da Ser Lorēzo Violi da
la uiua uoce del p̄decto
Padre mētre ch'
predicaua
· + ·

Incipit Concio in folio secundo : IN OMNIBUS Operibus tuis memorare no-

uissima tua : et in eternum non peccabis. *Desinit in calce folii xvii. recti, cujus ultima linea:* infinita secula seculorum. *Dein subjungitur,* AMEN. *In postica pagina ejusdem folii* Exemplum etc. *quod absolvitur in sequenti pagina, ad lineam xxxiii. quae verba haec complectitur :* lhuomo sitruoui preparato; *et huic additur ,* LAUS DEO.

In 4.° parvo .... II. B. 16.

Praesens editio parum curiose consideranti eadem facile videbitur, nam cum descripta plerumque convenit. Ut igitur pateat diversitas, exceptis iis, quae iam notavimus, haec alia addere placet : Tres scapi signantur litteris *a-c* cum numeris partim Romanis, partim Arabicis; et tabulae ligneae, licet eadem repraesentent, quae in praecedenti innuimus, sculptae tamen adparent rudiori modo : insuper aliqua varietas in iis visitur. Hanc vero editionem a Bibliographis memoratam non inveni.

—— Logicae Compendium. *Nostrum exemplar defectum habet unius folii in principio voluminis, et incipit a folio signato,* a ij. *Ad calcem sequentia verba extant impressa :* Explicit cōpēdiū logyce fris Hierony. sauonerole (sic). Impssum Piscie. Mccccxxxxx. ij. die. xxiiij. msis Agu. Ad laudem. Indiuidue trinitatis.

In 4.° parvo .... VII. B. 19.

Nec a *Maittairio*, nec a *Denisio*, nec ab alio Bibliographo, exceptis *Fossio*, et *Panzerio*, memoratam editionem hanc reperi. Charactere gallo-franco majori, et minori excusa est, nam textus ab Expositione inserta distinguitur majori typorum forma. In lateralibus marginibus numeris indicantur articuli, vel sectiones; in superioribus vero libri, eorumque tituli; in inferioribus signaturae litteris, Romanisque numeris instructae existunt; custodes insuper in postremis paginis cuiusvis scapi occurrunt; ac tandem character minor 42. lineas in pagina plena continet; et spatia quadrata initialium vices gerunt.

—— Conclusiones rationibus ac signis supernaturalibus probandae, *cum* subscriptione et responso *ejusdem* Savonarolae *circa experimentum ignis. Italice. Praecedunt in prima pagina latinae*

Conclusiones rationibus ac signis superna
turalibus probande.

Ecclesia dei indiget renouatione.
Flagellabitur.
Renouabitur.
Florentia quoq3 post flagella renouabitur et prosperabitur.
Infideles conuertentur ad Christum.
Hec aūt omnia erunt temporibus nostris.
Excōmunicatio nuper lata cōtra Reuerēdum patrem nostrum fratrē
Hieronymū nulla est.
Non seruantes eam non peccant.

Hisce subditur Fr. Dominici de Piscia *ordinis Praedicatorum italica* Declaratio *de ignis experimento faciendo. Sequitur alia latina* Declaratio Fr. Francisci

de Apulia *Minoritae, quam excipiunt duae italicae* Fr. Mariani de Ughis *ex ordine Praedicatorum, et* Fr. Juliani Rondinelli *Minoritae, quae signatur* xxx Martii Mccccl xxxxviii. *Sequitur* Declaratio Fr. Nicolai Pillii *eiusdem Ordinis, data eodem die, quo pariter signatur subscriptio* Fr. Hieronymi Savonarolae, *huic proxime adcedens, quae titulum habet:* Subscriptione di fra Hieronymo sotto una lettera delli suoi frati che stanno a prato: li quali tutti si erano sottoscripti et p°ferti entrare nel fuoco per la causa predecta. Subscriptionem *hanc excipiunt aliae* Fr. Malatestae Sacramori, *et* Fr. Roberti Salviati *ex eodem Praedicatorum ordine, qui ad experimentum ignis electi fuere, ut ad calcem earumdem notatur. Tandem occurrit* Fr. Hieronymi Responsum, *cum titulo:* Risposta di frate Hieronymo da Ferrara del ordine de predicatori a certe obiectioni facte circa lo experimento dello entrare nel fuocho per la verita da lui predicata. *Ad calcem*, FINIS *legitur.*

In 4.° parvo .... XII. A. 57.

Editio sine typographicis notis, cujus gallo-francus character majusculus lineas 27. in paginis plenis occupat. Signatura *a* cum Romanis numeris minoribus visitur in inferioribus marginibus primi, et secundi folii recti: numeri foliorum, et custodes desunt in hoc libello, qui sex plagulis constat, et probabiliter *Florentiae* excusus est.

—— TRACTATO DI FRATE HIERO-
nymo da Ferrara dellordine de᾿predica
tori el reggimento et gouer
no della Citta di Firenze cōpo
sto ad instātia delli excel
si (sic) Signori al tempo di
GIULIANO
Salviati Gonfaloniere di Justitia.

Is titulus operi praefigitur, quod in tres tractatus dividitur, quibus Prooemium *praecedit. Desinit opusculum in folio* xxviii. *averso, ad lineam* xxviii, *cui subditur*, LAUS DEO.

In 4.° parvo .... XII. A. 57.

Sine typographicis notis. Typus rotundus elegans chartae albae imprimitur, et in paginis integris occupat lineas 29. Initialis secunda omittitur, reliquae formis ligneis florentibus exprimuntur. Signaturae *a-d* cum numeris Romanis minoribus adhaerent scapis; nec ullus adparet numerus, vel custos. Refert hoc opusculum *Denis in Supplem. pag. 659.*, ibique opportune notat pene omnia opuscula *Hieronymi Savonarolae* adlata, ex officina vel *Laurentii Morgiani*, vel *Antonii Miscomini*, *Francisci Bonaccursii*, prodiisse. Illud, quod modo descripsimus, ad *Miscominum* referendum videtur.

—— Laudi Spirituali III. *Extant cum* Trattato dell'amore di Gesù Cristo. *Vide hunc Tractatum supra notatum.*

—— Operetta dell' amore di Gesù Cristo. *Vide* Trattato.

—— Operetta dell' Orazione Mentale. *Vide* Trattato dell' orazione.

—— Orazione fatte il dì 23 di Maggio 1498 in carcere poichè fu condannato alla morte, *quae incipit:* Signore io so che tu se quel vero Dio. *Extat*

cum italica Expositione Psalmi xxx. *et cum* Expositione Psalmi I. *jam descriptis.*

——— Versio Italica Psalmi I. Beatus vir qui non abiit etc. etc. *Extat cum* Expositione Psalmi L. Miserere mei Deus.

——— Risposta a certe objezioni fatte circa lo sperimento del fuoco. *Extat cum* Conclusionibus ignis experimento probandis. *Vide* Conclusiones.

——— Sonetto in lode della B. V. M. *cujus initium :* Salve Regina virgo gloriosa. *Extat cum* Expositione Psalmi xxx.

——— Sottoscrizione circa l' esperimento del fuoco , *Extat cum* Conclusionibus *illo experimento comprobandis. Vide* Conclusiones.

——— Theodulphi Aurelianensis Carmina , *quae* in Dominica Palmarum *cani solent*, Gloria Laus etc. *usque ad* Nos tibi regnanti, *italice versa. Extant cum* Expositione Psalmi xxx.

Savonarolae Joannis Michaelis. Practica de egritudinibus. *Folium primum vacat. Epistola Nuncupatoria Auctoris incipit in folio secundo recto , cum epigraphe:* Ad Sigismundū Polcastrum Virum quippe ingeīosissimū operi practico deditū amicū optimū. *Tabula sex tractatuum , in quos dividitur opus , excipit hanc Epistolam , et desinit in folio tertio recto impresso ; eodemque averso incipit statim opus, sive* Tractatus primus de modo processus artifital'e (sic) medici in medendo : In studio ferrariēsi s. b. (*sic, pro* sub) excellētissimo duce Boizio (*pro* Borsio). Clarissimi ac h ius (sic) tēporis medicorū principis dñi Michael' Savonarole practica de egritudinib' a capite usq3 ad pedes feliciter incii pit (sic). *Integro opere absoluto legitur :* Explicit cum gracia oīpotentis dei : Marie gloriose : beati hieronimi : beatorum Petri et pauli apostolorum : in quorum festiuitate Ego Michael de Sauonorala (sic) compleui capl'm uigesimūsecundū tocius operis finis : pro quo et ceteris deo sūmo patri filio et spiritui sancto gracias ago infinitas. et dominus sua īmensa Mis'icordia me ī oī opere bene ɔfirmet. Amē. *Deinde :* Michael Sauonarola. Patauinus ordine equestri hierosolimitanorum phisicus ac medicus clarissimus hoc diuinū medicine opus edidit. Alexander Sermoneta et Johānes aqlanus phisici et medici nr̄a etate oīum prestātissimi collatis exēplarib' hoc opus sive diuinā practicā diligentissime recognouerunt : Quorū consilio Bonus Gallus uir magne solertie et īdustrie sua impensa imprimendum curauit in Colle oppido Municipio Florentino Anno hūānitatis (sic) christi. Mccccxxviiii. imposita est sūma manus huic diuino operi idibus Sextilis. *Sequitur plagularum Registrum, cujus titulus :* Istud est registrum totius op'is.

In folio majori.. XII. H. 1.

Editio princeps hujus operis, parum obvia, quam *Audiffredus* omisit in suo *Specimine Hist. Crit. Edit. Ital. Saec. xv.* Excusae paginae binis columnis distinctae sunt. Typus gallo-francus 62. lineas in columnis plenis occupat. Pleraeque initiales litterae minoribus formis designantur, reliquae desunt, aeque ac numeri foliorum. Fasciculi plagularum hujus voluminis praediti sunt signaturis, quae litteris, et Romanis numeris minoribus instructae sunt. Custodes item habentur, sed non in paginis universis.

—— Alia editio, *in qua eadem continentur, eodemque ordine digesta, quae in praecedenti editione notavimus; paucis tantummodo exceptis, scilicet in prima voluminis pagina gallo-franco majori typo legitur:* Practica Joannis Michaelis Savonarolae; *et in calce:* Michael Sauonarola. Patauinus ordīe equestri hierosolimitanorum phisicus et medicus clarissimus hoc divinum medicine opus edidit. Impressum venetijs mādato et expensis. Nobilis Viri dn̄i Octaviani Scoti Civis Modoetiensis i497. Quinto Kalr. Julias per Bonetum Locatellum Bergomensem. *Adcedunt* Registrum, *et Signum* Tipographi.

In folio .... IX. G. 12.

—— De aqua Ardenti. *Praecedit Auctoris Prooemium, vel Nuncupatoria Epistola sub epigraphe:* Ad dīuum Leonellum Marchionem Estensem Libellus de aqua ardenti Michaellis (sic) Sauonarole phisici sui feliciter incipit. Valeas qui legeris. *Opusculum absolvitur folio averso XXVII. In prima pagina sequentis ultimi folii occurrit hujusmodi brevis Auctoris Oratio.* Deus Jesu Christe humane salutis amator et auctor immensam clementiam tuam suppliciter deprecor quatenus famulum tuum Leonellum ab omni periculo custodias: et uite sue huius diuine aque benefitio augmentum prestare digneris. Qui uiuis et regnas cum deo patre in unītate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum. Amen. *Huic Orationi subnectitur nota typographica:* Impressum Pisis anno dn̄i. M. cccc. lxxxiiij. die xxij. mensis Septembris.

In 8.° majori .... XII. A. 47.

Sine nomine Typographi. Editio libri satis noti, licet saeculo XVI. immutato titulo evulgati, ob raritatem suam se multis ex caussis commendat, et in pretio habenda est. Celebriores, et insigniores Bibliographi laudant *Hagenoae* editionem anni *1532.* per *Valentinum Kobian*, tanquam primam hujus opellae; ac deinde *Basileensem* anni 1597. Videsis *Panzer Tom. 7. pag. 110. Haller Biblioth. Medic. Pract. Tom. 1. pag. 461. Catalog. Biblioth. Tellerianae pag. 376.* Nostra vero latuit Bibliographos omnes, et primum a nobis excitatur. Auctores praedicti, qui libros *Michaelis Savonarolae* recensent, laudatam opellam hoc titulo ornatam referunt: *De arte conficiendi aquam vitae simplicem et compositam, deque eius vi admirabili ad conservandam sanitatem, et corporis humani aegritudines curandas.* Is titulus innuere videtur idem opus nuperrime recensitum; ast doctissimus *Ludovicus Antonius Muratori* dum in volumine XXIV. *Script. Rer. Italic. pag. 1135. Michaelis Savonarolae* opera refert, opusculum de *Aqua vitae* diversum supponit ab opusculo de *Aqua ardenti;* sic enim citato loco scribit: *Recenset* SCARDEONIUS *libros de re Medica a* MICHAELE *elucubratos, et jamdiu typis vulgatos, videlicet* INTRODUCTIONEM PRACTICAE MEDENDI, *et* OPUS AD COMPONENDAS MEDICINAS MAXIME IDONEUM *Praeterea* CANONICAM DE FEBRIBUS, DE PULSIBUS etc. *Item* DE USU VITALIS AQUAE, ET QUOMODO CONFICIATUR. *Edidit insuper* PHYSIONOMIAE SPECULUM, *quod* THEODORUS GAZA *Graecum fecit, ut dono ejusmodi suorum contribulium gratiam iniret. Haec* SCARDEONIUS, *qui et addit,* SAVONAROLAM *ante omnes edocuisse, quibus potissimum salubres forent tepefactae* APONI *fontis aquae epotae. Sed et in Bibliotheca Estensi eiusdem* SAVONAROLAE *haec Opuscula manu tantum exarata adservantur, scilicet* DE AQUA ARDENTE, DE LAUDIBUS PATAVII etc. etc. Idem docuit *Tiraboschi Tom. VI. P. 1. pag. 383.* qui de *Savonarolae* libris agens, haec scripsit: *Gli Autori e i Compilatori delle Biblioteche mediche annoverano parecchie opere di tal argomento da lui* (SAVONAROLA) *date alla luce, e che si hanno in istampa. Alcune altre si accennano dal* MURATORI, *e quella singolarmente* DE LAUDIBUS PATAVII *da lui pubblicata. Ma di quelle, ch' ei cita, come esistenti in questa Biblioteca Estense, io non trovo, che quella* DE AQUA ARDENTE IN MEDICINE USU. Quae quum ita se habeant, definiendum esset, num ex verbis horum eruditissimorum virorum adfirmare liceat, nec ne opusculum *de Aqua ardente* aliud esse, ac opusculum *de Aqua vitae.* Sed si licet propriam libere hac de re proferre sententiam, mihi persuadeo, unam eamdemque opel-

lam ab Auctore saeculo xv. fuisse inscriptam *de usu aquae ardentis*, ipsamque ab Editoribus vero saec. xvi. *de usu vitalis aquae:* cujus varietatis in aliis hujus catalogi articulis identidem occurrunt exempla. Integra quaevis pagina hujusmodi libelli lineis instruitur 30. gallo-franci characteris. Signaturae constant parvis elementis additis minoribus Romanis notis; reclamantes, et numeri foliorum nulli adparent. Initiales capitum minoribus litteris expressae sunt, et charta firma, et optime levigata adparet.

—— Summa de Pulsibus. *In fronte operis legitur:* Incipit summa de pulsibus: clarissimi: ac medicine monarce: domini magistri Michaelis Sauonarole patauini ad laudem dei omnipotentis eiusq3 gloriose matris virginis: totiusq3 curie triũphãtis Amen. *In principio secundae columnae ultimi folii recti haec extant verba:* Complectũ ẽ egregiũ opus: de Pulsibus Urinis: et Egestionibus: Excellentissimi medici artiũ: et medicine doctoris famosissimi Domini Magistri Michaelis Sauanorole (sic) patauini: grãs referendo infinitas deo glorioso ĩmortali: eiusq3 genitrici marie virgini et toti curie triũphãti. Amen. Impressum Bononie per Henricum harlem et Johannem Walbeeck socios. Anno M.CCCC. LXXXVII. octavo die mensis Maii. *His subjectum habetur chartarum* Registrum.
In folio .... IX. G. 20.

Constat hoc opus decem plagularum fasciculis parvis litteris signatis: typo gallo-franco, ac eleganti impressum est. Pagina quaevis in duas est distincta columnas. Initiales litterae, custodes, et paginarum numeri desiderantur.

—— Liber de balneis, et thermis naturalibus totius mundi. *Titulus primae columnae praefixus:* Ad Illustrem dñm Borsium estensem Castrinovi tortonensis dñm. Libellus Michaelis Savonarole Illustris ꝑcipis dñi Leonelli Marchiõis estensis ph'ici. de balneis et termis naturalibus omnibus ytalie sicq3 totius orbis ꝓprietatibusq3 ea4 incipit feliciter. *In calce:* Explicit liber de balneis et termis naturalibus oĩbus Italie ꝓprietatibusq3 earũ. editus a dño Michaele Savonarola. impressus Ferrarie ꝑ mgrũm Andream gallum M.° cccc. lxxxv.° die x.ª mẽsis novẽbris. Deo grãs, *dein*, Finis, *et ultimo loco extat* Registrũ hujus libri.
In folio parvo .... XII. F. 17.

Maittairus in sui operis textu pag. 468. loco operis de *Balneis et Thermis Michaelis Savonarolae* impressi hoc anno *Ferrariae* per *Andream Gallum*, laudat eiusdem Auctoris *Canonem de Febribus*, nullo nominato Typographo; solumque in subjecta amotatione ex *Orlandio* citat opus de *Balneis et Thermis per Andream Gallum 1485.* Quo posito, duo agnoscenda erunt *Savonarolae* Medica opera hoc anno *Ferrariae* impressa, sive ab eodem, sive a duobus diversis Typographis, quod parum refert. Vide *Buraffaldium* pag. 51. Character praesentis rarissimae editionis gallo-francus est, sed valde clarus, cum non ita multis vocum compendiis. Columnae binae sunt, et in quavis earum lineae 52. numerantur. Signaturis, et Registro instructa est editio. Registrum exhibet 20. foliorum initia; adeoque chartae impressae sunt 38.

—— Alia editio. *In prima pagina legitur:* SAVONAROLA DE BALNEIS; *et in secunda extat* TABULA. *In secundo folio opus incipit a titulo, in praecedenti editione notato. Ad calcem:* Liber de balneis et termis naturalibus totius mundi cum suis omnibus ꝓprietatibus: necnõ de balneis et termis artificia

lib': editus adño Michale (sic) Sauonarola philosopho medicoq3 singulari : impressus bononie impensa benedicti hectoris bononiensis : adhibita solerti cura diligentissimi viri : explicit. Anno salutis i493. tertio idus maias. Illustriss. D. Io. Bētivolo : secundo P. P. etc. rempu. bononiēsem optime gubernante. Finis. Laus deo creatori rerum omnium. *Huic notae subnexum est Registrum.*

In folio parvo.. IX. G. 23.

Savonese Io. Bernardo. Vocabulista ecclesiastico. *Praefigitur titulus :* Nel nome de christo iesu. Incomincia el uocabulista ecclesiastico. Ricolto et ordinato dal Venerabile Sacerdote de christo Frate Iohanne Bernardo Sauonese. Del sacro ordine di heremiti observanti di sancto Augustino.

Significata uolens scripture noscere sacre.
Hec legat explanat saxea uerba pie.
Quicquid et exposuit libratur pondere forti.
Auctoresq3 graues testificantur ea.

Sequitur. Praefatio, in qua Auctor profitetur, se ista ut plurimum hausisse ex PAPIA, *et* MAMOTRECTO. *In Tabula erratorum in calce operis excusa, ipse* Ioh. Bernardus *memorat* PHILELPHUM *his verbis :* Idem Philelphus contra opinionem fratris Iohannis Carmelitani inquit, quod et si nulla dictio latina neutri generis sit prime, neque quinte declinationis, Pascha non est dictio Latina, sed Barbara ; ideo quamvis sit generis neutri, debet declinari : Pascha Pasche. *In hac tabula Auctor denuo citat* MAMOTRECTUM, *et* PAPIAM. *Hac absoluta legitur primum*, DEO GRATIAS AMEN, *dein sequens nota Typographica :* Ad honorem dei omniumq3 sanctorum : Impressum fuit hoc opus Fratris Iohannis Bernardi fortis sauonensis ordinis. S. Augustini Mediolani per excellentes opifices Leonardum Pachel et Vldericum scinczenceler anno domini. i480. duodecimo Kl'as Majas.

In 4.° parvo.. II. D. 50.

Editio parum obvia, quam laudat *Saxius pag. 572. Mittarellus pag. 217. Maittairus pag. 415.* Excusa est charactere minuto, sed nitido, absque titulis, numeris paginarum et custodibus.

Saxii Pamphili. Sonetti, e Capituli. *Primum folium rectum sistit hunc titulum gallo-franco grandiori charactere excusum :*

Sonetti e capituli del claris
simo poeta miser Pam
philo sasso modene
se: cum gratia et
privilegio.

Nuncupat Saxius *sua haec Italica carmina* Elisabethae Gonzagae Urbini Ducissae, *Epistola prosaica eisdem praeposita, quae incipit a primo folio averso,*

et ad totum sequens extenditur. In fine: Opera et impensa Bernardini misintae impressum est hoc opusculum Brixiae sub auspicatissimo Augustini barbadici scaeptro (sic) Venetorum duce trecentesima christianorum Olympiade: cum gratia et privilegio. *Sequuntur aliae duae plagulae, quae continent:* Errori fatti nela p̄sente opra per diffetto (sic) de gli impressori. *Ad horum calcem legitur* Registrum. In 4.° .... X. B. 57.

Licet titulus supra allatus gallo-franco charactere sit impressus, reliqua omnia sunt Romano typo tamen multo minori, non invenusto excusa. Epigrammata, seu *Sonetti*, sunt numero 407. Capitula 58, uti demonstrant numeri cum illis, tum hisce praepositi. Inter capitulum autem XXVII. et XXVIII. interpositae sunt Eclogae V. quarum in titulo nulla fit mentio.

—— Varia Carmina, *quae in primo folio recto hoc pacto indicantur:*

Pamphili saxi Poetae lepidissimi
Epigrammatum. Libri quattuor.
Distichorum. Libri duo.
De Bello Gallico.
De Laudibus Veronae
Elegiarum liber unus

Cum privilegio. Impressi.

In aversa pagina occurrit Epistola Nuncupatoria sub epigraphe: Ioannes Taberius Brixianus Heliae Capreolo Suo. Sal. *Data* Brixiae. Idibus Iunii. M. ID., *et desinit in secundo recto. In tertio folio recto habetur Epistola Auctoris, sic inscripta:* Domino Deoq3 suo Sigismondo Gonziaco (sic) Pamphilus Saxus. Sal. Epigrammata *incipiunt in folio quarto, et post Auctoris Elegias sequitur* Carmen Baptistae Mantuani *ad ipsum* Saxium, *in cujus calce legitur nota typographica his verbis contenta:* Angeli Britannici ciuis Brix. sumptu. Bernardinus: Misinta impressit: Impetrato privilegio ab illustriss. D. D. V. nequis librū imprimere aut alibi impressum ī sua Iurisdictione vendere audeat. Sub poena in eo irrogata. Brixiae pridie nonas Quintiles. M. ID. *Ultimum folium exhibet correctionem erratorum.*
In 4.° .... X. B. 57.

Editio est optimo charactere Romano excusa, cum signaturis tantum, quarum duplex habetur series, prima terminatur in *q.* IIII. (loco *q* posita fuit littera *a*), altera in *H.* IIII.

—— Exemplar alterum.. X. B. 5.

SAXOFERRATO BARTOLI DE. Lectura super Codice. *Calligraphi industria rubro charactere legitur in summitate primae columnae folii primi:* In nomine domini nostri Iesu christi Incohat Lectura domini Bartholi de saxoferrato doctoris precellentissimi. Et in primis super Rca DE NOVO CODICE COMPONENDO Iustiniani principis sacratissimi perpetui AVGVSTI. *Ad calcem libri*

quinti: Et sic est finis primae partis: *dein charactere gallo-franco majori:* Sixtus Riessinger. *Post vacuam paginam sequitur secunda pars absque ullo impresso, vel manuscripto titulo, pro quo spatium tantum extat, et post lineam XVII. secundae columnae ultimi folii recti legitur:*

Explicit Lectura super Codice Edita ꝑ
Dominum Bartholum de Saxoferrato
famosissimum legum doctorem. Anno
M. CCCC. LXXI.

Spatio interjecto trium linearum, subjunguntur sequentes versus:

Quas cernis mir̄ sixtus theotonic' arte
Parthenope impressit cōposuitq3 notas
Vt q̄ uel magnis numerosa uoluīnā hr̄i
Sūptib' haut poterāt. copia larga foret

Dein denuo, eodem gallo franco majori typo: Sixtus Riessinger.
In folio magno.. XI. D. 2.

Typographiam in *Germania* natam *Germani* prae ceteris *Europae* terris in *Italiam* primum intulerunt; et quidem anno 1465 in *Sublacense Monasterium*, quod agri Romani est, uti jam innuimus in Tom. II., hujus Catalogi, pag. 1. ad notam *Lactantio* adjectam. Mox ipsi eam exercuerunt anno 1467. *Romae*; dein *Venetiis*, et *Mediolani* anno 1469, tandem anno 1471. *Florentiae*, *Bononiae*, et *Neapoli*. *Utriusque Siciliae* habenas ea aetate felicissime, et pacifice moderabatur *Ferdinandus I. Aragonius*, et ut erat bonis artibus perpolitus, eodem flagrabat amore librorum, quo sapientissimus pater suus *Alphonsus I.*; ac insuper cunctos homines, qui in aliqua disciplina praestabant, vel artem aliquam eximie excolebant, peramanter ad se vocabat, eorumque eruditis sermonibus, et litteraria consuetudine utebatur. Hinc cum exorta eo tempore fuisset, et dein evulgata *Germanorum* industria ars typographica, qua cujuscunque libri exemplaria facile multiplicantur; latior *Ferdinando* patuit genio suo obsequendi facultas, ut Bibliothecam suam uberiore librorum gaza ditaret. Quin et ipse artem, adscitis *Germanis* Typographis, *Neapolim* advocavit, atque ex suae Bibliothecae codicibus materiem typis exercendis exhibuit. *Neapoli* igitur anno 1471. quomodo libri imprimi possent, primus monstravit SIXTUS RIESSINGER, vel RIESINGER, vel RUSINGER (sed nunquam *Rusigner*, ut male scripsit *Jo. Bapt. Gallizioli* in opere *Origine della Stampa*, *e degli Stampatori di Bergamo*) *Argentinensis* Presbyter; ut probant lucalentissima typographica monumenta collecta, et in medium adlata a *Thoma Bozio de Sign. Eccles. Dei cap. v.*; *Angelo Rocca Episc. Tagastensi, de typograph. artis inventione, et praestantia*; *Giustiniano, Saggio Storico-critico sulla Typografia del Regno di Napoli, pag. 21.*; et a *Wimpheling in Epitome Rerum Germanicarum pag. 65.* Quapropter erroris argui potest *Sammonte*, qui ex auctoritate *Iuliani Passeri* scripsit in *Istoria di Napoli Tom. III. pag. 488: Nel medesimo tempo s' introdusse in Napoli l' arte di stampar libri condotta da* ARNALDO DA BRUSSELLA FIAMINGO (*come nota il Passero*), *il quale ottenne dal Rè alcune franchigie.* Fallitur etiam *Iunianus Majus*, qui in Epistola praefixa libro *de priscorum proprietate verborum*, *Neapoli* impresso anno 1475. per *Matthiam Moravum*, ipsum *Moravum* primum Inventorem appellat artis impressoriae in hac nostra urbe. Hoc etiam scripsit *Thomas Milante* in libro *de Sta-*

biis pag. 40., quum ex monumentis typographicis apertissime evincamus ARNALDUM DE BRUXELLA primum librum e prelo suo *Neapoli* emisisse anno 1472. nempe CICERONSI RHETORICAM, et MATTHIAM MORAVUM DE OLOMUNZ, vel OLMUTZ, qui primum *Genuae* anno 1474. excuderat *Summam Pisanellam*, *Neapoli* anno 1475. exarasse SENECAE Operum editionem principem. Hoc eodem anno 1475. BERTHODUS RYING DE ARGENTINA, veluti primum specimen suae typographiae in hanc nostram urbem allatae excudit MESUAM DE MEDICINIS. Ast licet BARTOLI *lectura super Codice* fuerit primus liber *Neapoli* impressus a SIXTO RIESSINGER, qui certam notam typographicam habeat, uti jam, nemine dissentiente adfirmarunt *Maittairus pag. 306. Marchand pag. 59. Mercier pag. 48. Tiraboschi Tom. VI. pag. 439. Seemiller Fasc. I. pag. 29. Giustiniano cit. loc. pag. 36:* tamen quum laudatus solertissimus Typographus fuerit intentus tum fabricandis novis characteribus, tum construendo apparatui impressorio; tum imprimendo immensae molis volumini in folio majore, utique censendum est eam quasdam opellas, sine ulla nota typographica e sua officina emisisse, tanquam novae artis huc advectae tentamina, priusquam BARTOLI opus fuerit evulgatum. Hae fuerunt, C. PLINII SECUNDI DE VIRIS ILLUSTRIBUS; et SEXTI RUFI DE HISTORIA ROMANA. Hoc idem docet noster *Giustiniano cit. Op. pag. 23.* Unde, si consideremus, non brevi temporis spatio fuisse opus ad totius apparatus impressorii constructionem, indeque ad integri voluminis forma majore impressionem, procul dubio ante annum 1470. typographia a SIXTO *Neapolim* fuit advecta. Immerito insuper nonnulli scriptitarunt SIXTUM RIESSINGER duos tantummodo annos *Neapoli* commoratum fuisse, quum illustriora typographica testimonia extent, quae apertissime demonstrent SIXTUM in hac urbe et permansisse, et impressisse ad annum usque 1479. Id enim ostendit editio *Philocoli Boccacii*, anno 1478. in quo nomini Typographi subiiciuntur etiam insignia typographica, quae eadem sunt ac in sigillo Typographorum SIXTI, et GEORGII ALEMANNORUM, qui *Romae* anno 1481. emiserunt librum *Chiromanticum ex divina Philosophorum Academia:* id quoque comprobat *Lectura domini Andreae de Isernia, super constitutionibus, et glosis Regni Siciliae* anni 1479. Hoc temporis spatio SIXTUS editiones quamplurimas in lucem emisit, quarum nonnullae omnino deperditae ad nostram usque aetatem non pervenerunt. Fuit insuper SIXTUS RIESSINGER *characterum arte ingeniosus* (sic enim appellatur in quadam typographica nota anni 1475.) nam ipse in impressione usus est primus spatio interlineari, quod vulgo, *Stelletta* appellant; ita ut ejus editiones elegantiores, et pulchriores videantur. Merito itaque tantus Typographus *Ferdinando I.* Regi, et Neapolitanae nobilitati extitit charissimus: eique saepius ab ipso Rege Episcopatus, et amplissimae dignitates oblatae fuerunt; quibus omnibus ille patriae suae *Argentinae* amorem praetulit. Videsis *Bernardum a Mallincrot. lib. de ortu, et progressu artis typographiae, cap. XII.*, et *Gabrielem Naudeum Additamenta ad histor. Ludovici. XI.* Italice versa a *Matth. Iacobo Stegero.* Verum cum *Panzerio Tom. II. pag. 159. 477.* et *482.* suspicari possumus SIXTUM ante reditum in patriam *Romae* quoque typographiam exercuisse. Huic opinioni adhaerent *P. Laire Ind. I. pag. 439. Audiffredus* in *Catal. Hist. Crit. Rom. Edit. Saec. XV. pag. 244.* et *255. Denis* in *Supplem. pag. 40.* et *161.* et *Strauss. pag. 164.* Nunc pauca de ipsa *Bartoli* editione, quae oppido rara est, et a paucis visa. Charta alba, et firma duas columnas rotundi nitidi characteris exhibet in quavis pagina; columnae vero 56. lineas continent. Typographus, qui margines amplos reliquit in principio cujuscumque articuli usus est majore gallo-franco typo. Nulli foliorum numeri habentur, nulli custodes, nullae signaturae, nullumque Registrum. Prima pars complectitur 220. folia; secunda vero 174. ita ut totum volumen constet 394. foliis.

—— Lectura super secundo libro Codicis. *Praecedit operi spatium pictura, aut titulo; ut videtur, implendum, adeo ut incipiant characteres in medio paginae: Opus terminatur in folio clxxxi. recto ad lineam xvi. secundae columnae, cui additur sequens notitia typographica.* Finis Bartoli sup 2ª pte Codicis q̄ poptīe emēdata uenetiis impssiōem ·hāit impensis Joānis dᵉ colonia sociiqȝ eiᵉ Joānis māthen de Gerretzem ꝗ una fidelitᵉ degētes ipsiᵉ Laboratores ꝺuxerūt. Anno. M. cccc. lxxvi. *Sequitur Registrum.*
In folio majori.. VI. C. 9.

Editio rara, et splendidissima, quam commendant *Maittairus pag. 364. Gesner pag. 34.* et *Gras pag. 28.* Paginas hujus voluminis bipartitas amplis cinxit marginibus Typotheta, qui lineas 50. rotundi, elegantisque characteris cuivis columnae adtribuit. Initiales parvis formis excusae cernuntur; signaturae elementorum seriei respondent, quibus adhaerent arabici numeri. Charta alba, spissa est, et optime levigata, cujus margines nullus custos, aut foliorum numerus occupat.

—— Alia editio, *in qua nullus occurrit titulus, sed spatium tantum cernitur in prima pagina, ut in editione praecedenti. In folio cxiv. recto, ad lineam v. secundae columnae opus absolvitur, et haec nota subjungitur:* Explicit. Bar. super secūda. C. Impresū (sic) Ue. anno domini. M. cccc.lxxxij. Die xxij. Mensis februarij. *Registrum huic adcedit.*
In folio majori.. VI. H. 17.

Sine Typographi nomine, quem *Denis pag. 144.* et *Panzer Tom. III. pag. 181.* autumant fuisse *Petrum Maufer*, qui eodem gallo-franco charactere, eademque impressionis oeconomia, hoc anno impressit ipsius *Bartoli* lecturam in primam codicis partem.

—— Alia editio, *cum* postillis Alexandri de Imola. *Prima pagina haec legenda praebet, rubro charactere majore gallo-franco impressa:* Bartolus super secundo Codicis. *In tertia pagina titulus praeit:* Incipit lectura clarissimi iuris cesarei ĩterpretis. do. Bar. de saxo ferrato super scdō codicis q̃ diligentissime castigata novisq3 additionib9 illustrata. *Deinde.* de servis fugitivis. Rubrica. *Opus clauditur in folio cxxxv. averso, hac conclusione, post lineam xxx. secundae columnae:* Lectura dñi Bartoli de saxoferrato cū additionibus dñi Alexādri dè ymol. supscd9a parte Codicis finit feliciter. *In penultima pagina habetur voluminis* Registrum, *quod excipit sequens nota typographica:* Venetiis per Baptistam de tortis. Mccccl xxxxiij. die primo Maij. *Huic subnectitur Typographi signum, rubro colore impressum.*
In folio majori.. VII. F. 3.

—— Lectura super tribus libris Codicis, *cum* Additionibus Angeli de Perusio, *et* Alexandri de Imola. *Folium primum destituitur litteris; in tertiae paginae fronte legitur:* Incipit Lectura dñi Bar. super tribus libris. C. una cū additionibus iuris utriusq3 docto4 clarissimo4 domini Angeli de Perusio ac dñi Alexandri de Imola suis locis insertis. *Ad calcem:* Lectura dñi. Bar. super tribus libris Codicis vna cū additionibus domini Angeli de Perusio apostillisq3 dñi Alexandri Imolensis diligētissime correcta feliciter finit Venetiis impensa Andree Zophis Parmensis impssa. xvi. calendas Madij. Anno salutis christiane. M. cccc. lxxxv. Laus Deo. *Sequitur* Registrum huius libri.
In folio majori.. VII. G. 19.

—— Prima pars Lecturae super Digesto veteri. *Prima pagina operis lineas 25. tantum habet; spatium enim medietatem superiorem occupat; neque praeest inscriptio aliqua, aut titulus. Post lineam xvi. secundae columnae folii ccc. aversi legitur:* PRIMA PARS LECTURA DOMINI BARTH. SUPER DIGESTO VETERI FINIT.
In folio majori.. VII. D. 1.

Sine notis typographicis. Columnae duae in quavis pagina occurrunt, quae lineas 50. rotundi, elegantisque characteris complectuntur. Custodes, foliorum numeri, et signaturae minime in amplis marginibus occurrunt; et pro initialibus, spatia tantum extant. Pro interpunctionis signis, puncta aliquando conspiciuntur, et notae compendiariae, citationibus inservientes, opportune adsunt. Charta spissa est, alba, et optime compacta. *Maittairus pag. 368.* refert hanc elegantissimam editionem ad annum 1476. Caeterum ex iis, quae editionem describendo retulimus, Bibliographi, cui tribuenda sit, facile detegent.

—— Alia editio, *cum* Apostillis Alexandri de Imola, *et* Summariis Bernardini de Landriano. *Prima voluminis pagina verba haec, rubro colore excusa, legenda praebet:* Bartolus super prima digesti veteris, *In aversa facie nil reperitur; et in tertia operis initium, huic subiectum titulo, legitur:* Incipiunt auree lecture nove et antique maxime super prima codi. d. Bart. Saxoferrati sup̱ toto corpo. iuris civilis. cum apostillis. d. Alexā. imolensis suis in locis situatis: nec nō cū suis summariis et novis apostillis post d. Alex. editis p̱. d. Bernardinū de Landriano Mediolanēsem etc. *In fine:* Peritissimi legum doctoris: dñi Bartoli de saxoferrato: lectura una cum additionibus Alexan. de imola et pluribus aliis noviter editis sup̱ prima parte ff. veteris feliciter finit. *In penultima pagina habentur* Registrum, *nota typographica, scilicet:* Venetijs, per Baptistam de Tortis. M.cccc.lxxxxiiij. die xij. aprilis, *et signum Typographi, rubro colore excusum.*

In folio majori.. VII. G. 18.

—— Lectura super prima digesti novi, *cum* Additionibus Alexandri de Imola. *In prima pagina majusculo rubro charactere legitur:* Bartolus super prima Digesti novi. *In tertia incipit opus, quo absoluto, haec legenda Typographus impressit:* Explicit lectura dñi Bartoli de saxoferrato super p̄ma parte digesti novi cū additionibus eximii vtriusq3 iuris doctoris domini Alexandri de Imola. *His adcedit* Registrum, *quod excipit signum Typographi, rubro colore impressum; tandem ipse Typotheta subscripsit:* Venetiis per Baptistam de Tortis. Mcccclxxxxiij. die. xx. Maji.

In folio majori.. VII. G. 1.

—— Lectura super prima parte Infortiati. *Nullus inest titulus, pro quo extat spatium in principe columna, et opus incipit absolute. Ad lineam XVII. primae columnae absolvitur opus hac conclusione:* LAUS DEO OMNIPOTENTI. A. *Dein:* Explicit Lectura Bartholi de saxoferrato civis perusini super prima parte infortiati cum qua repies lecturam Bal'de perusio esse insertam aticulo (sic) de excus. tutorum usq3 ad titulum de testament'. Impressa in Trevio per Magr̄m Johānem Reynardi Almanum sub cōrectione domini Petri donati. ll. doc. eiusdem terre. Anno domini. M. CCCC. LXXI.° Die xxiii. mens' Januarii. Tempore Sanctissimi domini nostri dñi Pauli. divina providentia Pape secundi. Pontificatus sui Anno. VII.° *Post unius lineae spatium:*

Aura silet puppis currens ad littera venit.

In folio majori.. XIII. I. 36.

Rara, et infrequens editio, cujus notitiam, licet obiter, copiosam tamen suppeditant *Audiffredus pag. 146. in Catal. Rom. Edit. Saec. xv.* et *Denis in Suppl. pag. 6.* Laudatus enim Typographus, *Trevium* primo, deinde *Romam* venit, ibique hoc anno 1471. non modica cum laude artem suam exercuit; uti demonstrat ingens hoc volumen Romano, grandiusculo, nec ineleganti charactere excusum in charta firmissima, mundaque. Signaturas, custodes, et foliorum numeros exprimere neglexit; sed initiales parvis formis indicatas, Miniculator majores reddidit, coloribus modo rubro, modo ceruleo; prima excepta, quam auro, et floribus adfabre depinxit. Duae in paginis extant columnae, quarum utraque lineis 44. impletur; margines lati supersunt, foliis tandem impressis 292. constat volumen.

—— Lectura super secunda parte Infortiati, *cum* additionibus Alexandri de Imola. *Primum folium in nostro exemplari desideratur; in tertia pagina incipit opus titulo subjectum:* De legatis prima Rubrica. *Ad calcem verba sequentia legi possunt:* Explicit Lectura eximij doctoris domini Bartoli de saxo ferrato super secũda parte Infortiati vna cum addi. do. Alexandri de imola. *In penultima pagina habetur* Registrum, *quod excipit notitia typographica: scilicet,* Venetiis per Baptistam de Tortis M.ccccIxxxxiij. die vltima Junii, *et hanc signum Typographi, satis notum, rubro colore impressum.*
In folio majori... VII. H. 20.

—— Tractatus de Tabellionibus. *Titulus operi praefixus, sic:* Incipit tractatus de tabellionibus per dominum Bar. compilatus noviterq3 repertus. *Ad calcem:* Explicit tractatus do. Bartholi de tabellioīb⁹ noviter ad lucem ꝑduct⁹. Absolutũ per Bernardinũ de Tridino de mõte ferrato sũma cura ac diligenti studio. M. cccc. lxxxxi. die ix. Februarij. Venetijs. *Extat excusus, et compactus cum* Summa D. Gofredi, *et aliorum.*
In folio majori... VI. C. 15.

—— Alia editio. *In summitate primae paginae majori typo gallo-franco legitur:* Tractatus de Tabellionibus. *In postica facie*, Que contineantur in hoc tractatu, *habentur. In sequenti folio* Incipit Tractatus de Tabellionibus ꝑ dñm Bartolũ cõpilat⁹. *qui absolvitur aversa facie noni folii, ad lineam xviii. et subjungitur:* Tractatus de Tabellionibus finit.
In 4.° parvo... XIII. A. 28.

Sine notis typographicis. Fugit praesens editio Bibliographos fere omnes, et quod mirum est, diligentissimum etiam *Mazuchellium*, qui *Vol. II. Par. I. Degli Scrittori d' Italia pag. 460. et seq. Bartoli* opera, eorumque editiones omnes recenset, sed hujus Tractatus tantummodo Venetam editionem anni 1491. notat. Ast *Audiffredus pag. 302.* refert, quod in quodam volumine miscellaneo *Angelicae Bibliothecae* extant sequentes Tractatuli, scilicet *De arte Notariatus* sine titulo, et Auctoris nomine; et *Tractatus Bartoli de Tabellionibus*, sine ulla notitia anni, loci, et Impressoris. Hae omnes editiones, charactere gallo-franco excusae, in Indice MS. ejusdem *Angelicae Bibliothecae* referuntur tanquam editiones Romanae Saec. xv. Ex charactere conjici potest aliquo modo de Impressore hujusmodi Tractatus, nam typus ad *Stephanum Plannck* potius accedit. In peramplis marginibus nullus custos, foliorum numerus, et signatura conspicitur: lineae 33. in perfecta pagina numerantur.

—— Incipit tractatus pulcerrimus (*sic*) d⁹lucro duo4 fratr4 simul habitãtiũ editus et compilatus ꝑdominum Bartholum de saxoferrato utriusq3 iuris speculũ. *Is titulus praefixus legitur in principio operis, quod terminatur hac*

conclusione : Explicit tractatus pulcerimus (*sic*) de lucro duoꝝ fratrū simul habitātiū editus et cōpilatus ꝑ dominum Bartholū de saxoferrato utriusq3 iuris speculum. *Protinus in sequenti folio* Incipit tractatus additionū Bal. ad tractatū Bar. de duobus fratribus, *ad cujus calcem:* Explicit tractatus additionū suꝑ tractatu dñi Bar. de duobus fratribus ꝑ dñm Bal. compositus.
In folio majori.. VI. C. 26.

Absque notis typographicis. Hi duo Tractatus plerumque sociantur in uno volumine, cum *Tractatu de Regulis juris Dyni de Mucello*, sive *Rosonii*, quem supra notavimus; eodem quippe charactere tres hi Tractatus excusi sunt, uti recte observant *Audiffredus pag. 105. Denis pag. 16. Laire pag. 188.* et *La Valliere Tom. 1. pag. 354.* quod et nobis etiam attente expendere licuit, proinde absque erroris periculo praesens editio tribuenda est Excusori, qui *Regulas Juris Dyni de Rasonio* impressit, ad cujus calcem legitur: *Finis. Regularum iuris eximii doctoris domini Dini Rome impressorum per magistrum Adam Rot Metū dioc. clericum. Anno salutis. Millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo. Quindecima* (*sic*) *Septembris sub Sixto IIII. Pontifice maximo.* Duo hi Tractatus *Bartoli* et *Baldi* simul occupant quinque integra folia, et tres circiter quadrantes unius columnae. Duabus pariter columnis linearum 53. impressi sunt, sine signaturis, foliorum numeris, custodibus, et initialibus, quas Miniculator supplevit rubro colore.

—— Exemplar alterum.................................... VI. C. 23.

Saxonia Alberti de. Expositio in libros Aristotelis de Coelo et Mundo. *Opus incipit absque ullo titulo, in columna prima folii secundi, (nam primum est album) sed his verbis :* aRISTOTELES in libro de celo et mūdo q' est s's liber ī ordīe etc. etc. *Ad calcem :* Et sic est finis huius questionis et totius operis libri de celo et mundo ad laudē dei et Virginis Marie impresse papie per Antoniū de carchano. 1481. die veneris. xi. maii. *Registrum adcedit.*
In folio parvo.. VII. A. 2.

Quum nullus titulus huic editioni sit praefixus, anonymum opus crediderim; ast in volumine evolvendo, ad ejus calcem, quo opus ipsum absolvitur, haec verba leguntur: *Et sic sit finis q'estionum sup' totalē librm de celo et mundo conscriptaꝝ p' magistrum Albertum* etc. Detecto *Alberti* nomine, cum editionibus hujus operis excusis anno 1492. et 1497. ipsum contuli, et unum idemque esse comperi, sed non parum lectione diversum. Editio valde rara, et paucis nota. Columnae duae insunt paginae cuilibet, earumque utraque lineis 57. gallo franci characteris, dummodo integra constet. Signaturis cum arabicis numeris instructi sunt plagularum fasciculi; custodes, et foliorum numeri nullo pacto cernuntur, et initiales parvis expressae sunt formis.

—— Alia editio. *Sequentia verba in prima pagina majusculis litteris expressa occurrunt :* Questiones subtilissime Alberti de Saxonia in libros de celo et mundo. *Opus in secundo folio recto incipit, verbis hisce praeeuntibus :* Clarissimi doctoris Alberti de Saxonia qōnes sup' q'ttuor libros Aristotelis de celo et mūdo feliciter incipiunt. *Ad calcem conclusio prolixior adest, sine Auctoris nomine ; deinde haec typographica notitia :* Expliciūt questiones preclarissimi doctoris alberti de saxonia sup' q'ttuor libros de celo et mūdo. Ari. diligētissime emēdate p' eximiū artiū et medicīe doctorē magistrū hieronymū Surianū Venetū filiū dñi magr'i Jacobi Suriani physici p'stātissimi. Imp'sse āt Venetiis Arte Boneti d'locatellis Bergomēsis. Impensa V'o nobilis viri Octaviani Scoti civis

Modoetiēsis. Anno salutis nr̄e. 1492. nono Kalē. novēbris. Ducante inclito p'ncipe Augustino barbadico. Registrum *adcedit; et ultima pagina Tabulam, et signum* Octaviani Scoti *complectitur.*

In folio parvo .... VIII. G. 25.

Praesens editio textu breviato Aristotelis majusculo typo gallo-franco impressa conspicitur. Lineae 66. in columnis plenis habentur. In marginibus superioribus *Quaestiones* indicantur; et initiales florentibus ligneis formis excusae fuere. Signaturarum ordo constat litteris, Arabicisque numeris; in reliquis consonat praecedenti editioni.

—— Exemplar alterum .... VIII. D. 34.

—— Exemplar tertium .... IX. G. 36.

—— Alia editio, *praecedenti quodammodo similis. Ad calcem:* Expliciunt questiones preclarissimi doctoris Alberti de saxonia super quatuor libros de celo et mundo Ari. diligentissime emendate per eximium artium et medicine doctorem magistrum Hieronymum Surianum Venetum filium domini magistri Jacobi Suriani physici p̄stantissimi: Impresse autem Venetiis per Ottinum Papiensem Anno salutis nostre. M. ccccxcvij. v. Idus Junii. Ducāte inclyto principe Augustino Barbadico. *Huic notae subnexum est Registrum, et in ultima pagina occurrit* Tabula Quaestionum.

In folio parvo .... VIII. D. 33.

—— Questiones subtilissime Alberti de saxonia super libros posteriorum. *Laudata verba majusculis gallo-francis formis excusa habentur in prima pagina. Opus incipit in secundo folio recto a titulo:* Clarissimi doctoris dn̄i Alberti de saxonia qōnes subtiles in libros posterio4 Parisi⁹. disputate feliciter īcipiūt. *Ad calcem:* Expliciūt qōnes subtilissimi Albertutij (sic) de Saxonia: sacri ordinis heremita4 scī Augustini sup libros analeticorum posterio⁹. castigate ac correcte p venerabiles sacre theologie viros lectorem fr̄em Joānem baptistā thollēti^tem et fr̄em Jacobū baptistā de Alouixijs (sic) ravēnatē: sancti Stephani venetiarū magistrū studij eiusdē ordīs et voti. Imp̄sse mādato et expensis nobilis viri dn̄i Octaviani Scoti. civis Modoetiēsis. p̄ Bonetū Locatellū Bergomēsem. 1497. septimo Idus Martias. *Huic notae subnectitur Tabula* Questionum, *quam excipit Epistola, qua* Jacobus Baptista Alouisius Ravennas. Augustinianus Carulo (sic) Emiliano adolescenti erudito patritio Veneto. S. P. D. *In penultima pagina occurrit, primo* Domīci Palladij Sorani Carmen *in laudem Auctoris, ejusque operis; secundo Registrum; tandem signum* Octaviāni Scoti.

In folio parvo .... VIII. E. 41.

Praesens editio perfecte respondet alteri iam descriptae voluminis super *libros de celo et Mundo* excusae anno 1492.

—— Tractatus proportionum. *Praeit titulus:* Excellentissimi Magistri Alberti de Saxonia tractat⁹ p'pōtio.^m incipit feliciter. *Ad calcem:* Magistri Alberti de Saxonia pporcionum libellus finit. Padue non modica impressūs di-

ligentia per Magistrum Matheū de Cerdoīs dè Vuindischgretz Anno domini i482. Die i5. Augusti.
In 4.° parvo .... VIII. B. 42.

Ex lineis 32. efficitur pagina quaelibet hujus opellae oppido rarae, custodibus, et signaturis carentis. Initiales parvas excudit Typographus, et numeros foliorum *i-i2.*; sed folio sexto numerum 12. pro 6. impressit.

—— Quaestiones = super Porphyrii Praedicabilia = In Aristotelis praedicamenta = In libros duos Peryermenias. *Extant cum* Guilielmi Ockam Expositione super totam Artem veterem. *Vide Tom. II. hujus Catalogi pag. 191.*
In folio .... VIII. F. 6.

Saxonia Henrici de. Tractatus de secretis mulierum. *Prima columna folii primi recti hunc titulum gerit, rubro colore impressum:* Expositio super Henricum de Saxonia de secretis mulierum Incipit feliciter. *Sequitur Praefatio, cujus prima verba:* (A) D lucidiorem notitiam sequentium habendam videb3 de secretis mulierum aliqua p̄ambula sunt p̄notāda etc., *quae in aversa pagina ad lineam xxxv. primae columnae terminatur. Tum in secunda incipit opus a titulo, pariter rubro colore impresso:* Tractatus henrici de Saxonia Alberti magni discipuli de secretis mulierum quem ab Alberto excerpsit feliciter incipit Capitulum primum. *Nostrum Exemplar mutilum in fine nullam praesefert typographicam notam.*
In folio parvo .... IX. E. 35.

Volumen hoc, non inferioribus typographicae artis monumentis certe adnumerandum, impressum est duplici charactere, gallo-franco majusculo, et minusculo rotundo, conspicuo, et pingui; primo Textus, secundo Explicatio, exprimitur. In duas columnas pagina quaelibet divisa lineas 39. occupat. In amplis marginibus visuntur custodes, et signaturae, constructae litteris, et Arabicis numeris; numeri vero foliorum nulli existunt. Ex iis, quae editionem describendo retulimus, Bibliographi, cui tribuenda sit editio, facile detegent. Opus hoc de *Secretis Mulierum* post *Quetif.*, et *Echard* abiudicavimus in Tom. 1. hujus Catalogi pag. 20. *Alberto Magno*; sed revera praesens opus nihil aliud est nisi Commentarium alicujus in libellum *Henrici de Saxonia Alberti discipuli*, qui, iuxta cordatorum virorum iudicium, illud conscripsit ex nonnullis *Alberti* excerptis, unde et *Alberto Magno* a quibusdam perperam tribuitur. Id etiam luculenter adparet ex primo operis Capite; incipit enim: *Dilecto sibi in Christo socio Joanni Henricus de Saxonia verae sapientiae: et vitae praesentis in Christo Jesu incrementa.*

Saxonia *Joannis de.* Canones in Tabulas Astronomicas Alphonsi Castellae Regis. *Extant cum* Tabulis. *Vide* Alphonsi.

—— Commentarium in libellum Isagogium Alchabitii. *Extat cum eodem libello. Vide* Alchabitii, *et* Abdilatii.

Saxonii Ludolphi. Vita Christi. *Vide* Cartusiani Ludolphi.

S C

Scala Coeli. *Opusculum tributum* Joanni Juniori. *Vide, quae in Tom. 1. pag. 424 innuimus, sub articulo* Junioris Joannis.

Scalae Barptolemaei. Epistolae VIII. Ad Angelum Politianum. *Extant in Volumine Operum* Politiani, *nimirum* lib. v. *et* xii. Epistolarum. *Vide* Politiani.

—— Oratio Bartholomei Scale Florẽtini oratoris ad summũ põtificẽ Innocẽtiũ. viii.
In 4.° parvo.. IX. A. 58.

—— Alia editio, *cujus titulus:* Oratio Bartholomei Scale florentini Oratoris ad summum Pontificem Innocentium Octavum.
In 4.° parvo.. XIII. A. 23.

Audiffredus pag. 267. refert has duas editiones, utramque foliorum V., uno eodemque typo gallo-franco excusam, quam *P. Laire* autumat esse *Stephani Planck.* Huiusmodi *Oratio* habita, ut videtur, anno 1485. quo *Innocentius VIII.* Pontifex electus est, non semel excusa cernitur.

—— Exemplar alterum.. III. B. 19.

—— Alia editio. *Titulus, ut in immediate praecedenti editione. Desinit in folio quarto averso, ad lineam xxxv., cui subditur,* Amen.
In 4.° parvo.. XIII. A. 51.

Character rotundus, elegans, lineis distinguitur 36. in paginis plenis. Initiales, custodes, et numeri plagularum desiderantur. Florentina videtur praesens editio, ut innuit *Fossius Tom. II. Col. 155.*

Scanaroli Antonii. Disputatio utilis de morbo gallico. *In prima pagina sequentia verba occurrunt, majusculis gallo-francis typis excusa:*

Disputatio Utilis de Mor
bo gallico Et opiniõis
Nicolai Lẽoicẽi Cõ
firmatio cõtra Ad
versarium Eam
dẽ opinionem
Oppugnan
tem.

Praefigitur opusculo Auctoris Praefatio, quae legitur in secundo folio recto, sub hac epigraphe: Ad excellentissimum Medicum Nestorem Morandũ Booniensem (sic) Antonii Scanaroli Mutinensis in disputationem de morbo gallico prefatio. *Terminatur in eadem pagina, et in postica opus incipit sine titulo. In folio xvi. recto ad lineam xix, absolvitur opus, cui subnectitur sequens notitia typographica:*

Explicit disputatio Vtilis de Morbo Gallico
Impressum Bononiae. Die vero. xxvi.
Martii. M. CCCC.
LXXXX.
VIII.

In 4.° parvo .... VIII. B. 84.

Opusculum rarissimum, memoratum a *Maittario Ind. II. pag. 233.* ex auctoritate *Orlandi pag. 404. Adversarius*, contra quem *Antonius Scanarola* hoc in lucem emisit fuit *Natalis de Monthesauro*. Vide, quae innuimus in Tom. II. pag. 153, ad notam adjectam Art. *Monthesauro*. Foliis constat 16. impressis charactere rotundo, et paullo minuto, sed eleganti, et nitido, qui chartae optimae inhaeret; et in qualibet ex paginis integris lineas 36. complectitur. Margines absque custodibus, numerisque foliorum apparent, sed cum signaturis *a*, *b* numeris Romanis minoribus adhaerentibus. Initiales minoribus formis denotantur, et in externis amplis marginibus postillae leguntur.

Scena Francesco de. *Vide* Senis.

Schedelii Hartmanni. Chronicon. *In prima pagina sequentia verba Missalibus litteris ligno incisis expressa operis titulum constituunt*: Registrum hujus operis libri Cronicarum cu (sic) figuris et ymagĩbus ab inicio mũdi. *Sequitur deinde alphabetica operis Tabula, undeviginti foliis contenta. In prima pagina primi folii operis legitur:* Epitoma operum sex dierum de mundi fabrica Prologus. *Aversam ejusdem figura ligno incisa, Deum repraesentans, occupat. Deinde ipsum opus, in septem mundi aetates divisum, incipit. Ad calcem* Sextae Aetatis *folia 259, 260, 261 vacua a Typographo, ut ipse monet, de industria relicta fuere, quamvis titulos, et numeros habeant.* Septima aetas *adcedit, in qua de mundi fine, ac judicio extremo agitur: hacque absoluta in folio cclxvi, Typographus notavit:* Completo in famosissima Nurembergensi urbe Operi de hystoriis etatum mundi ac descriptione urbium; felix imponitur finis. Collectum brevi tempore Auxilio doctoris hartmãni Schedel qua fieri potuit diligentia. Anno xp'i Millesimo quadringentesimo nonagesimotercio. die quarto mensis Junii. *Exinde:* Deo igitur optimo sint laudes infinite. *Post vacuam paginam sequitur historia rerum gestarum sub* Friderico III. *per* Germaniam, *et* Europam *ab* Aenea Silvio *conscripta, cum Praefatione Editoris, quae primam paginam folii cclxvii. occupat, et aversa ejusdem habet Tabulam ligno incisam, cum inscriptionibus, adeo ut in folio cclxviii.* Aeneae *scriptum incipiat, quod in folio ccxcviii. absolvitur. Nuncupatoria Epistola* Aeneae Silvii *praeit, cujus epigraphe:* Reverendissimi patris domini Enee de picolominibus cardinalis S. Sabine de his que sub cesare Friderico tercio imp'atore Germaniam et Europam gesta sunt cũ locoꝝ descriptione ad d. Anthoniũ cardinalẽ hilerdensem incipiunt feliciter. *Notandum est in marginibus aliquot superioribus hujus historiae,* Sexta etas mundi, *errore forsan typographico exprimi. In folio recto ccxcix, quod postremum est ex numeralis,* Declaratio *excuditur Tabulae geographicae* Germaniae, *quae aversam paginam*

et sequentem occupat, cujus postica facies subiicit oculis sequentia verba : Adest nunc studiose lector finis libri Cronicarum per viam epithomatis et breviarij compilati opus q'dem preclarum et a doctissimo quoq3 comparandum Continetē gesta. quecūq3 digniora sunt notatu ab initio mūdi ad hanc usq3 tēporis nostri calamitatem. Castigatūq3 a viris doctissimis ut magis elaboratum in lucem prodiret. Ad intuitum autem et preces providorū civiū Sebaldi Schreyer et Sebastiani Kamermaister hunc librum dominus Anthonius Koberger Nuremberge impressit. Adhibitis tamē viris Mathematicis pingendiq3 arte peritissimis. Michaele Welgemut et Vilhelmo Pleydenwurff. quorū solerti accuratissimaq3 animadversione tum civitatum tum illustrium virorum figure inserte sunt. Consummatū autem duodecima mensis Julii. Anno salutis nr'e 1493. *Ob Compactoris incuriam fasciculus quinque foliorum, tabulis xylographicis praeditorum, in quibus habetur descriptio* Sarmatiae, Lubecae Saxoniae urbis, *et* Nissae Urbis Silesiae, *sutus est in hoc exemplari post folium ccxcviii. quum re vera esse deberet in fine voluminis; ut in aliis novem hujus Bibliothecae exemplaribus observatur. Ultima pagina hujusmodi fasciculi hymnum refert* Ad deum optimū maximum de his que mirabilia gessit pro iustissimo et excelso Maximiliano rege romanorum.

In folio maximo.. XII. I. 1.

Hoc opus ab *Hartmanno Schedelio* collectum, et figuris, et imaginibus *Michaelis Wolgemur*, et *Wilhelmi Playdenwurf* ditatum, inter rarissimas editiones recenset. *Jo. Andreas Fabricius in der critischen Biblioth. Par. 1. pag. 11. et seq. et Freytag. in Analectis pag. 385.* Paginae hujus voluminis modo duplici columna, modo unica constant, pro figurarum opportunitate, et lineas 65., dummodo integrae sint, galli-franci characteris majusculi complectuntur. Mundi aetates in superioribus marginibus indicantur; custodes, signaturae, et principes litterae omittuntur.

— Exemplar alterum.. XII. I. 2.
— Exemplar tertium.. XX. I. 1.
— Exemplar quartum.. XX. I. 2.
— Exemplar quintum.. XX. I. 3.
— Exemplar sextum .... XX. I. 4.
— Exemplar septimum .... XX. I. 5.
— Exemplar octavum .... XX. I. 6.
— Exemplar nonum.. XX. I. 7.
— Exemplar decimum .... XX. I. 8.

Schildis Hermanni Alemanni Westphali, Ord. Herem. S. Augustini. Versio Rhetoricae et Poeticae Aristotelis ex Arabico in latinum. *Vide* Aristotelis rhetorica.

— Versio latina ex Arabico Introductorii in Astronomiam Almansoris. *Vide* Albumasaris.

Schlick Gasparis. Epistolae ix, *scilicet una ad* Joannem Carvajalem;

tres ad Card. Julianum Caesarinum; *una ad* Nicolaum Arcimboldum; *una ad* Unguentonem de Contrariis; *una ad* Laurentium Palatinum Hungariae, *una ad* Jo. Franciscum Marchionem Mantuae; *una ad* Marikombanum Palatinum Sclavoniae, *et* Laurentium Palatinum Hungariae. *Extant cum* Epistolis Aeneae Silvii. *Vide* Picolhominei.

SCHOLIA in Alexipharmaca Nicandri, *graece. Vide* Nicandri.

SCHWARTZ Petri Nigri. *Vide* Nigri Petri.

SCIPIONIS AFRICANI. Epistola ad Catonem Uticensem. *Extat cum* Epistolis Q. Curtio *tributis. Vide* Curtii.

SCLEDEI LUDOVICI Vincentini. Epistola ad Cassandram Virginem. *Vide Tom. 1. pag. 160. Artic.* Cassandrae.

SCOPTII HIERONYMI Senēsis, Episcopi Suanensis. Epistola in orationem de trinitate dicatam sanctissimo ac beatissimo domino nostro Innocētio octavo pontifici maximo. *Is titulus praefigitur Epistolae trium paginarum, quae praeit* Orationi, *cujus inscriptio:* Hieronymi Scoptii Senēsis Episcopi Suanensis oratio de trinitate dicta in capella palatina ad reverendissimos dominos Cardinales.
In 4.° parvo. *Vide* Orationes variae.......................... IX. A. 58.

Totius libelli paginae sunt sexdecim; ejusque character est Romanus elegantior Stephani Planack. Memoratur ab *Audiffredo pag. 429.*

—— Oratio in festo omnium Sanctorum. *Praecedit Epistola Nuncupatoria Auctoris, sic inscripta:* Hieronymus Scoptius Senensis Episcopus Suanensis Reverendissimo in Christo patri et domino domino Oli. Caraphae Episcopo Sabinensi et Card. Neapolitano. S. P. D. *Hac absoluta in secundo folio averso, protinus in tertio incipit* Hieronymi Scoptii Senensis Episcopi Suanensis Oratio dicta in Basilica Beati Petri Apostoli in die festo omnium Sanctorum ad Sanctissimum dominum nostrum Innocentium. VIII. Pont. Max. et ad Reverendissimos Cardinales.
In 4.° parvo. *Vide* Orationes variae.............................. IX. A. 58.

Opusculum eodem charactere excusum, ac praecedens; et octo continetur foliis. Vide *Audiffredum pag. 429.*

SCOLASTICI JOHANNIS, *cognomento* Climachi. *Vide* Climachi Jo.

SCOTI JOANNIS DUNS. *Vide* Duns. Joannis.

SCOTI MICHAELIS. de procreatione hominis, et humana Physionomia. *Praemittitur operi materiarum Index, quem in folio quarto recta ipsum opus cum se-*

quenti inscriptione excipit : INCIPIT Liber Phisionomiae : quē compilavit magister Michael Scotus ad preces. D. Federici romano4 īperatoris. Sciētia cuius est multū tenēda in secreto : eo q̄ est magnae efficaciae : Continēs secreta artis naturae : quae sufficiūt omni astrologo. Et cum haec pars libri phisionomiae constet ex tribus partibus : hoc est prooemium. *Sequitur deinde operis dedicatio ad* Fridericum II. Imperatorem, *quae in aversa folii sexti pagina ad lineam x. finitur. Dedicationem excipit* Prima pars libri huius, *qui in secunda pagina folii lxxvi. desinit hac conclusione:*

Michaelis Scoti de procreatione et hominis
Phisionomia opus feliciter finit.
M. CCCC. LXXVII.

In 4.° parvo .... XII. B. 32.

Opusculum istud, foliis 76. contentum, Romano, ac pereleganti charactere, chartae albae, firmae, ac laevigatae impressum est. Signaturae apparent; nulli vero custodes, nullique paginarum numeri. *Maittairus Tom. I. pag. 379.* et *Crevenna* in *novo Catalogo Tom. II. pag. 127.* editionem hanc memorant. Caret Typographi, ac loci nomine; sed dixerim in typographeo *Petri Maufer Patavii* fuisse exaratam.

—— Espositio super Auctorem Sphaerae, cum quaestionibus. *Titulus opusculo praefixus sic habetur:* Eximii atq' excellentissimi physicorū motuū cursusq3 : siderei indagatoris Michaelis Scoti sup auctor' sperae (sic) cum questionibus diligenter emendatis incipit expositio ɔfecta Illustrissimi Impatoris Dñi. D. Fedrici (sic) precibus. *Ad lineam xx. primae paginae folii xl. opusculum terminatur verbo* FINIS. *Dein notitia typographica subjungitur, nempe:* Impressum fuit hoc opus diligenter in alma civitate Bononiae Regnante inclyto principe. Domino. D. Joanne secundo Bentivolo per Justinianum de Ruberio. M.cccclxxxxv. die xvi. Setembris (sic). *In aversa pagina habentur duo Epigrammata in Auctoris laudem : I.* Pompilii Alcialii Placentini ; *II.* Joannis Romagnisii Bobiensis; *et infra Typographi signum.*

In 4.° parvo .... VII. B. 20.

Editio parum obvia, excusa gallo-franco typo, cum signaturis, sed sine numeris, custodibus, et registro. Eam retulit *Maittairus pag. 606.* nec non *Freytag. Adpar. Litter. Tom. II. pag. 1420.* et *Audiffredus Specim. pag. 105.*

—— Mensa philosophica. *Vide in Tom. II. pag. 117. notam Art.* Mensae philosophicae *adjectam.*

Scotii Joannis Antonii. Quaestio, An potissima demonstratio reperiatur, vel illa nullo pacto sit danda? *Extat cum* Analiticis posterioribus Aristotelis, *et* Expositione Aegidii Romani. *Vide in Appendice* Aristotelis.

Scribanarii Marci. Judicium de dispositione anni 1479. *Titulus opusculo praefixus, majusculis gallo-francis formis, sic legitur.* Judicium Marci Scri-

banarii bononiensis de dispositione anni. Mccccl xxix. ad magnificū D. Johannē Bentivolis de bononia. *Ad calcem:* Bononie editum. Kalen. Januarii Mcccclxxviiii. In 4.° parvo .... XII. A. 4.

Liber admodum rarus, quem ignorarunt tam Bibliographi, quam Scriptores *historiae littérariae Bononiensis*, et primum a nobis excitatur. Nam *Alidosi in opere de' Dottori Bolognesi pag. 141.* et *Orlando Notizie degli Scrittori Bolognesi pag. 106.* referunt hujusmodi Auctoris opusculum, cuius titulus: *Giudizio sopra l' anno 1529. In Bologna 1529.* At *Fantuzzi Notizie degli Scrittori Bolognesi Tom. VII. pag. 371.*, ex relatione *Jacobi Morellii Bibliothecae, S. Marci Venetiarum* Bibliothecarii, recenset aliud ejusdem Auctoris opusculum repertum in laudata Bibliotheca, eodem fere titulo ornatum, nempe: *Marci Scribanarii Bononiensis super Dispositione Anni Mcccclxxxv. Ad Illustrissimum, et Reverendissimum in Christo Patrem D. Ascanium M. Card. Sfortiam Vicecomitem Pronostichon.* Hinc merito eruditus *Fantuzzi* concludit: *Egli è probabilissimo, che i due Opusculi da noi riferiti non siano i soli, che lo Scribanari pubblicasse in istampa dal 1485 fino al 1530, che sarà stato l' anno della sua morte: ma siccome il caso fece, che l'uno di questi venisse alle mani del P. Orlandi, e l' altro a quelle dell' Abate Morelli, così da casi simili dipenderà, che s' abbia per l' avvenire contezza di robicciole per una parte si piccole, e per l' altra si poco importanti*, quod revera accidit in inventu alterius opusculi ejusdem Auctoris. Hoc autem excusum est nitido gallo-franco charactere, qui lineas 30. implet in paginis plenis, quarum margines nullum exhibent numerum in superioribus oris, neque in inferioribus signaturas, aut custodes; et totum volumen componitur septem impressis foliis.

SCRIPTORES

—— Scriptores Historiae Augustae, *seu* Imperatorum Romanorum Vitae a Julio Cesare ad Numerianum a diversis Auctoribus compositae. *In hac Historicorum collectione praecedit.* C. Svetonius Tranquillus. *Primi folii secunda pagina versus* Ausonii *de* Svetonii *historia*, *sub diversis titulis*, *exhibet. In folio secundo recto* Domitii Calderini Viri clarissimi de vita Caii Svetonii tranquilli *imprimitur*, *cui Elenchus Scriptorum hujusmodi collectionis adcedit:*

IN HOC CO
DICE CONTINEN
TUR CAIUS SVETONI
VS TRAN QUILLUS (sic) DE XII
CAESARIBUS. AELIUS SPARTIA-
NUS. JULIUS CAPITULINUS. AELIUS. LAM
PRIDIUS. TREVELLIUS POLLIO. FLAVI-
VS VOPISUS. EUTROPIUS. ET.
PAULUS DIACONUS. DE RE-
GUM AC IMPERATO-
RUM ROMANO
RUM VITA.

Opus itaque incipit in folio tertio, a titulo: C. SVETONII TRAN QUILLI DE VITA XII. CAESARUM LIBER PRIMUS. DIVUS JULIUS CAESAR. *Opere* Svetonii *absoluto legitur*: C. SVETONII TRANQ VILLI DE VITA XII. CAESARUM LIBRI DUODECIMI: AC VLTIMI FINIS. *In ultimo folio occurrunt*

Registrum, Tetrastica De Caesaribus post Tranquillum, *et duo eiusdem* Svetonii *elogia. Post vacuum folium incipit* Spartianus, *et in fine* Pauli Diaconi, *sive operis integri Index, in quo Vitae singulae, cum Auctoris nomine, indicantur. Typographus exinde notavit:* Habes candide lector Caesarū vitas parvo aere: quas olim anxius quaerebas maxima lucubratione a viris praestantissimis emendatas. Quae omnia accuratissime Venetiis impressa sunt per Bernardinum novariensem anno a natali christiano. M. cccc. lxxxyiiii. Kal. octobris. FINIS. In folio parvo.. XIX. G. 1.

Excusa est praesens editio rotundis characteribus, qui summam implent linearum 54. in pagina qualibet integra. Adsunt signaturae, minime vero custodes, et foliorum numeri. Initiales vel parvae sunt, vel indicantur spatia.

—— Exemplar alterum, *duobus voluminibus compactum, cujus initiales in primo volumine, quod* Svetonii *vitas complectitur, a Miniculatore variis coloribus, et auro sunt depictae. Secundum volumen, quod ab* Aelio Spartiano *incipit, mss. adnotationibus, summariis, et correctionibus tam in marginalibus, quam in foliis albis a sutore insertis, post impressas plagulas, abunde instruxit partim rubrica, partim nigro atramento* Janus Parrhasius, *ut adparet in calce voluminis, ubi legitur illud:* Antonii Seripandi ex Jani Parrhasii testamento... XX. G. 13. 14.

—— Alia editio, *praecedenti quodammodo similis. In tribus exemplaribus, quae in hac Regia Bibliotheca extant, opus incipit ab* Aelio Spartiano, *licet in fine voluminis notentur primo loco* Svetonii Vitae XII. Caesarum. *Notitia typographica sic habetur:* Habes candide lector Caesarum vitas parvo aere: quas olim anxius quaerebas maxima lucubratione a viris praestantissimis emendatas. Quae omnia accuratissime Venetiis impressa sunt per Joannem Rubeū de Vercellis anno a natali christiano. M. cccc. lxxxx. die. xv. Julii. FINIS. In folio parvo.. XIX. G. 2.

—— Exemplar alterum.. XIX. G. 3.

—— Exemplar tertium... XX. G. 12.

—— Scriptores rei Militaris, *scilicet,* Frontinus, Vegetius, Aelianus, *et* Modestus. *Praemittitur Epistola, qua* Jo. Sulpitius Verulanus Petro Paulo de Comite. S. P. D. *Nulla in hac Epistola, quae totum fere primum folium aversum occupat,* Modesti *mentio occurrit; fortasse quia tantum post absolutam trium priorum, eorumque praecipuorum Auctorum impressionem, in mentem venit* Sulpitium, *et* Modestum *cum iisdem conjungere. Inscriptio primo opusculo praefixa sic legitur:*

FLAVII VEGETII VIRI ILLUS. AD VA
LENTINIANUM AUGUSTUM EPITO
MA INSTITUTORUM REI MILITARIS
EX COMMENTARIIS CATONIS : CEL
SI : TRAJANI : HADRIANI : ET FRONTI
NI LIBER PRIMUS.

et sequentes tres. In fine: Impressum Rome per Venerabilem virum Magistrum Eucharium Silber alias Franck Anno domini millesimoquadringentesimo octagesimo septimo. Die vero quarto kal. Februarii. *Sequitur* Registrum, *cui adcedit emendatio quaedam. Post album folium incipit,* Aeliani de instituendis aciebus opus ad Divum Hadrianum : a Theodoro Thessalonicēse latinum factum et Antonio Panormite Alphonsi Regis praeceptori dicatum. *In calce:* Finis Aeliani. *Exinde;* Impressum Rome per Venerabilem virum Magistrū Eucharium Silber: alias Franck. Anno domini Millesimo quadringentesimo octogesimo septimo. Quinto decimo Kal. Martii. *Adcedit* Registrum. *Sequitur protinus post albam paginam* Sexti Julii Frontini Viri Coasolaris (sic) strategematicon liber primus, *et tres sequentes. Ad calcem post verbum*, FINIS: Impressum Rome p Venerabilem virum Magistrū Eucharium Silber: alias Frank Anno Mccccclxxxvii. die vero primo Junii. *In prima pagina ultimi folii extat* Registrum. *Ultimus Tractatus est:*

MODESTI LIBELLUS DE VOCABU
LIS REI MILITARIS. AD TACITUM
AUGUSTUM,

quo absoluto, legitur primum, FINIS; *dein:* Impressum Rome per Venerabilem virum Magistrum Eucharium Silber: alias Franck. Anno domini. Mccccclxxxvii. Septimo. Idus Junii.

In 4.° parvo... VIII. A. 21.

Vegetii folia sunt 58., *Aeliani* 28; *Frontini* 48, et *Modesti* 6. Sunt autem omnes eodem charactere Romano, quem *Silberus*, in plurimis aliis suis editionibus adhibuit.

—— Exemplar alterum.... .... VIII. B. 37.

—— Alia editio, *cujus Tractatus hoc ordine digesti sunt: In prima pagina occurrunt verba:* VEGETIUS DE RE MILITARI. *In postica praeponitur eadem* Jo. Sulpitii *Epistola*, *quae habetur in praecedenti. Incipit in secundo folio* Flavii Vegetii Renati viri illustris ad Valentinianum Augustum epitoma institutorū rei militaris ex cōmentariis Catonis: Celsi: Traiani: Hadriani: et Frontini. Liber primus. *Ad calcem libri iv.:* Romae impressum per Eucharium Silber Alamanum. Anno a natali christiano. M.cccc.xciiii. die xxiiii. Octobris. *Sequitur* Sexti Julii Frontini viri consularis Strategematicon. Liber Primus, *et sequentes tres, in quorum calce, post verbum,* FINIS, *legitur:* Impressum Rome per Venerabilem virum Magistrum Eucharium Silber: alias Franck Anno. M. cccc. xciiii. die tertio novembris. *Tertium locum obtinet* Modestus de re militari ad Theodosium Augustum; *et quartum* Aeliani de instruendis aciebus opus ad Divum Hadrianum a Theodoro Thessalonicense latinum factum: et Antonio Panormitae Alphonsi regis praeceptori dicatum. *Tandem adcedit* Onosander ad q. Verānium de optimo Imperatore eiusq3 officio p Nicolaum Sagundini (sic) e graeco in latinum traductus. *Ad calcem hujusmodi ultimi tractatus legitur:* Onosandri de Optimo Imperatore: eiusq3 officio: p Nicolaum Sagundinum e graeco in latinum Traducti. Finis.

In 4.° parvo .... VIII. B. 11.

Quatuor priores Auctores ad unum idemque volumen pertinere liquet ex signaturarum serie, quae a primo incipiens in sequentibus tribus continuatur usque ad *y*. In *Onosandro* aliae occurrunt signaturae, majusculis litteris expressae, ab *A* usque ad *Dii*. pertingentes. Omnes hi tractatus sunt uno, eodemque Romano typo excusi, minusque eleganti *Eucharii Silberi*. Editio parum obvia, quae solummodo notatur ab *Audiffredo pag.330*.

—— Alia editio, *cujus prima pagina sequentia refert verba :*

Sextus Julius Frontinus Vir consularis de re militari
Flavius Vegetius Vir Illustris de re Militari
Aelianus de instruendis aciebus.
Modesti libellus de vocabulis rei militaris.

In aversa pagina occurrit AD MAGNIFICUM SENATOREM MINUM ROSCIUM PHILIPPI BEROALDI EPISTOLA. *In secundo folio recto incipit* SEXTI JULII FRONTINI VIRI CONSULARIS STRATEGEMATICON LIBER PRIMUS. *Ad calcem libri iv. post verbum*, FINIS, *legitur:* Impressum Bononiae per Platonem de Benedictis librorum cussorē (*sic*) Anno MCCCCLXXXXV. die vero decimo Julii. *Huic subscriptioni subnectitur Typographi signum. Sequitur post duas vacuas paginas* Vegetii *opus, cui praemittitur* Epistola Sulpitii Verulani Petro Paulo de Comite, *ut in editione anni 1487. supra relata. Incipit Tractatus a titulo :* FLAVII VEGETII. Viri Illus. ad Valentianum (*sic*) Augustum Epitoma institutorū rei Militaris ex commentariis Catonis : Celsi : Traiani : Hadriani : et Frontini. *In fine extant verba*, LAUS DEO. *Exinde*: Vegetii Finis Bononiae Impressi per Platonem de Benedictis. Anno domini Millesimoquadringentesimononagesimoq̄nto. Die vero sextodecimo Novembris. *Sequitur protinus* Aeliani de instruendis aciebus opus ad Diuum Hadrianū : a Theodoro Thessalonicense latinum factum et Antonio Panormitae Alphonsi Regis praeceptori dicatum. *Ad calcem tantummodo legitur*, Finis Aeliani; *et in sequenti folio incipit :* MODESTI LIBELLUS DE VOCABULIS REI MILITARIS AD TACITUM AUGUSTUM, *qui absolvitur verbis*, LAUS DEO, *et dein nota subjungitur typographica :* DE Arte Militari : Frontinum : Vegetium : Aelianum et Modestū auctores penitus Divinos q̄ castigatissime impressit omni solertia Plato de Benedictis Bononiensis In alma civitate Bononiae Anno salutis. Mccccl xxxxvi. Decimo sexto Kal. Februarias. *Signum Typographi subditur, et in prima ultimi folii pagina, veluti totius voluminis fastigium occurrit* REGISTRUM.

In folio parvo .... IX. E. 34.

Praesens editio majori ex parte pertinet ad annum superiorem, quo lucem viderunt *Frontinus*, et *Vegetius*. Signaturae autem inchoatae in *Frontino*, continuatae in VEGETIO, et sequentibus duobus Auctoribus, indicio manifesto sunt, propositum fuisse *Beroaldo*, aut Typographo, ex quatuor hisce Auctoribus unum integrum volumen conficere; etsi non improbabile sit, priorum duorum ipso anno 1495. exempla varia fuisse distracta.

Exemplar alterum.. XII. C. 3.

—— SCRIPTORES REI RUSTICAE, *scilicet* Cato: Terentius Varro: Columella: Palladius Rutilius. *Nostrum Exemplar in principio, et fine mutilum conspicitur: nam deest Epistola* Georgii Alexandrini ad Petrum Priolum, *Operi praefixa; hinc* ENARRATIONES BREVISSIMAE PRISCARUM VOCUM MARCI CATONIS *primum locum obtinent, quae* XIII. *occupant folia. Has excipit* EPISTOLA Georgii Alexandrini Bernardo Iustiniano equiti et Senatori facundissimo. *Sequitur Index, in quo notantur* MARCI CATONIS PRISCI DE RE RUSTICA LIBRI CAPITA, *et protinus in folio* XVIII. *incipit*, MARCI CATONIS PRISCI DE RE RUSTICA LIBER, *distinctus in* CLXI. *Capita, quibus absolutis in folio* XXXVIII. *recto, ad lineam* XVI. *subjungitur sequens nota typographica:* MARCI PRISCI CATONIS QVI HOMINVM SVMMVS IN OMNI VSV FVIT DE RE RVSTICA LIBER VNUS QVEM ABSOLVTVM NEC IMPERFECTVM PLINIO AVCTORE COLLEGIMUS CURA ET ARTIFICIO NICOLAI JENSON GALLICI IMPRESSUS VENETIIS. M. CCCC. LXXII. *In aversa pagina occurrunt*, M. T. VARRONIS REI RUSTICAE CAPITA LIBRI. I., II. *et* III. *et post tres paginas incipit*, MARCI TERENTII VARRONIS RERVM RVSTICARVM AD FVNDANIAM VXOREM LIBER I. PROLOGUS: LIBRI II. *et* III. *sunt ad* NIGRVM TVRANNIUM, *qui terminantur in folio* LXXXII. *averso, ad lineam* XVIII. *hac subscriptione:* MARCI TERENTII VARRONIS QVI REM RVSTICAM EXPOLIVIT LIBRI TRES. HOS DILIGENTER ATQVE VENVSTE IMPRESSIT NICOLAVS JENSON GALLICVS GENERE VENETIIS. M. CCCC. LXXII. *Index capitum* LUCII JUNII. MODERATI COLUMELLAE LIBRORUM *occupat folia* IV. *Liber* XIII. *et ultimus terminatur in folio* CCXXXIV. *averso, ad lineam* XIX. *cui subditur subscriptio:* LVCII JVNII MODERATI COLVMELLAE RERVM RVSTICARVM LIBRI OPERA ET IMPENSA NICOLAI JENSON GALLI IMPRESSI VENETIIS NICOLAO THRONO DVCE INVICTISSIMO. M. CCCC. LXXII. *Post album folium incipit* PALLADII RUTILII TAURI AEMILIANI VIRI ILLUSTRIS DE RE RUSTICA LIBER PRIMUS (*et sequentes*). *Volumen nostrum clauditur in folio* CCXCV. *recto, ad lineam* XI. *verbo* FINIS. *Juxta descriptionem, quam Bibliographi tradunt hujuscemodi editionis, deest in hoc exemplari subscriptio, quae extat ad calcem aliorum Tractatuum, uti jam observavimus, nec non* Epistola Francisci Coluciae Verzinensis, Editoris Palladii ad Typographum Nicolaum Jenson.

In folio.. XII. H. 43.

Editio princeps, et quidem rara, quae accurate describitur a *De Bure Bibliog. instr. N.1526.* Editio, quam offert *Ernestus in Bibl. latin. Tom. 1. pag. 38.* per eumdem *Nicolaum Jenson impressa* anno 1470, fabula est. Vide *Maitt. pag. 316. Gaignac Tom. 1. pag. 266. Morellium T. 1. p. 298. de la Valliere Tom. 1. pag. 499. Askew pag. 115. Crevenna Tom. 11. pag. 129. Laire Tom. 1. pag. 286. Seemiller 1. pag. 36.* Externa hujus editionis forma maxime eam commendat. Characteres sunt Romani, ac perelegantes, qui in unaquaque integra pagina lineas implent 40. Charta est firmissima, alba admodum, ac polita, in qua amplos reliquit margines Typographus, in qui-

bus nec signaturae, nec custodes, nec foliorum numeri adparent; initiales vero parvis elementis sunt indicatae.

—— Alia editio, *cujus prima pagina vacua est, et in secundà legitur Epistola* Georgii Alexandrini *ad* Petrum Priolum, *in qua priscas dictiones de tribus Rei Rusticae Scriptoribus adnotatas, brevissime enarratas fuisse, se excusat; eo quod sibi nec plus otii a lectione publica relictum, nec majus spatium ab Impressoribus concessum fuerit. Sequentia xiii. folia* trium Scriptorum Rei Rusticae Enarrationes *continent. In folio xv. incipit* Georgii Alexandrini *Epistola Nuncupatoria ad* Bernardum Justinianum, *quae in prima folii xvi. pagina linea x. terminatur. Reliquum folii vacuum est. Folia xvii. et xviii. argumenta capitum* Catonis *complectuntur. In folio xix. incipit* MARCI CATONIS PRISCI DE RE RUSTICA LIBER, *qui in prima pagina folii xl. ad lineam xvi. finitur. Huic dein subjectum habetur:* MARCI PRISCI CATONIS QVI HOMINUM SVMMVS IN OMNI VSV FVIT DE RE RVSTICA LIBER VNVS. IS ENIM ABSOLVTVS NEC IMPERFERCTVS PLINIO AVCTORE COLLECTVS EST. *Aversam eiusdem paginam, et folium xli. occupant* Varronis Librorum argumenta Capitum. *In folio xlii. incipit* MARCI TERENTII VARRONIS RERVM RVSTICARVM AD FUNDANIAM VXOREM LIBER I. *Terminantur libri* Varronis *in aversa folii lxxxiv. pagina, ad lineam xviii, cui subjectum legitur:* MARCI TERENTII VARRONIS QVI REM RVSTICAM EXPOLIVIT LIBRI TRES. QuOS DILIGENTER ATQuE VENUSTE IMPRESSIT BARTHOLOMEVS BOTTONVS AL' BRVSCHVS REGIENSIS. M. CCCC. LXXXII. *In folio lxxxv. incipiunt* Capitum argumenta librorum Columellae, *quae in folio lxxxix.* LVTII (sic) JVNII MODERATI COLVMELLAE REI RVSTICAE LIBER PRIMVS *excipit. Liber xiii. absolvitur ad lineam xix. folii aversi ccxxxvii. hac nota:* LVCII JVNII MODERATI COLVMELLAE RERVM RVSTICARVM LIBRI OPERA ET IMPENSA BARTHOLOMAEI BOTTHONI Al' BRVSCHI REGIENSIS IMPRESSI REGII DVCE HERCVLE IMPERANTE. MCCCC. LXXXII. *In folio sequenti incipit* Georgii Alexandrini *Epistola Nuncupatoria ad* Dominicum Georgium Patritium, *quam* PALLADII RVTILII TAVRI AEMILIANI VIRI ILLVSTRIS DE RE RVSTICA LIBER PRIMVS, *et alii duodecim sequuntur; quibus et unus liber de* INSITIONE *pedestri sermone scriptus ad* PASIPHILVM *adjunctus est. Ad calcem illius sequentia habentur:* PALLADII RVTILIS TAVRI AEMILIANI VIRI ILLVSTRIS DE RE RVSTICA LIBRI IMPRESSI REGII OPERA ET IMPENSIS BARTOLOMEI BRVSCHI AL' BOTONII REGIENSIS. M. CCCC. LXXXII. NONIS JVNII. *His subjecta visitur Epistola alicujus Auctoris Anonymi, sub hac inscriptione:* M. B. Bartholomeo Bottono al' Brusco. S. P. D. *In fine Epistolae extant sequentia verba:* Iis denique divinis (ut ita dixerim) Libris non modo tua opera: sed etiam Impensis: et aliis compluribus voluminibus hac in urbe quam accuratissime exaratis tibi merito pr̄ia debet: ex quo nec iniuria illud de te dixeris. Primus ego in patria modo chartas aere signavi. Et novus in Regio bibliopola fui. Vale. *Epistolae huic sequens carmen subnexum est:*

Priscorum quicunque studet monumenta doceri
Terrarum et cultus: arma deosque simul:
Hos legat antiquos: Varronem tumque Catonis
Scripta: Columellam: Palladiumque legat.
Rura canunt: rurisque deos: his vita magistris
Desuevit querna pellere glande famem.
Impressit regii: nuper volumina quorum
Optime bottonus nomine Bartholomeus.

Possessoris nomen mss. accedit, nempe: Antonij Seripandi ex Jani Parrhasii testamento. *In penultima pagina extat* REGISTRUM.
In folio .... IX. H. 9.

Licet haec editio secunda sit hujus operis, attamen uti scribit *De Burius Bibl. Instr. n. 1526. Les Curieux font ancore beaucoup de cas de la seconde édition de ce livre, qui est très belle, et dont les exemplaires sont rares.* Ipsius folia numeris, et custodibus destituta sunt; pro initialibus vel spatia, vel parvae litterae extabant, antequam Miniculator vel eas suppleret, vel majores redderet, vario colore. Pro signaturis elementa extant cum numeris partim Romanis, partim Arabicis. Typus rotundus est admodum nitidus, et praestantissimae chartae imprimitur. Lineae 40. in paginis numerantur, et graeci characteres excusi opportune inveniuntur. In amplis marginibus notulae mss. charactere subalbido manu *Iani Parrhasii* passim in toto volumine leguntur.

—— Exemplar alterum.................................. IX. H. 7.
—— Exemplar tertium.................................. IX. H. 8.
—— Alia editio, *cujus prima pagina titulum gerit:*

Opera Agricolationum: Columellae: Varronis: Catonisq3: nec non Palladii: cū exscriptionibus. D. Philippi. Beroaldi: et commentarjis quae in aliis impressionibus non extāi.

In postica facie duae occurrunt Epistolae, quarum prima Georgius Alexandrinus Petro Priolo. M. filio Veneto S. *dicit; altera est* Philippi Beroaldi *in commendationem horum operum, eorumque editionem. In folio secundo incipiunt* ENARRATIONES BREVISSIMAE PRISCARUM VOCUM MARCI CATONIS, *quae* XIII. *occupant folia. In folio* XV. *legitur Epistola* Georgii Alexandrini *ad* Bernardum Justinianum, *editioni Venetae* Nicolai Jenson 1472 *ab ipso curatae praemissa, et in Regiensi anni 1482 (una cum superiori ad* P. Priolum) *et in hac repetita. Post Epistolam, quae totum folium occupat, incipit* Cato, *praemisso tamen Indice capitum ejusdem. Post* Catonem, *sequitur* Varro, *deinde* Columella, *ac postremo* Palladius; *quibus, non secus ac* Catoni, *suus praeponitur Index; nisi quod in* Varrone, *et* Columella *omnium*

librorum simul, in Palladio *vero cuilibet libro suus particularis praeponitur Index. Liber* Columellae, de cultu hortorum, Julii Pomponii Fortunati, *sive* Laeti *commentario explanatur, quod minori excuso typo tria carminum latera ambit, et titulum habet:* JULII POMPONII FORTUNATI INTERPRETATIO IN CARMINIBUS COLLUMELLAE (sic). *Liber* Palladii de Insitione *Commentarium habet ex* Codri *Grammatici Bononiensis dictis excerptum, ut in brevi Praefatione eidem praefixa dicitur. Ad calcem integri operis legitur:* Opera agricolationum: Columellae: Varronis: Catonisq3: nec nō Palladii: cum exscriptionibus. D. Philippi Beroaldi: et cōmentariis: quae in aliis impressionibus nō extant. Impressa Bonon. Impensis Benedicti hectoris bononiensis. Mcccclxxxxiiii. xiii. cal. octobr. Joāne bētivo. ii. reip. bono. habenās foeliciter Moderāte. *Registrum adcedit, et Typographi signum: et in penultima pagina* D. Ugerii Pontremulensis legum scholastici ad lectorem carmen; *itemque* Eiusdem ad Benedictum impressorem carmen *aliud; sed in ultima pagina nil expressum est.*
In folio .... IX. F. 34.

Ex iis, quae retulimus, intelligitur primo loco in hac editione haberi *Catonem*, deinde *Varronem* etc. etc. Neque aliter locari, disponique possunt ejusmodi opera, nisi penitus turbato signaturarum ordine, quae, initio facto a *Catone*, per *Varronem*, *Columellam*, et *Palladium* non interrupta serie continuantur. Quo posito, non apparet causa, cur cum in titulo, tum in subscriptione primo loco nominatus fuerit *Columella*, deinde *Varro*, postea *Cato*. Opus quidem *Columellae* tum mole, tum accuratione praestat aliis tribus; sed haec non videtur esse idonea causa, cur in lemmate voluminis, et subscriptione inverti debuerit ordo rerum in ipso contentarum. *Beroaldi Exscriptiones* in hac editione aliud nil sunt, quam quaedam Auctorum verba ex textu in margine exscripta. Praesens editio est optimo charactere Romano impressa, et una ex praestantioribus, quas protulit *Bononia*. Paginae in lineas 40. dispertitae sunt. Scapi signantur litteris, et parvis Romanis numeris; custodes vero, et foliorum numeri desunt; et pro initialibus minores extant litterae. Folia diligenter a nobis numerata, inventa sunt 274.

—— Alia editio, *quae paucis exceptis, cum praecedenti Bononiensi convenit. Ad calcem* Varronis *ista notantur;* MARCI TERENTII VARRONIS Q. VI (sic) REM RVSTICAM EXPOLIVIT. LIBRI TRES. HOS DILIGENTER ATQ VE (sic) VENVSTE IMPRESSIT FRANCISCVS DE MAZALIS REGII. *In fine totius operis aliam typographicam notam hisce verbis expressam legimus* Opera agricolationum Columellae: Varronis. Catonisq3 nec non Palladii: cū excriptionibus. D. Philippi Beroaldi cōmētariisq3. Impressa Regii impēsis Frācisci Mazali Regiē. Imperante diuo Hercule Estē. MCCCCLXXXXVIIII. Die XX. Novembris. *In penultima pagina habentur carmen* Ugerii Pontremulensis, REGISTRUM, *et Typographi signum, nimirum circulus secundum horizontem circa extremitatem sectus, qui in inferiori parte annulum continet; in superiori vero litteras* F. M. *e quarum medio crux duplex surgit, circuli peripheriam excedens. Rectangulum nigrum floribus ornatum haec amplectitur. Huic subnectitur illud,* Antonii Seripandi, et Amicorum.
In folio .... IX. H. 10.

Lineae 44. in quavis pagina inveniuntur, dummodo integra sit; tituli in superioribus marginibus adparent; et signaturae elementis tantum indicatae sunt. In prima pagina operis *Catonis*, inscriptio, et initialis rubro exprimuntur colore, caeterae xylographicae sunt.

—— Exemplar alterum.................................... IX. H. 11.
—— Exemplar tertium.................................... IX. H. 12.

SCRIPTORIS PAULI. *Vide* Pauli Scriptoris.

S E

Segusio Henrici de, Hostiensis Cardinalis. Summa in v. Libros Decretalium. *Titulus operi praepositus charactere gallo-franco grandiori, et nigro, sic legitur:* Incipit sūma Hosti. sup titulis decretaliū cōpilata additis in aliquibus locis quibusdam aliis Rubricellis. *Volumen primum subscriptione caret, et reperitur in prima ultimi folii pagina* Registrum primi voluminis. *In fine secundi, in eadem secunda columna, in qua opus terminatur, sequentes leguntur versus:*

Mōstrās obscuras iur⁹ dissolvere
curas. Explicat antiquas hec no
ua.summa plicas. Pro summe (sic) sum
mo sit regi gloria xp̄o.

Hāc ego correxi sūmam baptista
iohannes. De Lancis sixti tp̄e ponti.
ficis. Perlege securus mendatam
ne time sūmam. In cotis verax ver
sibus et parafis (sic).

Presens huius summe hostiensis preclarū opus. Alma in urbe Roma totius mundi Regina. et dignissima Imperatrix. Que sicut p̄ ceteris urbib⁹ dignitate preest. ita ingeniosis viris est referta. nō atramento plumali calamo. neq3 stilo ereo. s3 artificiosa quadam adivētione imprimēdi seu caracterizandi sic effigiatum. ad dei laudē industrieq3 est consumatum per magistros. Vdalricum gallum almanum et Simonem nicolai de luca. Anno dñi Millesimoquadringentesimoseptuagesimotercio. Die vero Vltīa mensis Aprilis.
In folio majori. Tom. II.................................. XII. I. 32. 33.

Editio princeps hujus operis; licet *Fabricius Biblioth. med. et inf. latinit. lib. VIII. pag. 225. et Tiraboschius Storia della Letteratura Italiana Tom. IV. pag. 409.* asserant hanc editionem alia etiam Romana anni 1470. fuisse posteriorem, quod quidem probatione indiget. Haec molis ingentis volumina carent signaturis, foliorum numeris, et custodibus. Columnae duae in paginis occurrunt, et quaelibet constat lineis 54. semi-gallo-franci characteris. Charta est admodum firma, et alba. Initiales, quae parvae extabant, Illuminator majores reddidit vario colore; et duas principes utriusque voluminis adfabre depinxit, ornavitque.

—— Alia editio, *cui praemittitur in primo folio averso,* Ad Reverendissimum in Christo patrem Maffeum Girardum Patriarcham Venetiarum dignissimum Petri Albignani Trecij in novam summe hostiensis emendationem prefatio. *Data,* Venetiis ex Gymnasiolo nostro litterario. Anno salutis dominicee. Mccccl xxx. *In secundo folio recto,* Incipit summa Hosti. super titulis decretalium cōpilata.

additis ī aliq̄bus locis q̄busdam alijs Rubricellis. *Ad calcem secundae columnae ultimi folii aversi leguntur versus:*

Monstrans obscuras iuris dissolvere curas
Explicat antiquas hec nova summa plicas
Pro summe (sic) summo sit regi gloria christo.

Presens hujus summe hostiensis preclarum opus Impressum Venetiis. impensis Joannis furliviensi (sic) Gregorijq3 fratrum. Anno xp̄i. M. cccc. lxxxvii. die xxxi. mensis Januarij. feliciter finit. *In prima pagina ultimi folii occurrit* Registrum chartarum huius Summe Hostiensis, *cui subnexum est Typographorum signum rubrum, alibi notatum.*
In folio majori.. VI. H. 11.

Hac de editione Bibliographi etiam praestantiores altum tenent silentium. Typus, quo hoc ingens opus extat impressum, gallo-francus est, ac satis pinguis. Charta est firma admodum, sed minus alba, et polita. Columnae duae in paginis occurrunt, et quaelibet constat lineis 66. In superioribus marginibus inscriptiones habentur, haud vero numeri foliorum, quae ni fallor, sunt 440. Desunt in inferioribus marginibus custodes: ast signaturae cernuntur, litteris, Romanisque numeris instructae. Litterae initiales parvae sunt, neque Illuminator eas majores reddidit.

—— Exemplar alterum, *cui desunt duo priores libri* .... VI. F. 1.
—— Alia editio, *praecedenti quodammodo similis. Ad calcem post versus* Monstrans obscuras etc. etc. *nota typographica legitur hoc pacto:* Presens hui⁹ summe hostiensis preclarum opus. Impressum Venetijs per Thomam de Blavis de Alexandria Anno d̄ni. M. ccccxc. die iiij. Junii. *Huic subnectitur Registrum.*
In folio majori.. VI. D. 19.

Sempronii Caii. De divisione et chorographia Italiae, *cum* Commentariis Annii Viterbiensis. *Vide* Nanii.

Senatus Romani. Epistolae X. *nimirum ad* Curtium, *ad* Hasdrubalem, *duae ad* Hannibalem, *ad* Papirium Decem. virum Proconsulem, *ad* Sartorium, *ad* Viridianum doctiloquum, *ad* Sextum Decemvirum, *ad* Pampinianum Magnum, *ad* Fabium Consulem. *Extant cum* Epistolis q. Curtii. *Vide* Curtii.

Senecae Lucii Annaei. Opera moralia *ac* Epistolae. *Constat opus duabus partibus in unum volumen compactis. Prior continet libros philosophicos, ac primum obtinet locum* Liber de Moribus, *cujus initium ita sonat:* Incipit Lucii annei Senecae cordubensis liber de moribus in quo notabiliter et eleganter vitae mores enarrat. *Istum in folio secundo recto, ad lineam* XVII. *excipit eiusdem* Liber de formula honestae vitae vel de quatuor virtutibus Cardinalibus. *In folio tertio recto, ad lineam* VII. Incipit Seneca ad Galionem de remediis fortuitorum: *quae* Est oratio per dyalogum sensus, et rationis. *In postica pa-*

26

gina folii quinti, *post lineam vi*. Incipit Liber declamationum Senecae: *videlicet*, Marci Annaei *patris* Lucii. Declamationes *sequuntur in folio xxix. averso libri morales*, *ac primus* Lutii (sic) Annei Senecae ad Neronem Caesarem de Clemencia. Incipit liber primus. *Hisque folio cxl. averso*, *ad lineam xix. finitis.*, *in sequenti folio* Incipiunt proverbia Senecae secundum ordinem alphabeti, *quae absolvuntur post lineam xxx. folii recti cxliv.*, *hac conclusione:* Sub domino Blasio Romero monacho Populeti philosopho ac theologo celebri est impressum hoc opus in civitate Neapolis Anno domini M. lxxiiiii. (*omittitur numerus centenarius*) Divo Ferdinando regnante. *Sequitur:* Gabrielis Carchani mediolanensis in artificem carmen.

Iam poene abstulerat Senecae monumenta vetustas
Vixq3 erat haec ullus cui bene nota forent.
Tam bona: sed docti Mathiae scripta moravi
Artificis: non est passa perire manus
Huic igitur meritas grates studiosa iuventus
Pro tam sublimi munere semper agas.

In aversa facie habetur Tabula hujus libri Senecae quinternorum et foliorum, *cui subnectitur Elenchus operum primae Partis. Posterior Pars complectitur Epistolas*, *et in sequenti recto folio* Incipit prologus beati hieronymi super epistolis Pauli ad senecam, et Senecae ad Paulum, *quem hic adponere*, *non ingratum fore lectoribus arbitror.* Lucius Anneus Seneca cordubensis Fotini stoyci discipulus: patruus lucani poetae: continentissimae vitae fuit: quem non ponerem in Cathalogo sanctorum nisi me illae epistolae provocarent quae legũtur a Plurimis pauli ad Senecam: et Senecae ad Paulum. In quibus: cum esset Neronis magister: et illius temporis potentissimus: optare se dicit: eius esse loci aput (sic) suos: cuius sit Paulus aput Cristianos: Hic autem ante biẽnium ꝗ Petrus et Paulus martirio coronarentur. a nerone interfectus est. *Epistolae* Pauli, *et Senecae absolvuntur in folio cxlv. ad lineam xxi. cui subjectum habetur:*

Epitaphium Senecae in morte.

(C) Vra labor meritum sumpti pro munere honores: Ite: alias post hac sollicitate animas: Me procul a vobis deus evocat: illicet (sic) actis: Rebus terrenis: hospita terra vale: Corpus avara tamen solennibus (sic) accipe saxis: Nanq5 animam coelo reddimus ossa tibi. *Deinde immediate sequuntur rubricae* Epistolarum L. Senecae, *in quarum fronte legitur:* In isto codice continentur epistolae moralium rerum quas composuit vir eloquẽtissimus lucius. Anneus Seneca: ad Lucilũ discipulum suum peramantissimũ transmissae. *In antica pagina folii cxlviii. post lineam xi. incipit* LUCII ANNEI SENECAE AD LUCILUM: EPISTOLARUM LIBER PRIMUS: EPISTOLA PRI. DE COLLIGENDA ET EXISTENDA FUGA TEMPORIS: ET NON ESSE PAUPEREM CUI

ETIAM MODICUM SATIS EST. Libri Epistolarum, *qui sunt xxv. et* Epistolae *cxxv. terminantur in averso folio ccl., ad lineam xxiii. verbis :* Explicit liber epistolarum Senecae. *In ultimo folio recto visitur* Registrum foliorum libri Epistolarum Senecae, *tribus columnis impressum.*
In folio.. XI. D. 23.

Editio princeps, rarissima, praestantissimaque, quam laudant *Maittairus pag. 349. Ernestus Bibl. lat. Tom. II. pag. 110. De la Valliere Tom. I. pag. 379. Bolongaro CrevennaTom. II. pag. 52. Harles pag. 322. Deltoph. Tom. II. pag. 73. Laire Ind. pag. 375.* et Cl. *Frognal Dibdin*, qui in *Introduction to the Knowledge of rare and valuable Editions of the Greek and. latin classics*, sic eam celebrat : *If the tasteful collector were called upon to select any one volume more beautifully printed, and more attractive from paper, and type, than another -- during the annals of the xvth. century -- he might without the least impeachment of his taste, select the volume under consideration : which may be also considered the chef d' oevre of the press of* MORAVUS *: than whom, Naples boasts not a more successful printer.* Characteribus rotundis, nitidissimisque exprimitur opus, qui in paginis completis lineas 46. metiuntur. Charta est firma, et alba admodum, in qua amplos Typographus reliquit margines. Distinctionis signa, punctum', et duo puncta irradiata, quibus solertissimus MORAVUS utebatur, inveniuntur. Editio caret litteris initialibus, (pro quibus spatia tantum extant) foliorum numeris, signaturis, et custodibus. Nostrum exemplar optimae conservationis extat pariter eleganter compactum. In hac descripta editione, et in aliis mox infra notandis, occurrunt opera nonnulla apocrypha, *Senecae* abjudicanda, et nonnulla *M. Annaeo* Patri restituenda. Inter priora sunt: *Epistolae Senecae ad Paulum*, et *Pauli ad Senecam ; Libellus de paupertate ; liber de Moribus*, cui *Elogium Senecae praefigitur*, ejusque ad calcem de *Tragoediarum* Scriptore agitur; *Petrarchae* opinio adducitur qui Philosophum ac Tragoedum eumdem esse censuit; nec non alia *Boccaccii*, et *Colucii Salutati*, qui Fratri *Senecae* Philosophi [easdem tribuere; *libellus* insuper *de quatuor virtutibus Cardinalibus; Libellus de remediis fortuitorum ad Gallionem*; et *Proverbia*, quae excerpta ex *Senecae* operibus sunt : tandem *Declamationes*, quae revera, nil aliud sunt, nisi excerpta ex *Controversiis M. Annaei Senecae* Patris. Inter secunda reponi debent *Suasoriae*, et *Controversiae*, quae ad *M. Annaeum* Patrem pertinent. Ad haec notandum est, *Librum ad Laberalem de studiis Liberalibus*, idem esse ac *Epistolam lxxxviii.* iteratam. *Epistolarum* separatim impressarum, varias haec Regia Bibliotheca possidet editiones, quas infra notamus.

—— Alia editio, *in qua, utcumque fuerit, saltem in nostro exemplari desideratur prima plagula, et opera incipiunt in folio recto signato* a2 *a libello de* Moribus, *cui praecedit titulus:* Incipit Lucij Annei Senecae cordubensis liber de moribus : in quo notabiliter et eleganter vitae mores enarrat. *Desinit opus integrum cum* Epistolis; *iisque absolutis, legitur :* Liber epistolarum moralissimi Senecae finit foeliciter. *Sequitur Elenchus operum in volumine contentorum, exinde notitia hujusmodi occurrit typographica :* Impressum Tarvisii per Bernardum de Colonia Anno domini M. cccc. lxxviij.
In folio.. XII. A. 18.

Typograhus hujusmodi editionis gallo-francis characteribus, et quidem nitidissimis usus est; iisque lineas 53. in paginis singulis implevit. Custodes, et foliorum numeros penitus omisit; signaturas autem marginibus inferioribus expressit litteris, et Arabicis numeris; et pro initialibus quadrata spatia reliquit. Editio haec in pluribus discrepat a praecedenti; ideoque eius varietates opere pretium censeo hic adnotare. Desunt itaque, ut diversam operum distributionem silentio praeteream, libellus supposititius *de Paupertate ; Vita Senecae; Quaestiones naturales*, et *Suasoriae*, ac *Controversiae M. Annaei Senecae;* et tandem *Declamationes*. In hac editione *Epistola lxxxviii. ad Liberalem* iterato excuditur, sed tantum suo loco, ubi octuagesima nona adparet, quod *Epistola xlviii.* in duas dividatur.

—— Alia editio, *in qua ea omnia reperiuntur, quae in editione primo loco descripta habentur: diverso tamen ordine, qui cum* Tarvisiana *plerumque convenit. In superiori ora primae paginae legitur:* SENECA MORALIS, *et circa extremitatem ejusdem parva crux, pro signatura extat. In secunda*, Incipiunt rubricae libro4 Lucii Annei Senecae philosophi moralis, *quae desinunt in folio secundo averso. Nulla hic mentio habetur* Librorum Epistolarum, *et libelli* de Paupertate, *ad calcem existentium, qui numerationem secundam foliorum comprehendunt.* Epistola ad Liberalem, *quae hic etiam lxxxix. locum obtinet, bis excuditur in hac editione. Post Rubricarum Tabulam,* Vita Lucii Annaei Senecae *statim occurrit; hanc excipit primum opus, cujus titulus eidem imminet, et hujusmodi est:* INCIPIT LUCII ANNEI SENECAE CORDUBENSIS LIBER DE MORIBUS: IN QUO NOTABILITER ET ELEGANTER VITAE MORES ENARRAT. *Ad calcem opusculi spurii* De Paupertate, *postremi omnium in hac editione, Elenchus operum* Senecae *inibi impressorum extat, cui subnectitur Typographi notitia, scilicet.* Impressum Venetiis per Bernardinum de Cremona et Simonem de Luero. Die V. Octobris. MCCCCXC. *Sequuntur Rubricae* Epistolarum Senecae ad Paulum, *et* Pauli ad Senecam; *Libelli* de Paupertate; *et* xxii. Librorum Epistolarum ad Lucillum, *quae desiderantur initio voluminis; iisque adcedit* Registrum.
In folio .... VIII. F. 19.

Typus, quo exprimitur opus, Romanus est, et lineis 62. distinguitur in paginis plenis. Operum tituli minoribus consuetis litteris notantur in marginibus superioribus; ubi numeri foliorum etiam adsunt, qui tres priores plagulas excludunt. Signaturae extant, elementis expressae, quibus sociantur Romani numeri minores. Custodes etiam occurrunt, et initiales minoribus supplentur formis.

—— Exemplar alterum .... VIII. F. 19.
—— Exemplar tertium.................................. VIII. G. 7.
—— Exemplar quartum................................. XI. F. 11.

—— Alia editio, *quae cum praecedenti descripta convenit, tam in rebus typographicis, quam in operibus, quae volumen continet. In prima pagina gallo-francis typis legitur:* Senece omnia opera. *In aversa, Elenchus operum imprimitur, cui subditur haec notitia typographica:* Venetiis impressa. M.cccc.xcii. die ultima octobris. Per Bernardinū de Coris de Cremona. Registrum *adcedit. In folio secundo recto opera incipiunt ab apocryphis* Epistolis, *titulo praecedente:* PROLOGUS BEATI HIERONYMI SUPER EPISTOLIS PAULI AD SENECAM ET SENECAE AD PAULUM. *Ad calcem legitur tantum,* Explicit liber sextus et ultimus controversiarum. *Huic adcedit nomen Possessoris, scilicet* Antonii Scripandi ex Jani Parrhasij testamento, *cujus notulae mss. charactere rubro, et subalbido passim occurrunt in marginibus hujus voluminis.*
In folio .... XI. F. 10.
—— Exemplar alterum .... VIII. F. 20.

—— De remediis fortuitorum ad Gallionem. *Huic opusculo praefigitur titulus:* Hunc lib4 composuit Seneca nobilissimus orator ad Gallionem amicū suum

contra oẽs impetus et machinamenta fortune. Fecit aũt illũ sub dialogo : ut sit Sensus cõquerens : et Ratio confortans. Liber aũt iste et sensuũ maiestate te eloquii claritate et sñia4 brevitate refulget. *Dein,* Incipit liber Senece de Remediis fortuitorum. *In folio VI. averso opusculum absolvitur ad lineam VI., verbo,* Finis.

In 4.° parvo .... VIII. B. 75.

Editionem hanc Romanam esse etsi haud improbabile censeam, pro certo tamen affirmare mihi non licet, quod nullo certo argumento Romae potius, quam alibi factam fuisse intelligere potuerim. Fugit Bibliographos fere omnes, et primum a nobis excitatur. Constat sex plagulis, sine signaturis, numeris, ac custodibus: character Romanus est, sed rudiusculus, eiusdem fere indolis, ac character Stephani Plannckii.

—— Alia editio, *sed cui praecedunt* Proverbia. *Titulus praefixus sic habetur :* Incipiunt proverbia Senece secundum ordinem alphabeti. *Ad calcem folii sexti aversi :* Expliciunt proverbia Senece : *et post verba* Laus deo, *protinus in sequenti folio,* Incipit liber Senecae de remediis fortuito4, *qui terminatur in folio recto XII., hac subscriptione :*

Annei Lucii Senece de remediis
fortuitorum liber explicit feliciter.
Per me magistrũ Bartholomeũ
Guldinbeck de Sultz. Laus deo.

In 4.° parvo .... XIII. D. 42.

Praesens editio memoratur tantummodo a *Bolongaro Crevenna Tom. II. pag. 80.* qui impressam censet circa annum 1475. Lineae 35. gallo-franchi characteris numerantur in integris paginis, quibus desunt custodes, signaturae, et foliorum numeri.

—— Proverbiorum *alia editio, quae in postica pagina folii primi initium sumit a titulo :* Incipiunt pverbia Senece sũm ordinem Alphabeti. *In folio VIII. recto ad lineam XX. absolvitur opusculum, verbo,* Finis.

In 4.° parvo .... XIII. A. 28.

Hujusmodi editionis, oppido rarae, meminerunt *Audiffredus pag. 359. Strauss. pag. 237.* et *Denis pag. 667.* qui in typographeo *Eucharii Silberii* exaratam esse censent, characteribus gallo-francis. Desunt signaturae, numeri, et custodes.

—— Epistolae. *Praeeunt octo folia, in quibus continentur I. Breve Elogium* Senecae, (*ex libro* S. Hieronymi de Scriptoribus Eccles.) *cui* Prologi *titulus praefixus est, nempe :* Incipit prologus beati Jeronimi super epistolis Pauli ad Senecam : et Senecae ad paulum. *II. supposititiae Epistolae* Pauli ad Senecam, *et* Senecae ad Paulum. *III.* Epitaphium Senecae *: inferius legitur :* In isto sequenti codice continentur Epistolae moralium rerum etc. etc. *quo finitur pagina quinta. In sexta,* Epl'a4 Senecae ad Lucilum rubricae incipiunt

xxv. librorum, quae decem integras occupant paginas: pagina xvi. prorsus vacat. In folio nono opus incipit a titulo: Lutii Annei Senecae ad Lucilum. Epistola4 liber primus: Epistola prima de colligenda et existenda fuga tēporis. Et non esse pauperem cui etiā modicū satis est. *Opus absolvitur in folio averso clxxviii., ad lineam xiv. et subjungitur,* Finis. *Sequitur deinde haec nota typographica:*

> Praesens haec Epistolarum Senecae ad Lucilum
> impressio. In alma urbe Rome in domo nobilis
> uiri Petri de maximis non atramento: plumali
> calamo: neq3 stilo aereo: sed artifitiosa quadam
> adinventione imprimendi seu characterizandi:
> opus sic effigiatum est ad dei laudem īdustrieq3
> ꝑ magistrū Arnoldū panartz Alamanū est cōsu-
> matū. Anno salutis. M. CCCC. LXXV.
> Die uero Prima Mensis Februarii: Sedeñ.
> Sixto Pon. Max. Anno ejus quarto.

In penultima pagina habetur Registrum chartarum.
In folio parvo.. XII. C. 36.

Editio princeps cum anni nota. Character hujusmodi editionis toto coelo differt ab eo, quo utebatur hic Artifex junctus societate *Conrado Sneynheym:* minutior enim est, et quadratus, sed elegantior. Insignis raritatis est haec editio, quae prior dici potest *Parisina*, imo et *Neapolitana* eiusdem anni; adeoque editio originalis quoad partem *Epistolarum.* Quaelibet integra pagina summam exhibet 36. linearum: sed desiderantur numeri foliorum, custodes, signaturae, et capitales. Extant in hac Regia Bibliotheca tria exemplaria, quorum unum valde elegans est, eiusque initiales vario colore suppletae fuere a Miniculatore, qui margines primae paginae, ac primam initialem deauravit, floribusque insigniores reddidit.

—— Exemplar alterum.................................... XII. A. 27.
—— Exemplar tertium .... X. A. 27.
—— *Eaedem* Epistolae, *Italice redditae a* Sebastiano Manilio. *Praefigitur titulus:* PREFATIONE DI SEBASTIANO MANILIO ROMANO NELLA TRADVCTIONE DI LATINA LINGVA IN VOLGARE TOSCO DELLE PISTOLE DEL MORALISSIMO LVCIO ANNEO SENECA CORDVBENSE ALLO ILLVSTRISSIMO E MAGNANIMO LODOVICO SPHORZA VISCONTI. *Praefationem excipit,* VITA DI LUCIO ANNEO SENECA: *In tertio folio recto* INCOMINCIANO LE MORALE (sic) EPISTOLE DI LVCIO ANNEO SENECA CORDVBENSE A LVCILLO TRADVCTE DI LATINA LINGVA IN TOSCAN VOLGARE PER SEBASTIANO MANILIO CITTADIN ROMANO. *Terminatur opus hac nota typographica*: Finischono (sic) le moralissime Pistole di Lucio Anneo Seneca a Lucillo. Imprsse nella Inclita Citta di Venetia negli anni della humana restauratione. M.ccccIxxxxiiii. adi. xiiii. di aprile nel Felicissīo Prīcipato del Sernissimo Agostīo Barbadico: ꝑ īdustria di Sebastiā Manilio Romāo: el qle insiemi (sic) cō li Providi huomini Stefano e Bernardīo Dinali Fratelli per

comune spesa havēdo impressa la sopra ditta opera: ha impetrata gratia dalla Illustrissima Signoria che per dieci anni futuri nessuno possa imprimer ne far imprimere per tutta la ditione del Veneto imperio la ditta opera : ne essendo impressa in altro luogho si possi vender per la ditta ditione sotto la pena in essa gratia contenuta. *Sequitur* Registro di tutta lopera.

In folio parvo... XII. E. 10.

—— Exemplar alterum.. VIII. C. 29.

—— Exemplar tertium... X. C. 34.

—— Tragoediae, *cum* Commentariis Bartholemaei Marmitae. *Prioris paginae medium sequentia verba continet:* Tragoediae Senecae cum commento. *Postica habet Epistolam, qua* GELLIUS Bernardinus Marmita parmensis: Eminentissimo ac humanissimo. D. D. Guielmo (sic) de rupe forti magno Cancellario francie. S. D. *In secundo folio legitur* GELLII Bernardini Marmitae ad illustrem. D. Guielmum de rupe forti magnum Cancellarium francie in tragoedias Senecae interpretatio. *In tertio folio recto* LUCII anaei Senecae cordubēsis: hercules furēs tragedia prima incipit. *Ad calcem haec verba excusa habentur:* Hbes (sic) amice lēctor commentaria in aureas. L. Anei Senecae tragoedias tāto vitae bono : ut si diligenter eas perlegeris : nihil tibi conducibilius reperire possis ad bene vivendum : et ad rerum locorumq3 omiinfariā (sic) cognitionem. Ibi sententiae graves ad instituendum vitae modum : hystoriarum fabularumq3 enarratio : fortunae varietas: urbium : montium : aquarum maris : et fluviorum : regionū populorumq3 descriptio : verborum enucleatio: ordo textus ita simplex : ut qs'q3 novitius omnia facile percipere valeat. Itaq3 leges gratumq3 accipies : si minima prosequuti simus : ut tu maiora indipiscem (sic) possis: vale. *Exinde:* Impressum lugduni per Anthoniū Jambillon: et Marinū sarazin socios. Explicit feliciter. die novēbris. xxviii. Anno millesimo. CCCC. lxxxxi. *Sequitur* Registrum, *cui subnectitur Typographorum signum.*

In 4.° parvo... XII. D. 28.

Prima editio Tragoediarum cum commentariis, quae parum obvia est: eamque celebrant *Maittairus pag. 533.* et *Rossi pag. 70.* Typus hujus voluminis rotundus, sed parum elegans, duplex est, minor enim in commentariis visitur, quae textum circumdant, in iisque lineas 48. pro quavis integra pagina complectitur. Foliorum numeri desunt; inferiores margines tantum habent signaturas, quae litteris, Romanisque minoribus numeris instructae cernuntur. Initiales aliquando sunt suppletae parvis formis.

—— Alia editio, *in cujus prima pagina haec tantum capitalibus litteris gallo-francis leguntur:* Tragedie Senece cum commento. *Primam folii secundi paginam* GELLII Bernardini Marmitae Parmensis *Epistola Nuncupatoria ad* Guilelmum de Rupeforti Franciae Cancellarium; *aversam vero ejusdem* Interpretatio *ad eumdem occupant. In folio tertio recto* LUCII annaei senecae cordubensis: hercules furens tragoedia prima incipit. *In fine conspiciuntur Typographi signum; praesentis operis commendatio, quam descripsimus in praecedenti editione, et sequens subscriptio:* Venetiis: per Lazarum Isoardo de Saviliano. M. cccc. lxxxxii. die xii. Decembris. *His subjectum habetur chartarum* REGISTRUM.

In folio.. X. F. 1.

Hujus editionis praeter *Maittairum* meminit quoque *Freytag. Adpar. Tom. II. pag. 1361.* eamque rarissimam, sed immerito omnium primam cum *Marmitae* commentariis, adpellat. Illius itaque, quam *Fabricius Bibl. lat. lib. II. pag. 376, Venetiis anno 1482.* in lucem prodiisse scribit, existentiam impugnat; ea maxime ex causa, quod neque *Maittairus*, neque alii Bibliographorum illam extare adnotaverint. Opus istud praestanti Romano charactere, qui duplex est, minor nempe in commentariis, et major in textu, impressum est; nullos exhibens custodes, aut paginarum numeros, sed tantum signaturas. Initiales litterae parvae adparent.

—— Exemplar alterum.. X. F. 2.

—— Alia editio, *quae praecedentem descriptam plerumque imitatur. Extat cum Commentariis* Danielis Galerani cremonensis, *et* Gellii Bernardini Marmitae Parmensis. *In primo folio occurrit* AD MAGNIFICVM AC GENEROSVM LEONARDVM MOCENIGVM SERENISSIMI OLIM VENETIARVM PRINCIPIS FILIVM VIRVM CONSVLAREM ET SENATOREM EGREGIVM DANIELIS GAIETANI CREMONENSIS APOLOGIA. *Legitur in secundo folio recto* Polydori Comitis Cabaliati Carmen in defensionem Danielis Caietani Cremonensis: preceptoris sui. *Sequuntur* Gellii Bernardihi Marmitae *Nuncupatoria Epistola*, *eiusque* Interpretatio; *et post vacuam paginam incipiunt in tertio folio recto* L. Annei Senecae Tragoediae cū duobus cōmentis. Hercules furens tragoedia prima. *Ad calcem post commendationem legitur:* Venetiis per Matheum Capcasam parmensem. Mccccxxxxiii. die xviii. Julii. *Occurrit tandem* REGISTRUM HUJUS OPERIS.

In folio.. X. F. 3.

—— Exemplar alterum.. X. F. 4.

—— TRAGEDIA QUARTA DE SENECA
PER PITHIO TRADVCTA

Pythius Lectori.

Conscius o lector forsan mirabere quare
Perillae hoc pythii non tribuatur opus
Casibus adversis nimium quia terret Amantes
Et nos ut redamet quaerimus arte diu.

Haec omnia in prima pagina habentur; postica est vacua, et in secundo folio habetur Epistola Nuncupatoria cujus titulus:

PYTHIO THEOLOGO DA MONTE VARCHJ
AL Magnifico Suo Giovanni Badoario
Nobilissimo Patritio Vinitiano:
Doctore Excellentissimo Vtri-
usq3 Juris Philosopho
Doctissimo: Et Per
Spicacissimo
Theologo.
S.

In tertio folio praefigitur Argumentum Tragoediae, sub titulo : TRAGEDIA Quarta di Seneca Intitolata Hyppolito traduccta (*sic*) Per Pythio Theologo Da Mõte varchii dellordine minore Allo excellentissimo suo patricio veneto : doctore : phylosopho : et theologo : Giovanni Badoario : *Tragoedia absoluta occurrunt Elegiaca Carmina* EIUSDEM PYTHII THEO : *quibus subnectitur, post verbum* FINIS,

Pythius Ad Lectorem

Seneca que monstrat benedicta tragoedia dicit
Que male (parce) fui pythius ipse : Vale.

Stampato con gratia dello ILLU : S. Di Venegia per anni dies e proximi futuri: sotto le pene Contenute in la gratia. *Exinde :* Stampato in Venetia Per Cristofolo (*sic*) Di Pensa da Mandello Nel. M. CCCC. LXXXXVII. A di. 11. Hotubrio (*sic*) Laus deo. *In penultima pagina haec alia occurrunt :*

PAULUS GEOR. PYTHIO.

Cercar honor provien da Cor virile
Ma per la Fama sua laltrui abbassare
Come fai Pythio tu : questo ad me pare
Piu presto invidia che acto dhuom gentile.

Traducto hyppolito hai in si sottile
Verso : en si resonanti rime et Clare
Che fra Seneca et te fai dubitare
Qual sia di vostri più elegante stile.

Non poco tanto auctor te e obligato
Dato anche aluulgo Inveneratione
Dove da i docti pria sol celebrato.

Donche Risuona Hyppolito ad ragione
Che tanto honor per pythio ha guadagniato
Quanto Perso pel Fossa Agamennone.

Sequuntur tandem Errori Nel Libro.
In 4.° parvo... X. B. 28.

Editionem hanc inter omnium rarissimas esse referendam vel hinc patet, quod *Maffejus*, *Fontaninus*, *Zenus*, et *Argelata*, Auctores diligentissimi in *Biblioteca degli Autori Antichi Greci e Latini Volgarizzati* penitus ignorarint praesentem *Senecae Tragoediae* versionem : nec non et *Paitonus*, *Gamba*, aliique recentioris aevi : proindeque frustra apud Bibliographos eam quaesivi. Nullus extat in marginibus hujus opusculi, quod plagulis 24. absolvitur, foliorum numerus, aut custos, sed visitur signatura *aii-eiii*. Lineae 36. rotundi, et elegantis characteris paginam quamlibet,

dummodo sit integra, implent. Initiales, quae duae occurrunt, xylographicae sunt. Priora versuum elementa ab aliis spatio intercedente separantur, et uncialibus formis impressa cernuntur. In marginibus tandem Interlocutorum nomina notata sunt.

SENECAE M. ANNAEI. Suasoriae, *et* Controversiae, *et excerpta ex* Controversiis, *sub nomine* Declamationum, *cum prologis*, *quibus filiis suis* Controversias *inscripsit. Extant cum operibus* L. Annaei Senecae. *Vide Artic. praec.*

—— Declamationes *tantum*, *sive excerpta ex* Controversiis, *cum prologis.* Tarvisii 1478. *Vide ut supra.*

SENENSIS CATHERINA. *Vide* S. Caterina da Siena.

SENENSIS HUGONIS. *Vide* Bentii Hugonis.

SENENSIUM Oratio, *cui praefigitur titulus:* Senensium obedientia publica. *Ad lineam* xvii. *quartae paginae desinit Oratio, verbo*, perfruantur, *cui* FINIS, *additur.*
In 4.° parvo. *Vide* Orationes variae.......................... IX. A. 58.

Orationis hujus scopus est Alexander vi. in Pontificem Romanum modo electus. Character, qui est rotundus elegantior *Stephani Planck*, ut animadvertit *Audiffredus pag. 310.* lineas 28. in utraque pagina implet. Initialis floreus lignea occurrit; de signaturis, custodibus, et numeris plagularum non est cur simus solliciti, quum duorum foliorum opusculum his non egeat.

SENIS S. BERNARDINI DE. Sermones. *In prima pagina folii primi majoribus litteris gallo-francis legitur impressum:* Sermones sancti Bernardini de Senis ordinis fratrum minorum de evangelio eterno. *In secundo folio incipit* Sūmariū brevissimū sermonum de evangelio eterno Bernardini de senis sancti ordīs fratrum minorum, *quod in tertia columna tertii folii excipit* Praefatio in tabulam sequentē, *seu* Tabulam abcdariam (sic) vm̄ ordinē alphabeti sermonū de evangelio eterno sancti Bernardini de senis ordinis fratrum minorum. *In secundo folio fasciculi tertii* Incipiūt sermōes sancti Bernardini de Senis ordinis fratrū mino4 de evangelio eterno. *Ad calcem secundae columnae folii aversi* cccxiv. Expliciunt sermones de caritate sive de evangelio eterno sctī Bernardini de Senis ordinis fratrū minorum.
In folio.. III. D. 2.

Sine notis typographicis. Opus istud 48. plagularum fasciculis, qui litteris, Arabicisque numeris sunt signati, contentum, in duabus columnis gallo-franco est impressum charactere. Caret paginarum numeris, et custodibus. Initiales litterae parvae adparent. *Sermones*, qui lxvi. numerantur, in articulos, articuli vero in capitula sunt distincti. Tituli omnes majoribus litteris sunt expressi. Praesentem editionem memorarunt *Denisius in Supplem. pag. 509. Braun P. II, pag. 47. Seemiller Fasc. IV. pag. 151. Gras pag. 210. Panzer Tom. IV. pag. 95.*

—— Exemplar alterum.................................. III. F. 2.

SENIS FRANCESCO DE. Consiglio sul morbo pestilenziale. *In summitate primae paginae visuntur litterae* IHC. *Titulus primae columnae praefixus sic habetur:* Adsit pncipio xp̄us: et uirgo maria meo. *Dein:* QUESTO E VNO osi-

glio optimo ɔtra lo mōbo pestilētiale : cioe anguignaglie (sic) : carbūchuli : ātracene : apostemie : e altri mali cativi et apostemosi : cōposito p̄ magr̄o francisco da scena doctōe nellarte medicinale. *Sequitur :* PROHEMIO : *quod excipit in quarta pagina , ad lineam xv. primae columnae,* MODO ET REGULA DELA DIETA. *In prima columna folii tertii aversi incipit:* CONSIGLIO MODO e REGULA DE OBSERVARE PER CURARE GLI INFECTI ET PRESERVASE (sic) DAL PREDICTO MALE. *Ad calcem secundae columnae folii quarti aversi extat,* REGULA BONA DE OBSERVAre PER CAMPArse DALA DICTA INFIRMITA. *In postica facie folii sexti ad lineam tertiam , occurrit* ARGVMENTO , *quo absolvitur opusculum ad lineam xix. folii aversi octavi, hac chronologica nota :* Explicit die. 18. decēbris. 1475. *Sequuntur aliae quinque lineae , quae signa ponderum explanant , haud diversa ab iis , quibus Medici , et Pharmacopolae utuntur. Ultima linea verba continet:* Deo grās : Am̄. In 4.° parvo .... XII. B. 16.

Opusculum eximiae raritatis , quod latuit Bibliographos fere omnes , nec non et diligentissimum *Haller* ; sed tantummodo obiter de opere , ejusque Auctore mentio fit a doctissimo *Gaetano Marini in Tom. I. pag. 69. Degli Archiatri Pontificj* , cujus verba hic conscribere non abs re erit. » *Per favore del Sig. Mariotti sono arrivato a sapere di un altro Francesco da Siena , illustre Fisico condotto ad legendum , et praticandum parimente in Perugia l' anno 1400....... ma è incerto di qual casato si fosse , e più che divenisse Archiatro in alcun tempo. Penso ben io che sia quel medesimo , che nominò nel suo testamento dell' anno 1439 il Cardinale Antonio Casini , nel qual parla di un podere lasciato da Donna Checca Donna fu di Pietro di Bandino da Siena , e figliuola per l' addietro dell' eximio Dottore de le Arti et Medicina Marcho (S. Maestro) Francesco da Siena. È di costui forse un Consiglio optimo contra lo morbo pestilentiale ..... composito per Meser Francesco da Scena Doctore nellarte Medicinale , che io vidi al fine di un vecchio libro nella Minerva , stampato nel secolo xv. ma senza indicazione di luogo.* Rotundus , sed rudis , et inaequalis character dispescitur in lineas 26. pro quavis integra columna ; charta fusca est , et parum levigata , et in amplis marginibus nulla signa adparent : pro initialibus parva elementa adposuit Typographus. Foliis octo opusculum absolvitur.

Senis Frederici de. *Vide* Petrucii Frederici Senensis *in Tom. II. pag. 274. et in Appendice.*

Sententiae Monostichoi per capita , ex variis Poetis, *graece. Extant cum variis Auctorum Graecorum operibus , quos inter* Theocritus *principem locum obtinet. Vide* Theocriti.

—— Alia editio, Florentiae 1496. *Extant cum* Apollonio Rhodio. *Vide* Apollonii.

Sententiae Septem Sapientum, *graece. Extant cum aliis Graecorum Scriptis ,* Eclogis Theocriti *praecedentibus. Vide* Theocriti.

Sentini Bartoli. *Vide* Saxoferrato Bartoli de.

Sentini Jacobi. Tractatulus de quibusdam Lyricis carminibus , *et ejusdem aliquot* Carmina. *Extant cum opusculo* Francisci Mataratii de componendis versibus hexametro, et pentametro , *descripto in Tom. II. pag. 99. et seq. Vide* Mataratii.

SERAPIONIS JOANNIS FILII. Liber aggregatus in Medicinis simplicibus. *Prima voluminis columna titulum habet:* LIBER SERAPIONIS AGREgatus ī mediciīs simplicib'. Translat'o Symōis Januēsis iterpte Abrāa iudeo tortuosiēsi de Arabico ī latinū. Inquit Serapion. *Sequitur brevis Praefatio, quae desinit in secunda columna ejusdem primae paginae: et in eadem protinus,* PARS PRIMA INCIPIT. *Post tertiam lineam secundae columnae folii clxxxiii. opus terminatur verbis:* Explicit deo gratis (sic) Amen. *Tum* INCIPIT liber Galieni ad Papiam De Virtute Centauree. Capl'um Primum De Intētione Eius In Hoc Libro. *In calce secundae columnae folii recti clxxxv. volumen terminatur; et Typographus sequentia verba notavit:* Opus Impressum Ml'i Per Antūium (sic) Zarotum Parmēsem. Anno Domini Mccccl xxiii. Die Mercuri. iiii. Augusti. *Deinde:* EXPLICIT LIBER GLIENI DE CENTAVREA. *Aversa pagina est alba*
In folio.. XII. H. 29.

Prima istaec editio hujus operis elegantissima est, sive Typus, qui Romanus est, sive Charta, quae alba admodnm, ac firma, sive marginum amplitudo spectetur. Integrum opus, in duabus columnis impressum, quarum singulae, dummodo integrae sint, lineas 41. continent, 185. foliis constat. Caret custodibus, paginarum numeris, signaturis, et initialibus, quae a Miniculatore suppletae cernuntur colore modo rubro, modo caeruleo. Istius editionis meminerunt. *Saxius in Catal. Libr. Mediol. edit. pag. 560. Denis* in *Supplem. pag. 31. Laire Tom. I. pag. 314. De la Valliere Tom. I. pag. 499.*

—— Alia editio, *quae continet ea, quae in praecedenti editione sunt notata. Ad lineam viii. secundae columnae folii recti cxxxiv. typographica nota sic habetur:* Opus impressum Venetiis per magistrum Reynaldū de Novimagio Almanum. Anno domini. M. cccc. lxxix. die octavo. mensis Junii. *Sequitur* Registrum, *quod excipit Index Alphabeticus.*
In folio.. IX. E. 17.

Integrum hoc opus gallo-franco charactere in duabus columnis 52. linearum impressum, 136 plagulis constat. Initiales litteras parvas adposuit Typographus, eas majores reddidit Miniculator, coloribus variis; sed primam operis, auro, et floribus decoravit. Signaturae occurrunt, nulli vero custodes, et foliorum numeri.

—— Opus simplicium, et aegritudinum particularium, Gerardo Cremonensi ex Arabico interprete. *In folio secundo recto opus incipit, tituloque hujusmodi praeditum est:* Tractatus primus breviarij Joannis filii Serapionis medici. Inquit. Joannes. *Praecedit cuivis tractatui capitum tabula. Ad calcem primo legitur:* Completū est postremum aggregati ex libro medicine edictōne Joh'is filii Serapīois. *Deinde:* Et hūc librū tīstulit mgr' Gerhard' Cremonensis in collecto (sic) de Arabico in latinum. *Sequitur Recepta quaedam, ut ajunt, deinceps:* Completa sūt hęc op'a. S. Simpliciū et egritudinū p'ticularium Joh'is filii Serapionis: ac impressa Venetiis sūmo studio et arte mag'ri Rainaldi de novimagēsis Alemani Atq3 emendata p' claros medicos solertissimos: ita q' existimātur esse absq3 errore aliq' cum auxilio summi redemptoris q' sit benedictus. Amen. *Sequitur Tabula alphabetica, qua absoluta legitur:* Completū Anno dñi M.° cccc° lxxix. in Kalendis mensis agusti (sic). *Adcedit* registrum chartarū breviarij Johannis filij Serapionis.

In folio..IX. E. 30.

Binis columnis paginae constant gallo-franco charactere plenis, quarum unaquaeque 52. lineas metitur. Signaturae iunguntur litteris, Arabicisque numeris; custodes, et foliorum numeri desunt; initiales vero litteris minoribus supplentur.

Seratici Nicolai. Carmen in obitu Michaelis Verini Adolescentis Poetae. *Extat in libro* Distichorum Michaelis Verini. *Vide* Verini.

Sereni Quinti Sammonici. Liber Medicinae. *Titulus praefixus sic legitur:* QUINTI SERENI MEDICINAE LIBER PROHOEMIUM. *Sexaginta sex capitulis componitur opusculum, metrice conscriptum. Ad calcem:* Liber medicinalis quinti sereni finit. Hoc opus impressum Venetiis arte et ingenio Antonii de Strata Cremonensis. Anno salutis. M. cccclxxxviii. octavo calendas novembres. *Sequitur* Registrum, *et in ultima pagina habetur,* Victoris pisani ad paulum pisanum in opere cōmonitio.

In 4.°... VIII. B. 35.

Praesens opusculum extat excusum sub una, eademque signaturarum serie in collectione opusculorum *Rufi Festi Avieni, Arati,* et *Ciceronis;* et in principio voluminis legitur Epistola *Victoris Pisani* (Editoris, non Impressoris, ut male asserit *Clement. Tom. II. pag. 287.*) *ad magnificum et singularis prudentiae virum Paulum Pisanum Senatorem Venetum,* quam excipit *Index contentorum in hoc volumine opusculorum;* ex quo patet errasse *Clement.* citato loco *pag. 286.*, qui opera diversorum Typographorum edita esse haec opuscula statuerat.

—— Alia editio. *In aversa pagina folii primi legitur brevis Vita* Q. Sammonici Sereni, *cui praefigitur sequens tetrastichon:*

Sulpitius Verulanus ad
unumquemq3 lectorem:
En tibi phoebei revirescit musa Sereni:
Carmine qui et medicae claruit artis ope.
Hūc lege: nam disces multos depellēr morbos:
Et medico et docto saepe fruere sene.

In secundo folio incipit QUINTI SERENI SAMMONICI LIBER, *qui terminatur in postica pagina folii xxv. ad lineam xvi. hac conclusione:* Q. SERENI SAMMONICI FINIS. *Adcedit* Ordo foliorum; *et in penultima pagina occurrunt* Quedam emendāda.

In 4.° parvo... X. B. 45.

Editionis hujus mentionem facit *Fabricius Bibl. lat. lib. III. cap. V.* nec non et *Maittairus pag. 767.* et *Rossi pag. 70. Audiffredus pag. 379.* unam refert editionem, quam Romanam existimat, sed ab hac diversam, cum 16. tantum foliis eam constare affirmet. At vero nostra componitur 26. plagulis, impressis optimo, et nitido rotundo charactere, sine ullo numero foliorum, signatura, aut custode.

—— Exemplar alterum.. X. B. 63.

SERGII. Pars. V. Vitarum SS. Patrum. *Extat cum* Parte I. II. III. et IV. *quae variis Scriptoribus adjudicantur. Vide Vitae* SS. Patrum.

SERGII MARII. Commentaria in primam, et secundam Donati editionem. *Extant cum aliis veterum Grammaticorum opusculis, inter quos* Donatus *principem obtinet locum. Vide Art.* Donati, *Vide* Diomedis. *Vide* Grammatici veteres.

SERMONES DISCIPULI de tempore, et de Sanctis. *Vide in Appendice* Herolt Joannis.

SERMONES funebres, *et* nuptiales. *Vide Tom. 1. pag. 126. et in Appendice Art.* Brittanici Gregorii.

SERMONES Thesauri novi de tempore. *Haec verba majusculis typis descripta leguntur in prima pagina. In folio secundo recto incipit* Tabula sermonum de tempore thesauri novi, *undecim plagulis comprehensa. Hanc Tabulam alia excipit textuum* Scripturarum, *qui exponuntur* Sermonibus, *et tres paginas complectitur. In sequenti folio averso* Incipiunt sermones notabiles atq3 perutiles. quib9 ab editore suo doctore et p̄dicatore famosissimo nomen ut thesaur9 novu9 intitulent9 inditū est. *Ad calcem haec notantur verba:* Opus perutile sermonū dominicaliū totius anni Thesaurus novus nuncupatū : impressum argentine per Martinum flach Anno domini. Mcccclxxxix. Finit feliciter.
In 4.° .... III. A. 10.

Hi Sermones a quibusdam *Petro de Palude* adscripti fuere, sed perperam, ut recto observat *Quetif. Tom. 1. pag.* 607. Gallo-francus est character, et lineas 53. in quavis ex duabus columnis, quibus pagina conflatur, implet. In superioribus marginibus *Sermones* indicantur majusculis litteris, et numeris; nulli vero adsunt numeri plagularum; inferiores signaturis sunt instructi, litteris Arabicisque numeris; et initiales parvae ut plurimum occurrunt.

SERMONETAE ALEXANDRI. Commentarium in consequentias Strodi. *Opusculum initium sumit a Prologo, nullo titulo praefixo, ad* Bernardum *Auditorem suum, et his verbis incipit:* (S) Atis mens mea dubia est mi Bernarde etc. etc. *Ad calcem legitur:* Excellentissimi viri mag̃ri Alexandri sermenete (sic) super consequentiis Strodi cōmentum per egregium doctorem dominum Lodovicum posterlam de Mantua Padue dialecticam publice docentē diligentissime emendatū feliciter impressū est Venetijs. per Leonardum Wild di Ratisbona. M.cccc.lxxxi. die vi. Januarij.
In 4.° .... VIII. B. 44.

Duplex columna in pagina unaquaque visitur characteribus minutis gallo-francis referta, usque ad summam 39. linearum. Initiales vel parvis elementis supplentur, vel desiderantur; signaturae occurrunt; custodes, et numeri foliorum omittuntur.

—— Alia editio, *quae extat cum* Consequentiarum *textu. Vide* Strodi.

Sermonetae Johannis. Quaestiones super Aphorismos Hippocratis, et Tegni Galeni. *Legitur in prima pagina majusculis litteris :* Questiones subtilissime Johannis Sermonete super lib4 afforismo4. Eiusdem. super librum tegni. *In secundo folio recto incipiunt* Subtilissimi ac preclarissimi medici Joānis sermonete questiōes super libros afforismo4 ypocratis. *In folio xxxi. recto incipiunt* Clarissimi doctoris Joānis sermonete questiones subtilissime super libros Tegni. *Ad calcem secundae columnae folii aversi lxxii. legitur :* Bononiae disputata anno 1430. per Joannem Sermonetam Medicum clarissimum. *Dein :* Venetiis vero impressa mandato et expensis Nobilis Viri Dñi Octaviani Scoti Civis Modoetiensis. 1498. pridie Kalᵉ apriles. Per Bonetum Locatellum Bergomensem. *Prima pagina ultimi folii continet* Tabulam Quaestionum, *postica vero* Registrum, *et signum Typographi.*
In folio.. IX. E. 36.

Serpi Francisci Libellus Grammaticus. *Folium primum vacuum est, et in secundo occurrit Praefatio, sub titulo :* FRAN. Serpus arzignanensis litterator octūuiratui necnō magnificae civitati Vincentiae grāmaticus Libellum dedicans magnificis ac preclarissimis octumviris reipublicae utilia iuste ac pie curantibus humiliter se commendat. *Opusculo absoluto subjungitur Registrum, dein sequens nota Typographica :*

Τέλοσ Libelli Grammatices aediti Vincentiae per Frā
ciscum Serpum : Ac Impressi Venetiis sum
ma cura ac diligentia per Benardinum
de Choris de Cremona Anno Do
mini. M. CCCCXCII. Die
·XIX. Mēsis Aprilis.

In 4.º.. IX. B. 54.

Servii Mauri Honorati. *Vide Tom. 1. pag. 400.* et *Append. Artic.* Honorati Mauri.

Setini Balbi. *Vide* Flacci C. Valerii.

Severino Joannis Baptistae de S. *Vid. Tom. 1.* pag. 136. *Artic.* Caccialupi.

Sexti Julii Frontini. *Vide* Frontini.

Sexti Ruffi. *Vide* Ruffi.

Sextus Decretalium. *Vide* Bonifacii viii. et Clementis V. Constitutiones

S F

SFORTIAE FRANCISCI, Mediolani Ducis. Epistola ad Pium II. *jam* Aeneam Silvium Picolhomineum, *data* Mediolani 8. Kal. Novembris 1468., *sed typographicus error dignoscitur, quum eo tempore* Pius II. *et* Franciscus *defuncti essent, ideoque* 1458. *imprimi debuisset, ut videtur.* Norimbergae 1481. *Extat cum* Aeneae *Epistolis. Vide* Picolhominei.

SFORTIAE GALEACII Comitis. Oratio ad Venetos pro pace. Romae 1475. *Extat cum* Margarita Poetica Alberti de Eyb. *Vide* Eyb.

SFORTIAE LUDOVICI MARIAE Mediolani Ducis. Epistolae IV. ad Angelum Politianum, *quarum prima data* Viglevani postridie Kal. Mart. 1494. Venetiis 1498. *Extant cum* Politiani *Operibus in lib.* XI. Epistolarum. *Vide* Politiani.

S I

Sibyllae Barptolemaei. Speculũ peregrinarũ qõnũ : Ad Illustrissimũ Principẽ Alfonsum : de Aragonia Invictissimũ Ducem Calabrie. *Haec in primo folio recto continentur. In secundo folio recto incipit*, Index capitũ questionũ: ac questiũcula4 triũ decadũ hu⁹ operis ; *qui Index est foliorum* XI. *In folio* XII. *legitur :* Ad invictissimum ac Illustrissimũ Principem Alfonsum de Aragonia Ducem Calabriae fratris Bartholomei Sybille Monopolitani theologie et ordinis predicatorum minimi professoris. Praefatio in animarũ rationalium in cõiuncto et separatarũ : bonorum et malorum demonum. Tres decades. *Penultimum voluminis folium , in prima facie continet Epistolam Auctoris ad* Alfonsum Ducem Calabrie ; *in facie altera* quedam in volumine corrigenda ; *infra sequens nota typographica :* Impressũ Rome ꝑ Euchariũ Silber alias Franck natiõe Alemanũ : Anno nr̃e salutis. 1493. die. 27. mẽsis Augusti. *Ultimum folium rectum* Registrum hujus operis *habet.*
In 4.° parvo .... I. D. 14.

Sibyllae Erithreae. Carmina de Christo Jesu domino nostro , *graece. Extant cum* Eclogis Theocriti. *Vide* Theocriti.

Sibyllarum XII. Vaticinia , *latine. Extant cum* Tractatu Philippi Siculi. *Vide* Siculi Philippi.

Siculi Philippi. Ordinis Predicatorum. Opuscula , *nempe* : de Discordantia inter S. Hieronymum , *et* S. Augustinum , de Sibyllis ; Carmina Probae Falconiae ; Praefatio in Symbolum S. Athanasii ; in Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam ; super Te Deum , Gloria in excelsis ; *et* Donatus Theologus. *Praemissa est*, JOANNIS PHILIPPI DE LIGNAMINE EQuITIS SICULI. AD SIX. IIII. PON. MAX. PREFATIO , *in qua dicit :* Decrevi characteribus perpetuis imprimere celeberrima opuscula , quae clarissimus artium , et Theologiae interpres Magister Philippus ex ordine Predicatorum conterraneus , et affinis meus edidit. *Subscriptio occurrit in ultimo folio recto , infra* Registrum huius libelli, *hoc pacto :* Impssum Ro. An. Dñi. MCCCCLXXXI. Sedẽte Sixto. iiii. Pont. Max. An. eius Vndecimo Die prima Mensis Decembris. Foeliciter.
In 4.° parvo .... XII. A. 28.

Editionis character Romanus est , valdeque elegans ; ac alius omnino ab eo , quo *Lignamineus* utebatur , quoque etiam minor est. Vigintinovem figurae , ligno insculptae in volumine visuntur ; quarum XII. totidem *Sybillas ;* XII. *Prophetas ,* scilicet , *Malachiam , Jeremiam ,* duae ; *Zachariam , Ezechielem ; David ; Danielem ; Jonam ; Oseam ; Joelem ; Michaeam ; Isaiam ;* XXV. *Jesum Christum ;* XXVI. *Joannem Baptistam ,* XXVII. *Mariam Virginem ;* XXVIII. *Platonem Philosophum ;* XXIX. *Probam Falconiam* repraesentant. Desunt custodes , signaturae , foliorum numeri , et initiales , pro quibus quadrata spatia extant. Ex verbis excerptis in Praefatione , supra relatis , satis probatur *Lignamineum* inter primos Romanos Typographos habendum esse ; immerito ergo appellatur *Philippus de Lignamine ,* et cum *Medico Pontificio* confunditur a *Do-*

minico Mansio in Bibl. Fabrician. Tom. V. pag. 294; nec minus perperam haec opuscula tribuuntur *Joh. Philippo Medico* ab ipso *Ernesio in nova edit. Biblioth. Latin. Fabricii Tom. 1. pag. 382.*

—— Exemplar alterum.. XII. B. 38.

—— Alia editio, *in qua habentur opuscula in praecedenti editione notata. Deest in nostro exemplari primum folium, quod, uti Bibliographi referunt, continet Indicem opusculorum in volumine contentorum. Opus incipit in secundo folio recto, ornamento maeandrico ligneo circumdato, nec titulus eidem praecedit: Post xvii. plagulas, in quibus discordantiae inter* Sanctos Hieronymum, *et* Augustinum, *et* Sibyllarum *oracula, earumque icones habentur, sequuntur Carmina* Probae Falconiae, *praecedente titulo :*

PROBAE CENTONAE CLARISS.
FOEMINAE. EXCERPTUM. EMA
RONIS CARMINIBUS
AD TESTIMONI
VM VETERIS
No. q3 Te.
Opusculum.

Ad calcem folii xxxiv. recti Probae Centonae clarissimae foeminae Opusculum Feliciter finit : *et protinus in postica pagina :*

PREFATIO. SUPER. SYMBOLUM
ATHANASII. DIVERSIS. EX
THOMAE AQUINATIS CO-
DICIBVS . EXCERPTA
INCIPIT.

Hoc opusculum, et sequentia S. Thomae *Commentaria, integrum textum minime referunt, sed breviatum.* Salutationis Angelicae *prima pars tantum exponitur, scilicet, ut tunc temporis habebatur. Ultimo loco,* INCIPIT DONATUS THEOLOGUS, *eoque absoluto, ad lineam secundam folii lxvii. recti, legitur:* Finit donatus theologus. Registrum huius libelli *exinde occurrit, duabus columnis distinctum, expressum, ut in aliis editionibus signaturis carentibus; in medii spatii columnarum inferiori parte, extat signum Typographi* Sixti Riessingerii, *quale apud* Audiffredum *fig. iv. notatur.*

In 4.° parvo.. XII. B. 24.

Editio sine ulla nota typographica; cujus character ita elegans est, ut fateatur eruditissimus *Audiffredus pag. 352.* nil pulchrius, ornatiusque *Romae* prodiisse, ubi inter libros ibidem impressos ab ipso recensetur, et *Sixto Riessingerio,* et *Gregorio Alemanis* tribuitur; quia eadem typographica insignia, quae in hoc libello observantur, visuntur pariter in editionibus *Chiromantiae* anni 1481, et *Decisionum Rotae*, anni 1483, ab iisdem Typographis *Romae* excusis. Sed quid quid sit de ipsius assertione quoad haec insignia : pro certo habeo non *Romae*, sed *Neapoli* libellum lucem vidisse, hisce suffultus rationibus. I. Quia circa caput figurae insignia exhibentis, vi-

suntur litterae, S. R. D. A. quae significant, *Sixtum Riessinger de Argentina*, qui *Neapolim* artem typographicam advexit, et deinde *Romae* impressit cum *Gregorio Alemano*, ut post *Maffeium*, et *Paitonium* observat *Denisius in Supplem. pag. 630*. II. Quia *Sixtus Riessinger* anno *1478*. typis suis dedit *Il Philocolo di Boccaccio*, in cujus fine eadem insignia, eaedemque litterae extant. III. Quia in illo *Boccacii* Opere innumerae etiam sunt figurae ligno incisae, ad modum *Sibyllarum*; et character minor quidem est, sed ejusdem elegantiae. Quis novit, num *Riessinger* ipse figuras inciderit? Quid enim significant insignia eadem, quae in parte superiori *Sybillae Persicae* videntur? Mos enim hic erat apud antiquos Pictores, et Scalptores ad opera cujusque indicanda. Typus rotundus, et elegans est, et paulo major eo, quem Typographi *Silvium* appellant, et 28. lineas complet in pagina quavis, intervallis consuetis interlinearibus majoribus, destituta; et chartae adhaeret firmae, et albae. Quatuordecim in ipso cernuntur figurae, ligno insculptae, longe elaboratiores, longeque melius delineatae, quam sint in praecedenti editione. Priores XII. totidem referunt *Sibyllas*, nempe, *Persicam*, *Lybicam*, *Delphicam*, *Chimicam Erythraeam*, *Samiam*, *Cumanam*, *Hellesponticam*, *Phrygiam*, *Europaeam*, *Tyburtinam*, *Agrippam*, unamquamque congrua veste decoram, suumque de Christo vaticinium in volumine expanso scriptum ostentantem. Post hujusmodi icones, earumque descriptiones, et oracula, Philosophorum, aliorumque Scriptorum testimonia hac de re persequitur. Figura XIII. *Probam Falconiam* repraesentat. In ultimo folio recto visitur Figura XIV., quae signum est Typographi; quaeque caeteris minor, minusque elegans est. Ex initialibus septem florentes ligneae visuntur: unica parva in spatio occurrit. Foliis 67. signis omnimodis in amplis marginibus carentibus, integrum opus, saltem in hoc nostro exemplari, absolvitur.

—— Alia editio, *quae in prima pagina Elenchum habet opusculorum in volumine contentorum, gallo-francis majoribus formis impressum.*

Quattuor hic compressa opusculum.

Discordantie Sanctorum do
ctorum { Hieronimi / Augustini }
Sybillarum de Christo vaticinia: cum ap
propriatis singularium figuris
Varia Judeorum et gentilium de Chri-
sto testimonia.

Centones Probe Falconie de vtriusq3
testamenti hystoriis ex carminibus virgilii selecti: cum
annotatione locorum, ex quibus desumpti sunt: a divo
Hieronymo comprobate.

Primus Tractatus incipit in postica facie ejusdem primi folii, terminaturque in averso folio secundo, cui subnectitur Capitum index *secundi opusculi, scilicet* De Sibyllarum nomine et origine, *quod sequitur in tertio folio, et desinit in averso folio XVI. his verbis:* Finis opusculi de vaticinijs sibyllarum. *Exinde,* Impressum Venetiis per Bernardinum Benalium. *In folio XVII. recto incipit:*

Probe Centone Vatis Clarissime a
Divo Hieronymo Comprobate.

Centonam De fidei no-
stre Mysteriis e Ma-
ronis Carminibus
excerptum Opu-
sculum
†

In aversa pagina legitur Probe Falcōie clarissime Cētone Capitulorum Tabula. *Ipsum opus initium sumit in sequenti folio recto a titulo:* Probae Falconiae Centonae Clarissimae Foeminae excerptum e Maronis carminibus ad testimonium veteris noviq3 testamenti opusculum Centones. Capi. 1. *Ad calcem folii xxviii. recti denuo legitur:* Impressum Venetiis per Bernardinum Benalium.
In 4.° parvo.. XII. D. 46.

Editio notis chronologicis destituta est, et excusa videtur ad exitum Saeculi xv. uti probant impressionis forma, et tota typographica oeconomia. Character rotundus, et minutus est, et summam 42. linearum replet in paginis plenis; sed in opusculo *Sibyllarum* quaedam majusculis typis, et quaedam semi-gallo-francis majoribus describuntur. Duodecim Sibyllarum icones eleganter ligno incisae visuntur, et xxv. magnae florentes capitales habentur. Nulli occurrunt foliorum numeri et custodes, ast signaturae instructae cernuntur litteris Romanisque parvis numeris. Praesens editio latuit Bibliographos, penes quos eam frustra quaesivi.

Siculorum Epistola ad Mahummedem II. *Extat cum Epistolis* Mahummedis. *Vide* Mahummedis.

Sidonii Apollinaris. Poema, et Epistolae, *cum* Commentariis Joannis Baptistae pii. *In prima pagina inscriptio hujusmodi extat, characteribus gallo-francis cusa:*

Sidonii apollina
ris poema Au
reum eius
demq3
episto
le

In folio averso imprimitur Privilegium Ludovici Mariae Sfortiae ad Joannem Passiranum de Asula *Editorem, ut videtur, quum aliorum impensis excusum fuerit opus, quod quinque Auctores ab eodem edendos respicit, scilicet* Sidonium, Nonium Marcellum *integrum,* Varronem *cum Enarrationibus,* Apicium, *et* Festum *cum* Appendicibus. *Sequuntur* Balthassaris Tachoni Ducalis Scribae *versus monosyllabi ad* Nicolaum Corrigium, *quos excipit* Joannis Baptistae Pii elegidion amatorium. *In folio tertio recto incipiunt Epistolae* Sidonii, *cum* Commentariis, *etsi* Carmina *prius indicentur initio voluminis. Sequentia verba praecedunt* Commentario: Joannis.bapistae pii bononiensis commentarius in Sidonium. Sidonii *vero textui:* Caii Sidonii Apollinaris Sidonii Arverno4 episcopi. Epistolarum liber primus Incipit. *Versus identidem inserit* Sidonius Epistolis, *quae in*

novem libros divisae sunt. Carmina *incipiunt a Panegyrico* Anthemio Augusto *dicto ; hisque absolutis, tetrastichon occurrit, cum Auctoris nomine, hoc pacto expresso a Typographo,* Sebastiani decii. *Penultima pagina continet* Sidonii vitam ex Joanne erithenemio, (*fortasse* Trithemio) *et hanc notitiam typographicam :* Impressum Mediolanni (sic) per magistrum Vldericum scinzenzeler. Impensis venerabilium dominorum Presbyteri Hyeronimi de Asula nec non Joannis de abbatibus placẽtini. Sub Anno domini. M. cccc.lxxxxyiii. Quarto Nonas maias. Registrum huius libri *accedit, cui* FINIS *additur.*

In folio parvo.. XII. C. 15.

Characteres rotundi sunt, sed in *Commentariis* sunt minores, et in paginis integris 55. lineas complectuntur, quum majores 40. tantum impleant. In paginis, quae *Commentariis* destitutae sunt, ut frequenter adparet, ampli admodum visuntur laterales margines. Initiales ligneis formis florentibus, Excusor adposuit; omisit autem custodes, et foliorum numeros. Signaturae, quae ad duas priores plagulas minime pertinent, expressae occurrunt elementis, et Romanis numeris minoribus.

—— Exemplar alterum.. X. H. 4.

Sidonii. Epistola *scripta* ad S. Cyprianum, *una cum* Maximo Urbano, *et* Macario. *Est inter Epistolas* S. Cypriani *excusa. Vide* Cypriani.

Siena. *Vide* Senis.

Siena S. Catarina. *Vide* S. Catarina da Siena.

Signis de aquarum, et ventorum, *graece. Extat hoc incerti Auctoris opusculum, ut titulus indicat, in Vol. III. Operum* Aristotelis, *ex editione* Aldi Venet. 1497. *Vide* Aristotelis.

Significata τῇ ῆ *et* τῇ ὡς, *graece. Extant cum* Dictionario graeco. *Vide* Dictionarium.

Silii Italici. Punicorum libri xvii. *Titulus praecedit Poëmati :*

Silii Italici Punicorum
Liber primus Incipit.

Poëma constat 161. plagulis impressis, et duabus vacuis in principio. Ad calcem legitur : Anno dñici Natalis. M. CCCC. LXXI. die v. mensis Aprilis. Summo Pont. Paulo II. Veneto Anno pont. vii. Jo. An. Epũs Alerieñ. In Insula Cyrno. recognitionẽ absolvit diebus circiter. xv. Lector benivolè vale perpetuo. *Sequitur Epigramma :*

Aspicis illustris lector quicunq3 libellos
Si cupis artificum nomina nosce (sic) : lege.
Aspera ridebis cognomina Teutona forsan
Mitiget ars musis inscia verba virum.

Cōradus suueynheym: Arnoldus pānartzq3 magistri
Rome impresserunt talia multa simul.
Petrus cum fratre Francisco Maximus ambo
Huic operi aptatam contribuere domum.

In sequenti folio C. Calphurnii carmen bucolicum incipit feliciter. *Ad calcem:* C. Calphurnii bucolicon carmen desinit.
In folio parvo .... XII. G. 20.

Haec est prima hujus Poëmatis editio, quam valde pulchram, et admodum raram (*d'une rareté extraordinaire*) vocat *Crevenna.* Ejus certe pulchritudinem demonstrat exemplum hujus Regiae Bibliothecae, quo vix quidpiam pulchrius, nitidiusque inter *Conradi*, et *Arnoldi* editiones videre licet. Typus elegantissimus, rotundus praestanti chartae imprimitur. Desunt custodes, signaturae, et foliorum numeri. Lineis 38. paginae instructae sunt, et initiales litteras, quae deerant, et pro quibus spatia extabant, Miniculator vario colore adfabre depinxit.

—— Alia editio, *ex recognitione* Pomponii Laeti, *quae immediate a textu Auctoris incipit, absque Epistola, vel Praefatione. In fine voluminis legitur sequens synopsis vitae Auctoris:* Syllius (sic) Italicus cuius Maiores Italica hispanie urbe orti fuere prima Etate declamavit: Mox foro vacavit. Inter primores urbis sine potētia. Sine invidia fuit: Salutabat᾿: ac visitabatur: Auspiciis eius consolatus caede Neronis orbis libertatem cepisse visus est. In villis suis inter quas et Ciceronis Tusculanū et Virgilii Neapolitanū multum librorum ac statuarum possedit. Maronis sepulchrum ut sacrosanctū adire solebat. Cujus imaginem venerabatur ante omnes et Natalem religiosius quā suū celebrabat: Emeritā senectutē in ocio cāpano musis tradidit: Bellum Punicum Secundum carmine scripsit: Severum minorē ex liberis dolore inexplicabili tumulavit. Sillium maiorē natu consularem reliquit: Tedio insanabilis clavi In Neapolitano abstinētia cibi vita functus est: An. agens. lxx. Opus iā Neglectū Pomponius recognovit. Anno domini. Mcccclxxi. V. Calēd. Mai. Rome.
In 4.° majori .... XII. G. 25.

De Bure Tom. III. n. 2793. contendit praesentem editionem, Typographi nomine destitutam, emersisse e praelis *Conradi*, et *Arnoldi.* Dixerim potius ipsam e *Laverii* praelo prodiisse, ut statuit *P. Laire pag. 166.* tum quia *Pomponius* praeli *Laverii* in monasterio *S. Eusebii* erat Director, tum quia adversatur index librorum ab Opificibus *Conrado*, et *Arnoldo* impressorum usque ad annum 1471. Eruditis notum erat *Pomponium* lucubrationes edidisse in *Silium Italicum*, sed hactenus in tenebris latebat: de quo conqueritur *Fabricius Biblioth. latinae lib. II. cap. IX. novae editionis Tom. I. pag. 174.* Typus romanus est, et lineas 34. implet in paginis plenis. Nullus titulus impressus in ea occurrit. Prima línea librorum nunc tota est charactere majusculo, nunc ex parte tantum, nunc tota est ex charactere ordinario. Signaturas, custodes, foliorum numeros, et initiales omisit Excusor. Uberiorem notitiam hujusmodi rarissimae editionis invenimus apud *Crevennam Tom. III. pag. 230.*

—— Alia editio. *Prima plagula est alba, et in summitate secundae rectae legitur:* SILII ITALICI PUNICORUM LIBER PRIMUS. *Ad lineam quartam ultimi folii aversi:* Silii Italici Punico4 Liber Septimus decimus Et Vltimus Finit. *Exinde:* Anno Dnīci Natalis. M.CCCC. LXXXI. Die vero. XVI. Mensis Novembris. PARMAE. *Sequitur brevis* Auctoris Vita, *quae desinit in*

sequenti folio recto, verbo, FINIS : *et huic subjungitur charactere subalbido illud,* Antonii Seripandi, et amicorū ; *cujus notulae mss. passim in marginibus visuntur.*

In folio parvo .... X. H. 25.

Sine Typographi nomine, quem alii dicunt fuisse *Corallum*, alii *A de Portilia.* Licet *De Burius Bibl. instruc. Belles littres Tom. 1. pag. 355.* haud magni faciat hujusmodi editionem, quum dicat : *Cette édition est ancore assez estimée ; mais les exemplaires n' en sont pas d' une valeur bien considerable ;* attamen *Orlandius*, et post ipsum Paitouus *Tom. 11. pag. 148.* nobilissimam appellant. Hic enim ita eam describit, *di carta corputa, di caratteri romani assai belli, con poche e facili abbreviazioni .... di ventidue quaderni, che comprendono otto fogli, l' uno eccetto il primo, e l' ultimo, che ne comprendono dieci. Arnoldus Drekenborch* etsi praesentem editionem notet in catalogo editionum *Silii Italici praefixo* suae editioni *Trajecti ad Rhenum* anno *1717.* fatetur tamen ob ejus raritatem nunquam eam vidisse.

—— Alia editio, *cum* Commentariis Petri Marsi. *Nuncupatoria Epistola Expositoris praecedit, quae in aversa facie prioris plagulae locum obtinet, et his verbis subditur :* PETRI MARSI INTERPRETATIO IN SYLLIUM ITALICUM AD ILL. PRINCIPEM VIRGINIUM VRSINUM. *In folio secundo recto* SYLLII VITA *extat impressa, quam excipit* Belli punici. ii. compendium, *ad lineam xxx11. inclusive folii tertii aversi progrediens. In folio quarto recto opus aeque ac* Commentarium *incipit, nullo praeeunte titulo : utroque vero absoluto legitur :* Commentariorum Petri Marsi in syllium italicū finis. *In summitate penultimae paginae occurrit* OPERIS CONCLUSIO *ad* Virginium Vrsinum *laudatum, et nota typographica huic breviter subnectitur, nempe :* Venetiis per Baptistam de tortis. m. cccc. lxxxiii. die vi. maii. REGISTRUM *adcedit, cui* FINIS *additur.*

In folio parvo .... X. H. 26.

Charactere rotundo exprimitur opus integrum, sed *Commentaria*, quae plerumque tria latera textus circumdant, illum minoris formae praeseferunt, et lineas 64. complectentem in paginis plenis. Nec foliorum numeris, nec custodibus margines consignatos fuisse deprehendi, et spatia pro initialibus inveni. Scaporum signaturae alphabeticam litterarum seriem, et Romanos parvos numeros comprehendunt.

—— Alia editio, *cum iisdem* Commentariis, *quae praecedentem editionem quodammodo imitatur, paucis tantummodo exceptis, quae hic notantur. In prima voluminis pagina legitur :* Syllius Italicus. Cum commentariis Petri Marsi. *Ad calcem :* Venetiis opera ingenioq3 Boneti Locatelli. Instinctu vero ac sumptibus Nobilis viri Octaviani Scoti Modoetiensis Anno salutiferae incarnationis nonagesimo secundo supra Millesimum ac quadringentesimum quinto decimo Kalendas iunias. Adcedit Registrum, *et in penultima pagina visitur Typographi signum.*

In folio parvo.. X. H. 28.

—— Exemplar alterum .... X. H. 29.

—— Exemplar tertium .... X. H. 30.

—— Alia editio, *cum iisdem* Commentariis. *In folio secundo recto incipit Nuncupatoria ad* Virginium Vrsinum, *quam excipiunt* Silii Vita, *et caetera,*

ut in editione praecedenti ; et in fine haec Typographus notavit : Venetiis anno salutiferae incarnationis nonagesimo tertio supra millesimum ac quadringentesimum duo decimo Kalendas Octobres.

In folio parvo.. X. H. 27.

Sine Typographi nomine, quem fuisse *Octavianum Scotum* satis ostendit ipsius signum ibidem impressum. Rotundis typis expressum est opus, et in *Commentariis* sunt minoris formae, ac lineas 63. in paginis plenis occupant. In superioribus marginibus notantur libri Poematis, in inferioribus signaturae. Ex initialibus quaedam ligneis florentibus formis, quaedam parvis litteris exprimuntur, quaedam vero desunt.

Sillani. Expositio in Almansorem. *Vide* Nigris Sillani de.

Silvae Morales cum interpretatione Ascensii In. xii. Libellos divisae. Quorum Primus de vitiis fugiēdis ; continet quinq3 opuscula Virgilii et fragmentū Horatii. Vir bonus utriusq3 de ludo. de livore. de Venere et vino. de littera pythagorae = Secundus de fragilitate hominis: cōtinet has odas Horatii: Diffugere nives. Heu heu fugaces postume. Aequam memento etc. etc. = Tertius de fragilitate rerum : habet eiusdē odas. Non ebur etc. etc. Rectius vives. Ocium divos. Nullus argento etc. etc. = Quartus de votis. Ex Horatio quid petendū. Quid dedicatum etc. etc. Ex Persio. Quid offerendum deo. Ex Iuvenale. Quid optandum. = Quintus de amicitiae atq3 urbanitatis officio. Habet fragmentum ex Ennio = Sextus de obsequiis amico praestandis. Ex Horatii odis. = Septimus habet praecepta amicitiae et moralitatis. Ex Horatii odis et epistolis = Octavus de officio parentum in filios et de humanitate servanda. Ex Juvenale = Nonus de vitio impudice scribentium. Ex Baptista Mantuano = Decimus de moribus mensarum. Carmen iuvenile Sulpitii Verulani = Undecimus Moralia Catonis = Duodecimus Parabolas Alani. *Haec contenta exhibentur in secunda folii primi pagina. Sequuntur tria alia folia, quae alphabeticum materiarum Indicem continent, et hunc excipit Epistola Nuncupatoria* Ascensii, *cujus inscriptio*: Clarissimis viris Jacobo de sine muro magno cantori archiepiscopalis ecclesiae Lugduneñ. et Petro de sine muro eiusdem primo custodi. Canonicis comitatibus: ac omnis litteraturae virtutisq3 egregiis ornamentis Io. Ba. Ascensius salutem dicit. *Duodecim isti* Silvarum *libri, 229. foliis constant. Ad finem libri xii. legitur*: DEO GRATIAS. *Exinde*: Impressum est hoc opus diligenti cura atq3 industria Joānis Trechsel in civitate Lugdunensi. Anno M. CCCCXCII. xviii. calendas Decembris. *His subjecta sunt Typographi insignia, cum litteris* I. T.

In folio parvo.. VIII. A. 15.

Silvatici Matthei Medicinae Doctoris. Liber Pandectarum Medicinalium. *Deest in principio hujus nostri exemplaris Tabula quinque foliorum, quae praefigitur operi, quam referunt Maittairus pag. 333.* et *Giustiniani pag. 84. Hinc opus initium sumit ab Epistola Nuncupatoria, cujus inscriptio sic habetur in summitate primae columnae :*

INCLYTO . ATQUE . GLO
RIOSISSIMO .. FERDI
NANDO . SICILIAE . RE
GI . ANGELUS . CATO . SU
PINAS . DE . BENEVEN
TO . PHILOSOPHUS . ET
MEDICUS . FOELICITA
TEM.

Desinit in prima columna tertii folii, ad lineam xlvii. et protinus in secunda incipit:

TESTATIO . ATQUE.
ADJURATIO . EIUS
DEM . ANGELI . CATO
NIS . AD . MORTALES
OMNES . VT . NON . NE
GLIGANT . QUIN . HOC
OPUS . PENES . SE . HA
BEANT . ET . DILIGEN
TISSIME . PERLEGANT

Terminatur ad lineam xix. secundae columnae folii aversi, et opus incipit in sequenti folio a titulo rubro colore excuso:

INCIPIT . LIBER . CI
BALIS . ET . MEDICI
NALIS PANDECTA
RVM . MATHEI . SIL
VATICI . MEDICI DE
SALERNO . ET . GLO
RIOSISSIMO . ROBER
TO . REGI . SICILIAE
INSCRIPTVS.

Desunt etiam in hoc nostro exemplari alia decem folia in fine, quae continent reliqua Capituli Litterae Z. *et notitiam typographicam, quam laudatus* Giustiniani *sic exscripsit ex alio perfecto nunc extante Londini in Bibliotheca Spenseriana:* EXPLICIT. Liber Pandectarum. Quem Angelus Cato Supinas de Benevēto Philosophus et medicus magna cū diligentia Z (sic) emēdate imprimendū curavit in clarissima et nobilissima atq3 p̄stantissima Dulcissimaq3 civitate Neapoli. Regum Ducum Procerumq3 matre Prima Aprilis. M.CCCC.LXXIIII.

Idcirco excelso deo gracias agamus.

Noscere q̄ causas Z certa vocabula re4
Et medicas artis: ꝑ breve queris iter
Me Lege : nec multo mercaberis Angelus en me
Sic et divitibus pauperibusq3 parat
Cui tm̄ me nūc fas ē debere : Salernum
Vrbs deb3 quantū patria terra mihi.

Huic subnectitur Tabula Pandecte secundum numerum cartarum.
In folio maximo .... XI. D. 7.

Sine Typographi nomine, quem *Giustiniani cit. Lib.* autumat fuisse *Arnaldum de Brusselles*, uti revera conjicitur ex forma typorum; alii vero Bibliographi nominant *Sixtum Riessinger*, alii *Theodorum Havenstein*, alii tandem *Henricum Aldyng*. Verum quicumque fuerit hujusmodi principis rarissimae editionis Excusor, ipsius venustas quam maxime commendatur pulchritudine characteris, qui rotundus, nitidissimusque est; qualitate papyri, quae alba, compacta et levigata conspicitur; ac tandem totius typographicae artis oeconomia, et forma impressionis, quae adeo perfecta est, ut sine erroris periculo dixerim ipsam aemulari perfectiores editiones *Han*, *Jenson*, caeterorumque magni nominis Typographorum. Characteres in 46 lineas tribuuntur, si columnam integram spectes; latissimi margines nec custodibus, nec numeris, nec signaturis sunt praediti. Initialium loca spatio indicabantur, antequam Miniculator adfabre eas vario colore adpinxisset. Immerito *Gesnerus in Bibl. univers. fol. 507.* et *Petrus Castellanus. Vite de Medici illustri pag. 158.* dicunt *Matthaeum Silvaticum* fuisse patria *Mantuanum*; quin etiam *Mediolanenses* suum civem fuisse contendunt. Laudatus *Angelus Cato de Sepino* Archiater Regis *Ferdinandi de Aragonia* primus in lucem edidit *librum Pandectarum Matthaei Silvatici*, et ipse melius quam Scriptores recentioris aevi noverat ejus patriam, et tam in epigraphe operi praefixa, quam in corpore ipsius Praefationis, qua opus illustravit, *Salernitanum*, non *Mantuanum*, aut *Mediolanensem* appellat.

—— Alia editio, *in qua in prima pagina majoribus gallo-francis elementis, sequentia verba leguntur :* Opus pandectarum Matthei Silvatici cum Simone ianuense et cū quotationib⁹ auctoritatū Plinii galieni et aliorum auctorū in locis suis. *In summitate primae columnae folii secundi incipit* Opus Pandectarum quod aggregavit Eximius artiū et medicine doctor Matheus Silvaticus ad serenissimū Sicilie Regē Robertū. qui fuerūt anno mūdi. 6516. anno vero xp̄i. 1317. coevi Petro de Abano. Dino de garbo. Gentili. Bonaventure. Francisco mayroni et Nicolao de Lira. Additur Simon Januensis vbiq3 alphabetum. *Ad calcem voluminis:* Opus pandetarū (sic) medicīe ordīatū ūm lrās alphabeti ita ut facillime et q̄ primū repiat⁹ quicq̄d īest : ꝑ eximiū artiū et medicīe Doctorē Magistrū Georgiū de ferrarijs de Monteferrato qui nuperrime addidit sinonyma succincte que deerāt Symonis Januēsis locis ꝓprijs cū quotatiōnibus auctoritatum Plinij Gal.⁹ et aliorum doctorum. *Deinde :* Impressum Venetijs māndato et expēsis Nobilis Viri Dn̄i Octaviani Scoti Civis Modoetiensis. quinto Idus Martias. 1498. Per Bonetum Locatellum Bergomensem. *In penultima pagina visitur* Registrum, *cui subnexum est Typographi signum.*
In folio parvo.. .... IX. G. 1.

Geminis columnis opus expressum est. Scaporum signaturae sunt litterae, Arabicis numeris sociatae; foliorum numeri, et custodes suis locis visuntur. Initiales xylographicae sunt, et lineae 56. gallo-franci characteris insunt cuilibet plenae columnae.

—— Alia editio, *quae praecedentem quodammodo imitatur. Ad calcem operis post Registrum, sequens notitia typographica occurrit:* Per Bernardinū stagninū de Tridino montisferrati. M. cccc. lxxxxix. Die vero xxvij. Martii Venetijs.

In folio parvo.. IX. G. 2.

—— Alia editio. *In folio primo averso impressa adest Epistola, quam mittit* Matheus moretus Brixensis: (sic) ad reverendissimum in xp°o patrem ac dominum: Dñm Franciscum de gonzaga cardinalem mantuanum: ac Bononie legatum. *Tabula capitum hujus alphabetici operis incipit in folio secundo recto, et in quinto averso absolvitur. Duae sequuntur paginae, quarum princeps tantum* Registrum quinternorum hujus libri *exhibet. In septimo folio opus incipit, post titulum, qui est hujusmodi:* Liber pādectarū medicine: omnia medicine simplicia cōtinens: quem ex omnibus antiquorum libris aggregavit eximius artium: et medicine doctor Matheus Silvaticus: ad serenissimum Sicilie Regem Robertū. *In fine operis haec Typographus adnotavit:* Opus pandecta4 medicine emendatum p⁹ eximiū artium et medicine doctorem dominū et magistrū Matheū moretum brixianum: Bononiae in medicina et astronomia legentē. Et impressū p⁹ Hermanū lichtenstein coloniensem probatissimum librarie artis exactorem Vincentie.

In folio parvo.. IX. E. 7.

Sine nota chronologica. Editio haec Bibliographis non paucis, ne *Faeciolo* quidem excepto, ignota fuit; sed illam excitavit *Argelatus Bibl. Script. Mediolan. pag. 1454.* Excusa est duplici columna, charactere gallo-franco, qui 56. lineas in plenis columnis occupat. Desunt foliorum numeri, et custodes; signaturae vero comprehendunt alphabeticas series elementorum cum Arabicis numeris. Initiales vel parvis litteris, vel spatiis tantum indicabantur, antequam Miniculator eas supplevit, vel majores reddidit rubro colore; prima tantum operis excepta, quae adfabre picta est

—— Exemplar alterum .... IX. E. 8.

Simonetae Bonifacii, Ordinis Cisterc. De Christianae Fidei, et Romanorum Pontificum persecutionibus. *Praemittitur in prima voluminis pagina Epistola Nuncupatoria, qua* Praesbyter (sic) Stephanus Dulcinus Scalae canonicus. R. D. Joāni baptistae ferro Mediolani Archiepiscopali vicario integerrimo salutem *dicit. Data* Mediolani tertio idus Januarias. M. cccclxxxxii. *In postica pagina occurrit* Dulcinii breviarium, *sive compendium rerum, quae in opere pertractantur. In secundo folio recto occurrit brevis* Bonifacii Symonetae doctoris: ac Monasterii Cornu Abbatis: in persecutionū christianarum: historiā: Pōtificumq3 oomētarios: ad optimū maximum deum oratio. *Hanc excipiunt tres Epistolae, quarum prima* Invictissimo: et Serēissimo Carolo octavo Galliarum Regi Bonifacius Symoneta Cornu Abbas foelicitatem *dicit. Secunda* Bonifacius symōeta Cornu Abbas Gulielmo de Rupeforti militi iuriumq3 aurato interpraeti divi Caroli octavi primario foelicitatem; *tertia tandem* Bonifacius Simoneta Cornu Abbas Jacobo Philippo Fratri eximio legum Interpraeti foelicitatem *dicit. In folio xiv. opus initium sumit a* Fidei Christianae praestantia. *Ad calcem librorum:* Bonifacii Symonetae Cornu Abbatis doctoris: artiumq3 professoris persecutionum christianarum liber sextus: et ultimus foeliciter finit:

Hoc opus impraessum (sic) fuit in inclyta civitate Mediolani p
solertissimũ artis impraessoriae magistrum Antoniũ
Zarotum Parmensem. anno salutis christianae
M.cccc.lxxxxii. in mense Januarii: sub Illu
strissimo Joãne Galeazio Sforzia Vi
cecomite: Duce Mediolani
Sexto foelicissimo: Lodovi
coq3 patruo guber
natore mode
ratissimo

Ultimum folium continet Ad Reverendum dominum Bonifacium Symonetam Cornu Abbatem dignissimum Joannis Biffi presbyteri Mediolanensis Carmen.
In folio .... VIII. F. 5.

Editio prima hujus operis, et rarissima, uti testantur *Freytag Analecta litterar. pag. 867. Possevinus Appar. Sacr. Tom. 1. pag. 250.* nec non *Hallervordii Biblioth. Curiosa pag. 38.* ubi satis adcuratam libri hujus adtulit recensionem. Charactere romano nitidissimo excusa est, et in qualibet integra pagina lineae 45. numerantur. Desunt foliorum numeri, custodes, et Index. In inferioribus marginibus signaturae observantur instructae litteris, Romanisque numeris. Miniculator majores reddidit rubro colore initiales, sed principem auro, coloribus variis, ac floribus eleganter adpinxit et in inferiori ora ejusdem paginae pari eleganti ornatu stemma gentilitium expressit.

SIMONETAE JOANNIS. Rerum gestarum Francisci Sfortiae libri XXXI. *Praecedit* Oratio Francisci Puteolani, *cum Epigraphe:* AD ILLVSTRISSIMVM AC MODERATISSIMVM PRINCIPEM LVDOVICVM SPHOR. VICECOMITEM BARI DVCEM FRANCISCI PVTEOLANI POETAE PARMENSIS ORATIO IN COMMENTARIOS RERVM AB DIVO FRANCISCO SPHORTIA GESTARVM. *Hac absoluta in pagina prima secundi folii ad lineam xxviii, in aversa incipit,* JOHANNIS SIMONETAE IN COMMENTARIOS RERVM GESTARVM FRANCISCI SPHORTIAE MEDIOLANENSIVM DVCIS PRAEfatio. *Terminatur ad lineam xxxii. tertii folii recti; et in eodem averso incipit* JOHANNIS SIMONETAE RERVM GESTARVM FRANCISCI SPHORTIAE MEDIOLANENSIVM DVCIS LIBER PRIMVS. *Absoluto opere legitur* FINIS. *Adcedit hoc breve Monitum, quo Lectoribus notitia summatim traditur hujus historiae:* IIS COMENTARIIS AB PRIMO ALPHONSI IN ITALIAM ADVENTV ET AB QUARTO ET VICESIMO SVPRA QVADRINGENTESIMVM ET MILESIMVM ANNO A NATALI CHRISTIANO AD SEXTVM ET SEXAGESIMVM VSQVE ANNUM NON DIVI FRANCISCI SPHORTIAE SOLVM SED OMNIVM ITALICORVM POPVLORVM REGVM ET RERVM PVBLICARVM FACTA DOMI FORISQVE CONTINENTVR: TANTA FIDE ET RELIGIOne LITTERIS PRODITA VT NIHIL GRATIAE ATQVE ADVLATIONI DATVM ESSE CONSTET QVAE EO CERTIORA HABENDA SVNT: QVOD QVI SCRIPSIT REBVS FERE OMNIBVS INTERFVIT: EA NVNC REGNANTE JOHANNE GALEAGIO VI. MEDIOLANI DVCE AVSPICIIS ET JVSSV ILLVSTRISSIMI LODOVICI SPHORTIae ANTONIVS ZAROTVS IMPRESSIT

MEDIOLANI DECIMO KALENDAS FEBRVARIAS. *In ultima pagina habetur Epistola*, *qua* FRANCISCVS PHILELPHVS JOHANNI SIMONETAE DVCALI SECRETARIO SALUTEM DICIT, PLVRIMAM *Scripta* Mediolani exaedibus nostris sexto Idus Junias. M. cccclxxviiii.
In folio.. XII. H. 27.

Maittairus pag. 394. refert praesentem editionem, quae caret nota Chronologica, ad annum 1479. Hoc idem docet *Saxius pag. 571. De la Vall. Tom. III. pag. 172. Gaig. Tom. II. pag. 104.* et *Panzer Tom. II. pag. 35.* Editio est originalis, et rarissima, excusa eleganti rotundo charactere, qui in quavis chartae albae, et firmissimae integra pagina replet 40. lineas. In amplis marginibus tantummodo signaturae observantur, quae litteris, Arabicisque numeris sunt expressae; et pro initialibus spatia quadrata relicta sunt ab Excusore.

—— Exemplar alterum .... XIX. H. 29.
—— Exemplar tertium .... XIX. H. 30.
—— Idem opus, *Italice versum* a Christophoro Landino, *una cum* Oratione Puteolani, *et* Epistola Philelphi. *In nostro exemplari ob compactoris negligentiam in principio voluminis suta est* EPISTOLA DE FRANCESCO PHILELPHO AD GIOANNE SIMONETA DVCALE SEGRETARIO. *In sequenti folio signato* a 1. *statim occurrit Interpretis Prooemium*, *sub titulo:* PROHEMIO DI CHRISTOPHORO LANDINO FIORENTINO NELLA TRADICTIONE DI LATINO IN LINGVA FIORENTINA DELLA SFORZIADE DI GIOVANNI SIMONETA AD LO ILLVSTRISSIMO LODOVICO SFORZA VISCONTE. *Excipiunt hoc Prooemium I.* ORAZIONE DI FRANCESCO PVTEOLANO POETA PARMIGIANO ALLO ILLV. ET MODERATISSIMO PRINCIPE LODOVICO SFORZA VISCONTE DVCA DI BARI TRADVCTA DI LINGVA LATINA IN FIORENTINA PER CHRISTOPHORO LANDINO FIORENTINO. *II.* PROEMIO DI GIOVANNI SIMONETA NE COMMENTARII DELLE COSSE (sic) FACTE DA FRANCESCO SFORZA DVCA DE MELANESI (sic) TRADOCTO (sic) DI LATINA IN FIORENTINA LINGVA DA CHRISTOPHORO LANDINO FIORENTINO. *Tandem opus ipsum, cui verba praesunt:* LIBRO PRIMO DELLA HISTORIA DELLE COSE FACTE DALLO INVICTISSIMO DVCA FRANCESCO SFORZA SCRIPTA IN LATINO DA GIOVANNI SIMONETTA ET TRADOCTA IN LINGVA FIORENTINA DA CHRISTOPHORO LANDINO FIORENTINO. *In fine Typographus notavit:*

QVESTA SFORTIA
DA TRADVCTA DE SER
MONE LITTERALE IN LINGVA
FIORENTINA LA IMPRESSA ANTONIO
ZAROTO PARMESANO IN MILA
NO NELLI ANNI DEL SIGNORE
MCCCC
LXXX X.
FINIS.

In folio parvo.. XII. H. 25.

Elegantissima editio, quae parum obvia est, excusa optimo rotundo charactere, qui in paginis perfectis implet lineas 44. Minoribus formis expressae extabant initiales, priusquam Miniculator eas majores adpinxisset coloribus variis. Tituli librorum quadratis elementis, et latino idiomate descripti sunt. Signaturae cernuntur, haud vero custodes, et foliorum numeri.

SIMONIDIS. Opusculum de vanitate humanae vitae, *graece. Praefigitur titulus hoc pacto :* Σιμονίδου ἡρωελεγεῖα περὶ ματαιότητος τοῦ βίου. *Sociatur* hoc *opusculum* Cebetis Tabulae *sub eadem signaturarum serie, excusae a* Zacharia Calligergo. *Vide* Cebetis, *et* Pselli.................................... XII. B. 80.

SIMPLICII. Commentarium in Aristotelis Cathegorias, *sive* Praedicamenta, *graece. In primo folio recto verba haec rubro colore insculpta sunt :*

ΣΥΜΠΛΙΚΙΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΔΙΔΑΣΚΑΛΟΥ
ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΕΙΣ ΤΑΣ ΔΕΚΑ ΚΑΤΗ-
ΓΟΡΙΑΣ ΤΟΥ ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ

His verbis subiacet symbolum rubrum Nicolai Blasti *nomen referens. In fronte primae paginae secundi folii ornamentum adest ejusdem coloris, in quo nomen* Nicolai Blasti *pariter legitur. Hujusmodi ornamentum, partem quadrati duplicis, linea parallela secti, repraesentat, adeo ut in vacuo spatio inferiori haec verba, rubra pariter, locum obtineant :*

ΣΧΟΛΙΑ ΕΙΣ ΤΑΣ ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ
ΚΑΤΗΓΟΡΙΑΣ. ΑΠΟΦΩΝΗΣ ΣΥΜ-
ΠΛΙΚΙΟΥ ΔΙΔΑΣΚΑΛΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ

His subjacet opus, quo absoluto legitur : ΤΕΛΟΣ. *Exinde* Τὸ Συμπλικίου ὑπόμνημα ἐις τὰς δέκα κατηγορίας τοῦ Αριστοτέλους ἐνθυπωθὲν, πέρας εἴληφεν ἤδη σὺν θεῷ ἐν Ἐνετίαις· ἀναλώμασι μὲν τοῦ ἐυγενοῦς, καὶ δοκίμου ἀνδρὸς Κυρίου Νικολάου Βλαστοῦ τοῦ Κρητὸς πόνῳ δὲ καὶ δεξιότητι Ζαχαρίου Καλλιέργου τοῦ Κρητὸς· τῶν λογίων ἀνδρῶν χάριν, καὶ λόγων ἑλληνικῶν ἐφιεμενῶν. Ἔτει τῷ ἀπὸ τῆς Χριστοῦ γεννήσεως Χιλιοστῷ, τετρακοσιοστῷ, ἐνενηκοστῷ ἐννάτῳ. Πυανεψιῶνος πέμπτη φθίνοντος. *Sequitur in penultima pagina Registrum, et signum* Zachariae *laudati, scilicet Aquila biceps, quae in ventre scutum exhibet cum litteris* Z K.
In folio.. XII. II. 42.

Fabricius in *Bibl. Graeca lib. v. cap. 29.* et *Catal. Bibl. Smithianae*, editionem hanc veluti *Aldinam* anni 1500 referunt, quodque magis mirandum est *Zachariae* Typographi nomine suppresso, per *Nicolaum Blastum* excusam dicunt. Bibliographi raritatem eius extollunt, ac praecipue *Harwaod.* Tituli omnes sunt rubro colore impressi uncialibus typis, et initiales xylographicae ejusdem coloris. Charta est firma, et alba, et lineae 37. numerantur in paginis plenis. Signaturae habentur; ast custodes, et foliorum numeri nulli existunt.

—— Exemplar alterum.................................... XII. G. 23.

SINTESII GENT. PINDARI. Sublacensis, Epigramma quinque distichorum in

laudem Pauli Pompilii, *ejusque opusculi* de Syllababus. *Extat in calce hujus opusculi. Vide* Pompilii.

Sirecti Antonii. Formalitates moderniores juxta mentem Joannis Scoti. *Extant impressae cum* Summulis Logicis Petri Hispani, Francisci Mayronis, *et* Nicolai de Orbellis. *Vide* laudatos Auctores.

Siricho Lombardi de. Supplementum operi Francisci Petrarchae, *cujus titulus:* Libro degli uomini famosi. *Extat cum opusculis* Petrarchae. *Vide* Petrarchae.

Sisi Henrici Horologium Sapientie. *Is titulus praefixus legitur in prima folii primi pagina. In postica habetur breve monitum Editoris* Ad lectorem. *In summitate primae columnae secundi folii* Incipit prologus in librū qui intitulatur horologium sapientie editū a beato hērico siso viro sāctissimo ordinis sacri predicatorum. *Ad calcem opusculi:* Explicit liber qui intitulatur horologium sapiētie editus a beato hērico cognomento siso ordinis sacri p̄dicatorū. mystico noīe appellato a sapīa ī septīo capitulo secūdi libri huius op̄is amandus. Hīc beatissim⁹ vir multa miracula fecit: et fuit pn̄tatus ad canonizādū cū scō thoma de aq̄no eiusdē ordinis: cui⁹ sacrū corpus req̄escit an̄ altare sancti petri martyris ī conventu vlmensi provincie alemanie. Claruit aūt prefatus doctor anno gratie. m. ccc. Impressus venetijs per Petrū de quarengijs d⁹ palazago. mccccl xxxxij. die xxiiij. mensis Januarij. Augustino barbadico inclyto principe venetiarum regnante. *Huic notae subnexum est* Registrum. *Sequuntur octo folia sub eadem signaturarum serie, quae continent* Officium de eterna sapientia. *Titulus eidem praefixus, nec non* Rubricae, *sunt rubro colore impressae; legitur enim:* Incipit cursus seu officium de eterna sapientia compositū a beato Henricho syso ordinis predicatorū. *Terminatur verbo*, Finis.
In 4.° .... II. B. 38.

Hanc vere raram editionem memorant *Maittairus pag. 553. Poggio Notizie pag. 114.* et *Panzer Tom. III. pag. 325.* Charactere gallo-franco impressa est, et tantummodo signaturae observantur in inferioribus marginibus, haud vero custodes; in superioribus libri indicantur, sed foliorum numeri minime visuntur. Lineae 46. in columnis integris (nam duplici columna impressae sunt plagulae) numerantur, et initiales parvis elementis excusae sunt. Opus istud Germanico sermone scriptum a *Laurentio Surio Carthusiano*, *Ludovici Blosii* hortatu latine redditum fuit. Confer *Quetif. Tom. I. pag. 653.*

—— Exemplar alterum .... II. B. 39.
—— Exemplar tertium.................................... II. A. 20.

Sixti PP. IV. Bulla ad Confessarios circa vota. *Extat cum* Summa Baptistae de Salis. *Vide* Salis.

—— Regule ordinationes et constitutiones Cancellarie Sanctissimi dn̄i nostri domini Sixti divina providētia Pape. IIII. scripte et correcte in Cancellaria ap̄l'ca. *Is titulus praefigitur opusculo; in fine:* Lecte et publi. fuer̄t supradicte regule

Ro. in cācel. aposto. die Jovis. xix. mēsis decēbr. ano (sic) incarnatōis dñice. m. cccc. lxxi. Inditōe. iiii. ōtificatus (sic) etc. anno primo. G. de puteo. *Post quae sequitur* Regula prerogativarum. *In calce:* Lecta et publi. fuit Rome in Cancel. apost. die. Martis. xxiii. mēnsis augusti. m. cccc. lxxiiii. Pontificat' domini nostri Sixti divina providentia Pape quarti. Anno tertio.

In 4.° parvo.. XIII. D. 22.

De hac editione charactere semi-gallo-franco impressa, sic *P. Marchandius Diction. Histor. Tom. II. pag. 271. loquitur: C' est un in quarto de fort petite forme, sans nome de Ville ni d'Imprimeur at sans autre date que les précedentes, ma trés-certainement imprimé a Rome en ce tems-là, vû, qu' on n' y voit ni chifres de pages, ni de feuillets, ni signature de feuilles, ni reclames etc. etc.*

S O

Soccini Bartholomaei. *Vide* Sozzini.

Soccini Mariani. *Vide* Sozzini.

Soldani. Epistola ad Mahummedem II. *Inseritur* Mahummedis Epistolis. *Vide* Mahummedis.

Soldani Joannis Apostatae. Epistola ad Pium II. *Extat cum* Epistolis Aeneae Silvii. *Vide* Picolhominei.

Soldi Jacobi Ordinis Servorum B. M. V. Opus insigne de peste. *Praemissa est operi Epistola, qua* Jacobus Burgensis phisic⁹ Fratri Iacobo Florentino ordinis Dive Marie Servo4 S. dicit, *quae aversam folii primi paginam, et secundi folii columnam primam occupat. In hac Epistola* Jacobus Burgensis *admonet* Jacobum Soldum, *ne a malevolorum linguis religiosos homines de arte medica scribentes iniuste vituperantibus a maturanda praesentis opusculi generi humano maxime proficui editione, se detineri permittat. In folio tertio incipit* Prohemium, *titulo subjectum*: Jacobi soldi Florentini: viri religiosi ordīs dive Marie servo4. sacre theologie bachalarij eruditi opus īsigne de peste felicit' īcipit. Cohortāte magnifico cive et strenuo rei militaris viro Johāne Bartholomeo Ghezo placētīo amico optimo et bñmerito. *Haec Praefatio in columna secunda folii quarti ad lineam undecimam terminatur. Tum protinus sequitur* Capituiū (sic) primū de cā (sic) supnaturali. *Ad calcem operis legitur post verbum* Finis: Impssum Bononie p mgrm Joh⁹em schriber de Anūntiata. reverēdi magistri Thome de Bononia ordinis s⁹vo4 beate Marie Virginit. ī sacra theologia pfessoris excellētissimi tūc tpis collegij theologo4 Bononiēsium poris Decāi bñmeriti. Anno salutis. M. ccccIxxviij.
In 4.° parvo .... XII. B. 55.

Opus hoc 36. constat foliis, estque in duabus columnis papyro firmae, et minus politae charactere gallo-franco minusculo impressum. Desunt custodes, et paginarum numeri, sed signaturae suo loco visuntur.

Solini C. Julii. De situ, et mirabilibus orbis. *Tabula capitum, quae duo folia complectitur, praecedit, cui titulus adponitur:*

JVLII SOLINI DE SITV ET ME
MORABILIBVS ORBIS CAPITVLA.

Post tertium folium, quod est vacuum, indicatum opus a Praefatione exordium sumit, et haec verba praefixa gerit:

IVLII SOLINI DE SITV ORBIS TERRA-
RVM ET MEMORABILIBVS QVAE MVN-
DI AMBITV CONTINENTVR LIBER.

In fine haec sunt industria Typographi notata:

JVLII SOLINI DE SITV ORBIS ET MEMORABILIBVS QVAE MVNDI AMBITV CONTINENTVR LIBER IMPRESSVS VENETIIS PER NICOLAVM JENSON GALLICVM. M. CCCC. LXXIII.

In 4.° .... XII. C. 22.

Editio haec omnium princeps judicari potest, utut sentiant illi, qui aliam Mediolanensem sine anno eidem praeponunt. Excusor hujus operis nitori chartae, et typorum rotundorum, pro more, admodum intentus fuit; adeo ut typographicus hic labor, ut ceteri ejusdem Opificis, inter elegantiores editiones recenseri debeat. Insuper nostrum exemplar gallico more compactum est, et optima splendet conservatione, quasi recens e praelo. Lineas 33. in plenis paginis aliquot numeravi. Foliis 68. constat, quorum primum, quartum, et postremum characteribus carent. Margines lati supersunt, nec ullo signo insculpto sunt praediti. Initiales parvis formis excusae adparent, prima excepta, quae desideratur.

—— Alia editio. *In folio secundo recto Auctoris Praefationi titulus adponitur.* CAI Julii Solini rerũ memorabilium collectaneae. Solin' Avẽtino Salutẽ. *Hanc excipit Tabula, quae excipitur vicissim ab opere, cujus primi Capitis argumentum est hujusmodi:* De origine et tẽporibus urbis Romae et mensibus et diebus intercalaribus. Ca. i. *Ad calcem* FINIS *exprimitur: deinde subscriptio ista adcedit:* Impressum parmae per Andream Portiliam ãno Dñi. M. ccccIxxx. xiii. Kaleñ. Januarii.

In 4.° parvo.. XIX. F. 44.

Praesens editio, adcurate elegantibus typis rotundis impressa, nullum exsculptum gerit in amplis marginibus signum, dummodo excipias signaturas litteris Arabicisque notis indicatas. Lineae 28. numerantur in paginis integris; pro initialibus vel parva elementa, vel spatia tantum extant.

—— Alia editio. *Legitur in prima pagina:* SOLINVS DE MEMORABILIBVS MVNDI. *Imprimitur in eodem averso folio Epistola, vel Praefatio, quae verba in fronte haec habet:* CAI JVLii Solini re4 memorabiliũ colectãeae. Solĩus Avẽtĩo Salutẽ. *Opus incipit in folio secundo recto, praevio titulo primi capitis; et in fine hac typographica notitia praeditum est.*

Impressum venetiis per theodorum
de regazonibus (sic) de asula anno
domini m. cccc. lxxxxi.
Die xxiii. mẽsis augusti.
regnãte inclito dño
augustino barba
dico duce ve
netiarũ.

Registrum huius operis, *et* Tabula *adcedunt, quibus* FINIS *subscribitur:*

In 4.° parvo .... XIX. F. 41.

—— Alia editio, *quae cum praecedenti convenit usque ad calcem, ubi post verbum* FINIS *notatur:* Venetiis annọ domini. M CCCC. LXXXXIII. die xiii. Januariis. (sic). *Pagina superest vacua, nec Tabula libellus instruitur.*

In 4.° parvo.. XIX. F. 43.

—— Alia editio. *Tabula praecedit alphabetica, cui subnectitur Epistola Nuncupatoria, qua* Bartolinus Atriensis Lucae Passo Jureconsulto Excellentissimo. S. D. P. *Ista notanda sunt in hac Epistola, quae ad hujus editionis commendationem non parum faciunt:* Mitto itaque ad te mei in te amoris indicem Solinum polihystora qui cum antea multis erroribus refertus circumferretur a nobis multis adhibitis et novis et vetustis exemplaribus nonnullisque in illum Joannis Brittanici praeceptoris nostri observationibus castigatus est: ut putemus omnibus lingue latine cultoribus satisfecisse, Addidimus insuper tabulam etc. etc. *Data est Epistola* Brixiae VI. Kal. decembr. 1498. *Sequitur* Solini *Praefatio cum epigraphe:* Caius Julius Solinus Avẽtĩo suo Salutem Dicit Plurimam. *Inter hanc, et operis initium, vacuum occurrit folium. Ad calcem haec verba extant:* Solinus de mirabilibus mundi Brixiae per Jacobum Brittannicũ Impressus. Anno. MCCCCIIC. Die Vigesimo Novẽbris.

In folio parvo.. XIX. G. 4.

—— Exemplar alterum.................................... XIX. G. 5.

—— Alia editio, *cujus prima verba in antica pagina sunt gallo-francis elementis notata, scilicet:* Solinus De Mirabilibus Mundi. *In caeteris praecedenti editioni convenit etiam quoad typographicam notam; nempe legitur ad calcem:* Solinus de mirabilibus mundi Brixiae per Jacobum Brittannicum impressus Anno MCCCCIIC. Die Vigesimo Novembris.

In folio parvo.. XIX. H. 2.

Hanc secundam *Solini* editionem diligenter perpendi, et cum superiore accuratissime contuli; et duas plane diversas editiones esse, saltem quod spectat ad typographicum artificium, certissime deprehendi. Ex differentiis maxime obviis in iisdem observatis, praecipuas hic memorare libet; quod earum una, vel per se solam, nullum de diversitate editionum ambigendi locum relinquit.

I. In superiore titulus est charactere Romano majusculo; in hac charactere gallo-franco ordinario.

II. Illius Tabula paginas 14. cum dimidio occupat, duabusque columnis excusa est; hujus Tabula septem tantum, easque tripartitas.

III. Illius initiales florentes sunt, ligno insculptae; hisque caret altera haec, nisi quod initialis primi capitis grandem cujusdam Beati effigiem exhibet, dextera librum, sinistra crucem tenentem, ligno pariter insculptam.

IV. Hujus character superiore charactere major est; quo fit ut ejus paginae, etsi eodem numero, ac in praecedente, cum longiores, tum latiores sint paginis illius. Numeri insuper in summis foliis inscripti in hac Romani sunt, in illa Arabici. Generaliter autem in utraque initia, et fines paginarum conveniunt. Cur duas ejusdem operis editiones, eodem anno, eademque die notatas idem Brixianus Typographus evulgarit, difficile est divinare.

—— Alia editio, *quae in summitate primae paginae titulum gerit:* CAI. Julii Solini re4 memorabiliũ collectanee. Solinus Avẽtino. Salutẽ. *Epistola laudato titulo subjecta, cum subjuncto Indice Capitum totius operis, quatuor priora occupat folia. In folio quinto recto incipit,* De origine et tẽporibus ur-

bis Rome et mensibus et diebus intercalaribus. Capitulum primum. *Ad lineam xvii. folii recti cxx. opus desinit, verbis :* Finis. Laus Deo.
In 8.° magno .... XII. B. 59.

Sine notis typographicis. Editio est charactere Romano rudiusculo *Schurenneri de Bopardia*, qui lineas 26. implet in paginis integris. Desunt signaturae, numeri foliorum, custodes, initiales, et registrum. Capitulum *l.* in hac editione haud disjunctum fuit a *xlix.* Porro si prima *Solini* editio statuatur Veneta anni 1473., supra recensita, quam celebrant Eruditi omnes, et praesertim *Salmasius*, et in qua textus dividitur in capita lxx.; dicendum erit, eam vel ignotam fuisse Romano Typographo, sive Editori, vel nullam ejus habitam fuisse rationem; haec enim Romana satis mendosa est, et collata Jensoniana, quoad omnes suas partes, ea valde inferior esse invenitur.

—— Exemplar alterum .... XIX. F. 42.

Sommarivae Georgii. *Vide* Summarippae.

Soncinatis Pauli. Quaestiones in libros Methaphysicae Aristotelis. *In prima voluminis pagina sequentia verba leguntur :* Acutissime Qões Methaphysicales Fratis Pauli Sõcinatis or. pred. cõgregatiõis lõbardie. *Sequuntur tres vacuae paginae, exinde occurrit* Tabula titulorum questionũ Magistri Pauli Soncinatis super Methaphysicam, *tribus plagulis contenta. In folio sexto recto* Incipiunt questiones clarissimi sacre theologie professoris fratris pauli soncinatis ordinis predicatorũ vite regularis congregationis Lombardie in libros methaphysice Aristotelis. Proemium. *Ad calcem post verbum* FINIS *Typographus notavit:* Impressum Venetiis per Simonem Papiensem dictum Bevilaquam Anno domini. 1498. die 28. Septembris cum gratia et Privilegio.
In folio .... VIII. C. 37.

Sonetti Bartolomeo dalli. Isolario. *Opus metricum, cum figuris Geographicis penna delineatis. Auctoris nomen in pagina quinta sic legitur :*

Per a probar questa opereta fata (sic)
per me bartolomeo da li sonetti
intendo de monstrar con veri effetti
quanto che londa egiea abia cerchata
. . . .
Quindece volte intrireme son statto
oficiale e poi patrone in nave
merce di mei signor che onor ma fatto.

In 4.° .... XII. D. 16.

Sine ulla typographicà nota. Extabat rarissimum hoc opus apud *Pinellium Tom. IV. pag. 309.* et perpauca exemplaria vulgare potuit Auctor propter figurarum quantitatem, et qualitatem; nam omnes miniatae sunt. Ait enim, in pagina tertia :

Con le mie proprie man picta o ciaschuna
e in sto picol volume le agio poste
chome a piaciuto a la bona fortuna.

Con soi soneti in settuntadoe poste
a honor de christo e de soi scolari
che p̄dico il suo nome in piani e in coste.

Character gallo-francus est; sed tabulae Geographicae eleganter depictae sunt. Numeratis sonettis, et tabulis constat foliis 56., absque numeris, signaturis, et custodibus.

—— Exemplar alterum.................................| XII. C. 1.

Sotadis. De curis, quibus humana vita obnoxia est. *Legitur in principio:*

ΣΩΤΑΔΟΥ ὍΤΙ Ὁ ΒΙΌΣ ΠΟΛΛΩΝ
ΦΡΟΝΤΙΔΩΝ ΑΝΑΜΕΣΤΟΣ.

Extat hoc opusculum excusum cum Cebetis Tabula, *Vide* Cebetis.
.... XII. B. 80.

Sozzini Bartholomaei. Lectura super titulum ff. de exceptionibus. *Praeit titulus in summitate primae columnae:* In nomine domini amen. Incipit lectura excellentissimi et acuratissimi (sic) legum interpretis dn̄i Bartholomei Suzini: edita anno domini Mccccclxxxviij. de mense februarij in titulum. ff. de exceptionibus cum sequenti rubrica. *Ad lineam XXII. primae columnae ultimi folii aversi sequens typographica notitia habetur:* Impressum Mutine impensis diligentissimi viri magistri Petri Francigene ac magistri Pauli mundatoris civem Mutinensem emendatūq3 accuratissime per excellentissimū vtriusq3 iuris interpretem dominum Symonē de castel vitreo. anno salutis. Mccccclxxxxij. die vero decima Martij. *In secunda columna extat* Registrum, *cui subnectuntur verba*, Deo gratias.
In folio majori.. VII. C. 10.

Sozzini Mariani. Tractatus de Citationibus. *In aversa pagina folii primi sequentia verba leguntur:* Tractatus iste solemnis de citationibus editus a clarissimo. V. I. Monarca D. Mariano Sozino de senis et situatus sub rubrica de dilationibus continet'. Articulos. xxxv. quorum quilib3 b3 q̄3 plurimas q̄ones p̄ncipales qua4 unaqueq3 sub se continet q̄3 plurimas alias. Nūerus articulo4 cū numero q̄onū p'ncipalium cuiusq3 Articuli est notat' in supiori margine cuiusq3 columnae. *In sequenti folio incipit* TABULA SUPER ISTO SOLENNI Tractatu de Citationibus, *duobus foliis contenta. In folio tertio recto* TRACTATUS. Utilis quotidianus et practicabilis de Citationibus preclarissimi. V. I. interp̄tris Dn̄i Mariani Sozini de Senis ex proprio auctoris exemplari sumpto sub Rīca de Dilationibus per eum situatus Incipit feliciter. *Ad calcem:* Finis huius utilissimi tractatus de citationibus. Editi a Clarissimo. V. I. Mōarça. D. Mariano Soxino de Senis piscieq3 impressi ad Laudem individue trinitatis glorioseq3 virginis Marie. Scōrumq3 Jacobi et Sebastiani et Rafaellis de Orlandis de piscia die. xviiij. Junii anno incarnationis. m. cccclxxxx.
In folio majori.. VII. G. 28.

—— Duo Consilia in materia Excusatoris, *quae extant excusa cum* Tractatello de Executore domini Antonii de Cannaro. *Ad calcem:* Finiunt duo elegantissima cōsilia clarissimo4 doctorū in materia dicti tractat⁹. Excusatoris. *Dein:* Impressum Piscie Anno nativitatis. M. CCCC. LXXXIX. die. xvi. Februarij. Ad laudem dñi nostri Jesu xp̄i etc.
In folio majori... VII. G. 28.

—— Exemplar alterum................................ VII. G. 23.

—— Tractatus de Instantia. *In summitate primae columnae opus a sequenti titulo initium sumit:* Solepminis (sic) Tractatus instantia4 iudicio4 editus a clarissimo. V. I. Monarca. D. Mariano Sozino de Senis situatus sub c. venerabilis de iudiciis. Incipit feliciter. *Absolvitur hac typographica notitia:* Impressum piscie die p̄mo septembris anno ĩcarnat. m.ccccxci. Ad laudem individue trinitatis et gloriosissime virginis semper Marie.
In folio majori...... .... VII. G. 23.

—— Repetitio super tit. de litis contestatione *Praeit titulus in principio:* Per celeberrimū. I. U. doctorē D. Marianū Sozinum de Senis Super rubrica et ti. de litis contestatione incipit feliciter. *Ad calcem post verbum*, FINIS, *additur:* Solennis et utilis Repetitio super titulo de litis contes. et ut lit. nō cōte. dñi Mariani Sozini Senis impressa p̱ Henricum d⁹ harlem die xx. augusti. m.cccc.lxxxxij. *Adcedit Registrum.*
In folio majori... VI. G. 9.

—— Epistola ad Aeneam Silvium Picolhomineum. *Extat cum* Aeneae Epistolis. *Vide* Picolhominei.

S P

Spagnoli Baptistae Mantuani. *Vide* Mantuani.

Spartiani Aelii. *Vide* Scriptores historiae Augustae.

Speusippi. De Platonis Definitionibus, *latine*, Marsilio Ficino *Interprete. Extat cum* Jamblicho, *et aliis Scriptoribus ab eodem* Marsilio *latine versis. Vide* Jamblichi.

Spiera Ambrosii. Quadragesimale de floribus sapientiae. *Praecedunt duo plagularum fasciculi, Tabulam generalem Sermonum, et specialem alphabeticam rerum, complectentes. Deinde incipit opus titulo hoc praeditum :* Incipit quadragesimale de floribus sapiētie peroptimū editū et cōpositū per egregiū sacre theologie doctorē Magistrum Ambrosiū spiera tarvisinū ordinis frat4 servorū sancte marie ad dei laudem et ei⁹ matris totiusq3 curie sup⁹ne. Assit (sic) ergo principio virgo maria meo. *Ad Sermonum calcem versus latini hexametri Auctoris extant, totam sermonum materiam complectentes; tandemque legitur:* Quadragesimale de florib⁹ sapientie p⁹ optimū p⁹ sacre theologie p⁹fessorē eximiū fratrē Ambrosiū de Spiera Tarvisinū ordinis s⁹vo4 sancte Mariae virg⁹s intacte xp⁹i Jesu genitricis gloriosissime elegāter editū : et p⁹ mgr⁹m Vendelinum de Spira alamanū in urbe Venetia4 litteris eneis imp⁹ssū : finit feliciter Anno dñi Millesimo quadrīgentesimo septuagesimo sexto. die 18 mēsis decembris. *Deinceps additur* : Laus deo.
In folio parvo.. XIII. C. 7.

Editio haec princeps memoratur a *Crevenna* in *Novo Catal. Tom. 1, pag. 156.* et a *Laire* in *Catal. P. 1. pag. 405.* Satis nitidis gallo-francis elementis exprimitur, quae in columnis plenis summam perficiunt linearum 46. Custodes, et numeri foliorum; reperiuntur nullo pacto et tantum signaturae occurrunt cum litteris, et Arabicis notis. Pro initialibus spatia extabant, antequam Miniculator ibidem eas adpinxisset vario colore, prima excepta, quae auro, et floribus eleganter fulget.

—— Exemplar alterum, *cujus margines in prima operis pagina adfabre depicti sunt; et in prima littera Icon Auctoris adparet; caeterae initiales pariter vario colore sunt suppletae* .... III. D. 5.
—— Exemplar tertium, *duobus voluminibus compactum, pariter initialibus litteris illuminatis* .... III. E. 18-19.
—— Exemplar quartum .... III. F. 5.
—— Exemplar quintum .... III. F. 6.
—— Alia editio, *cui praemittuntur Sermonum argumenta, et Index alphabeticus undecim foliis contentus. In fronte folii XII. legitur rubro colore impressum :* Incipit quadragesimale de floribus sapientie per optimū editum et compilatum per egregium sacre theologie doctorem Magistrum Ambrosium spiera tarvisinū ordinis fratrum servorum sancte Marie ad dei laudē et eius matris totiusq3 curie superne. Assit ergo principio Virgo Maria meo. *Post sermones oc-*

currunt latini versus hexametri Auctoris ; deinde sequentia verba habentur: Hoc opus diligentissime emendatum p̱ Reverendum doctorem sacre theologie magistrum Marcum Venetum ordinis servorum Beate Marie. Impressūq3 Venetijs sūma cura et diligentia Antonij de Valentia: et Jacobi Britannici: et sociorum eius. Anno dn̄ice incarnationis. i48i. die 24. Martii. *His sequens carmen subjectum est:*

Si quis ades doctus Ambrosij nomē adorās
Et libros properas velle videre novos.
Hos eme quos manibus noctuq3 dieq3 retentis
Ediscas: valeant quid documenta dei
Et quo predicanda modo sint noīa xp̄i
Et quo te pariter virgo beata docet.
Cunctaq3 preterea. que ad sūmi culmina celi
Deducunt : facilem dantq3 prebentq3 viam.

In folio parvo... III. D. 6.

Impressum est hoc opus fasciculis signatis *A1. 116.* in duabus columnis, quarum utraque continet lineas 60. gallo-franci-characteris minusculi. Caret custodibus, et paginarum numeris. Litteras initiales parvas Typographus adjecit, sed diverso colore majores Miniculator reddidit, qui et primam adfabre depinxit.

—— Exemplar alterum.................................. III. D. 13.
—— Exemplar tertium .... III. E. 14.
—— Exemplar quartum .... III. E. 15.
—— Exemplar quintum.................................. III. E. 20.
—— Exemplar sextum .... III. E. 7.
—— Alia editio. *In folio primo averso Tabula generalis Sermonum imprimitur, et Tabula alphabetica, quae proxime adcedit, usque ad xiv. folium inclusive progreditur. In folio igitur xv. recto incipit opus, cui titulus ruber praefigitur hujusmodi :* Incipit quadragesimale de floribus sapientie per optimum editum et compillatum (sic) per egregium sacre theologie doctorem Magistrum Ambrosium spiera tarvisinū ordīs fratrum servorum sancte Marie ad dei laudē et eius mr'is totiusq3 curie sup'ne Assit q' principio virgo maria meo. *Ad calcem versuum, qui argumenta Sermonum indicant, Typographus notavit haec verba:* Hoc opus diligētissime emēdatum p. Reverēdū doctorē sacre theol. Magr'm Marcū Venetū ordinis s'vo4 btē Marie Imp'ssum q'. Venetiis p' Gabrielem grassis de Papia. Anno dn̄ice īcarnationis i485. xj. Aprilis. *Tetrastichon in laudem operis adcedit, ut in praecedenti editione; et penultima pagina Registrum, et signum Typographi rubrum ostendit.*
In 4.° parvo.. III. A. 3.

Ab Excusore hujus voluminis galli-franci characteres adhibiti fuere, qui lineas replent 50. in columna quacunque integra. Signaturas idem Artifex expressit; omisit vero custodes, foliorum numeros, et quasdam initiales; sed reliquas parvis supplevit.

—— Exemplar alterum .... III. D. 15.

—— Alia editio, *cujus titulus praecedentibus editionibus similis legitur, sed niger extat: in caeteris immediate praecedenti convenit, excepta nota typographica, quae in hac sic habetur:* Hoc op⁹ diligētissime fuit emēdatū ꝑ Reverēdū doctorē sacre theologie Magr̄m Marcū Venetū ordinis s⁹vo4 Btē Marie. Impressūq3 Venetiis summa cura et diligentia Boneti. Locatelli sumptibus et expensis D. Octaviani Scoti decimo Kalendas martij. 1488. *Post Tetrastichon in operis laudem, visitur Typographi signum, et in ultima pagina* Registrum. In 4.° parvo .... III. B. 6.

—— Exemplar alterum .... III. D. 9.

Spina Alphonsi a, Ordinis Minorum. Fortalitium fidei contra fidei Christianae hostes. *Praeit* Tabula fortalicij fidei *quinque foliorum; et in folio sexto recto* Incipit liber primus in quo continent tres considerationes. *In fine columnae secundae folii aversi clIIII.:* Anno incarnate deitatis. M. cccclxxxv. vj. Idus octobris. Indictione. iij. Hic liber (quē fidei fortalicium editor intitulavit) impssoria arte Nurembergk Impensis Anthonij Koberger inibi civem (sic) ē completus et in hunc finē usq3 perductus. *In prima columna ultimi folii recti habetur* Registrum ūm quod quaderni huius libri ordinari debent. In folio .... III. G. 5.

Prima editio hujus operis, quam memorant *Maittairus pag. 461. Roeder pag. 20. Panzer Tom. II. pag. 199.* Impressa extat duplici columna, quarum quaelibet continet summam 70. linearum gallo-franci characteris. In superioribus marginibus Typographus foliorum numeros adposuit, nec non *Considerationum, et librorum* indicationem, neglexit tamen in inferioribus oris signaturas, et custodes; et pro initialibus spatia reliquit.

—— Alia editio. *Sequentia verba majoribus gallo-francis elementis in prima pagina leguntur:* Fortalicium fidei contra iudeos saracenos aliosq3 christiane fidei inimicos. *In folio secundo recto* Tabula fortalicij fidei incipit, *et in folio IX.* Explicit. *In folio XI.* Incipit ꝓhemiū fortalicij fidei conscripti ꝑ quendā doctorē eximiū ordīs mīo4. Anno dn̄i. M. cccclix. in ꝑtibus occidentis. Et primū ponit⁹ scribentis intentio. *Prologo absoluto*, Incipit liber primus in quo continentur tres considerationes. *Opus terminatur ad lineam XI. primae columnae folii aversi cclxxxIX. et protinus subiungitur:* Anno incarnate deitatis millesimo quadringētesimo nonagesimo quarto vigesimo quinto die mensis februarij. hic liber (quē fidei fortalitū editor intitulavit) impssoria arte Nurmberge (sic) impensis Antonij Koberger inibi civem est consummatus. Laus deo. In 4.° .... II. D. 2.

—— Alia editio *In folio primo* Tabula fortalicij fidei īcipit cuius sunt libri hec et p̄mittit⁹ ꝓhemiū in quo laudes divīe annotāt⁹ et mittit⁹ q̄rela ante thronū maiestat⁹ dei et ponit. intētio scribentis. In p̄mo libro continent⁹ tres considerationes; *quae Tabula in secunda folii octavi columna, ad lineam xxx. explicit. Huic subnexa est narratio duorum miraculorum. In folio nono occurrit Prooemium, sine titulo impresso, quem tamen Calligraphus rubro co-*

ore his verbis adposuit: Incipit prohemiū in quo divine laudes annotāt' et mittit' querela aū tronū maiestat' dei et ponit' intēcio scribent'. *Terminatur in prima columna folii decimi recti, ad lineam xxiii., et in spatio ibidem relicto extat figura ligno incisa, et miniata exhibens turrim, et homines armatos contra daemones. In columna secunda opus initium sumit a titulo pariter per Calligraphum rubro colore sic inscripto:* Incipit liber primus in quo cōtinent' tres consideratōnes. *Terminatur opus in folio ccxxxii. averso, ad lineam xlv. secundae columnae, his verbis:* Tibi bone ih'u q' es turris fortitudis a facie inimici sit honor et glorie benedictio et graciarum actio sine fine. Amen.

In folio majori .... XIII. G. 10.

Sine ulla typographica nota. Prodiisse hanc editionem *Norembergae* apud *Kubergerum,* nonnulli autumarunt ob characterum affinitatem cum *Bibliis* hujus Typographi anni 1475. Sed major conformitas adparet cum Bibliis et aliis editionibus *Bernardi Richelii Basileensis*; hoc etiam docent *Seemiller Fasc. 1. pag. 152. Denis in Supplem. pag. 566. Laire Ind. 1. pag. 188.* et *Panzer Tom. 1. pag. 193.* Integrum hoc opus 232. folia continet, charactere gallo-franco impressa in duabus columnis; et utraque earum habet lineas 47. in ultimo vero sunt 45. Editionem praesentem maxime commendat chartae mundities, ac firmitas, marginum amplitudo, litteraeque initiales, diversis coloribus exornatae. Desunt signaturae, custodes, ac paginarum numeri, quos Calligraphus in superioribus marginibus adposuit rubro colore.

Totum opus in quinque libros est divisum. Liber primus agit de vera Christi militum armatura, et de fidei catholicae excellentia. Secundus primum de haeresi generatim agit, dein errores quosdam catholicae doctrinae oppositos refutat. Tertius iudaicam superstitionem impugnat. Quartus Saracenorum, et Mahummedis falsa dogmata confutat. Quintus de potestate, et daemonum fraudibus disserit. De Auctore huius operis non conveniunt Critici, ut in *Vincentii Placii Theatro Auctorum Anonymorum et Pseudo anonymorum de Script. Theol. n.ro 737.* videre est. *Casimirus Oudinus* in *Comment. de Script. Ecclesiast. Tom. III. col. 2672. Thomae Barbariensi* in partibus infidelium Patriarchae, Ordinis Minorum alumno adscribit, *Joannem Wolfium* secutus, qui anno 1600. *Rerum memorabilium* volumina duo *Lavinguae* vulgavit, in quorum primo ad annum 1450. *Thomam Barbariensem* hujus operis auctorem adfirmat. *Henricus Warthon in Adpend. ad Guil. Cave pag. 177.* satis firmis argumentis Auctorem esse *Alphonsum Spina Franciscanum Monachum* monstrat. *Lucas Waddingus*, in opera *de Script. Ordinis Minorum. Tom. 1. pag. 10.* luculentis verbis *Alphonsum Spina* Auctorem huius operis nobis ostendit. Hoc idem docent *Joannes Mariano in libro 22. de reb. Hispan. cap. 46.* et *Possevinus lib. 16. cap. 46.* Hallucinantur igitur, qui illud *Thomae Barbariensi*, aut *Gulielmo Totano* adscribunt, quum hic secundus tantummodo editionem lugdunensem anni 1511. curaverit, uti scribit idem *Waddingus* cit. loc.

Spinulae Jacobi. Oratio gratulatoria ad Alexandrum vi. nomine Genuensium. *Praecedit Auctoris Epistola Nuncupatoria sic inscripta:* Jacobus Spinola Ju. u. doctor Illustrissimo ac excell. Principi dño suo singularissimo Ludovico Mariae Bari Duci Salutē et cōmendationē. *Ad calcem Orationis:* Habita Anno M. cccc. xcii. pridie Idus Decembris.

In 4.° .... XIII. A. 42.

Extat excusa praesens Oratio eleganti charactere Romano *Stephani Plannck.* Sex folia continet, in quibus signaturae tantum visuntur. Memoratur ab *Audiffredo pag. 311.* et *Denisio pag. 503.*

—— Exemplar alterum .... IX. B. 9.

Spiriti Laurentii. Altro Marte, *sive Poëma italicum de vita, et rebus gestis* Nicolai Picinini. *Tabula praeit cuiusvis libri, et Capitis argumenta re-*

ferens, qua absoluta legitur: Deo gratias Amen Laurentius Spiritus, *quod iterum accidit post caput primum, ut inscribitur, sed rectius Prooemium, quod titulo huic subest:* Como elconte Jacomo si pacifico col duca e colo Re Como ando a milano Como ando a napoli Como fu preso et morto. Cap. i. *Hoc Prooemium tristichis italicis exaratum est, quemadmodum Poëma, quod incipit in folio quinto recto, et verbis hisce subnectitur:* INCOMINCIA IL Libro chiamato Altro Marte della vita et gesti dello Illustrissimo et potentissimo Capitanio Nicolo Picinino da perosa bisconti de aragonia Laurētius Spiritus de Perusia cōposuit. *Ad calcem tertii libri, sive totius operis legitur:*

Qui finisscie (sic) il libro chiamato altro mar
te composto e scripto per mano de
me Lorēzo Spirito da pero
scia abatiste de Ranal
do da peroscia finito
a di doi de aprile
mille quat
tro cēto
Setā
ta
Stampeta (sic) invicenza adi. viiij. de aprile
del M. cccc. lxxxviiij.
Deo gratias
Amen.

Registro *his adcedit.*
In folio parvo .... XII. C. 7.

Præsens editio, quodammodo rara, non innotuit *Facciolo*. Haec sunt in ipsa notanda: character gallo-francus in lineis 62. pro quavis columna; defectus numerationis foliorum, et custodum impressionis; initiales parvis suppletae elementis; signaturae litteris, et Romanis minoribus numeris expressae quae priores quatuor plagulas excludunt, ac tandem librorum adnotatio in superioribus marginibus majusculis typis.

SPOLETO F. CHERUBINO DA. Fiore di virtù. *In primo folio recto incipit opus a Prologo, cujus titulus:* COMENCIA VNA OPERA CHIAMATA FIORE DE VIRTVDE. CHE tracta de tutti i vicii humani i quali de fugire ihomini che desidera uiuere secondo dio. et insegna como se debia acquistare la uirtude e li moralissimi costumi provādo per auctoritade di sacri Theologi e de molti Philosophi ualētissimi. *Nota typographica hoc pacto exprimitur:*

De le uirtu: io son chiamato el fiore
Le feste almen: lezeme per amore:
Fui rinovato: nel milequatrocento
Setanta quatro: nel beretin convento
De la cha grande se chiama la giesia
Grande ornamento de lalma Venesia.

In 4.° .... XIII. B. 24.

Hoc opusculum, suppresso Auctoris nomine, pertinet ad *Fratrem Cherubinum de Spoleto ex Ordine Minorum*, qui floruit circa annum 1468. Vide *Waddingum Ann. Min. Tom. XIII. pag 334.* qui ibidem exponit, quid per *la cha grande* intelligitur, scilicet Conventus Minorum Conventualium *Venetiis*; per *giesia*, Ecclesia; et per *Beretin* habitus cinerei coloris quo Venetiis utebantur dicti Religiosi. Opusculum constat 75 foliis excusum rotundo rudiusculo typo, qui implet lineas 23. in paginis plenis. Caret signaturis, foliorum numeris, et custodibus. De hac editione, sic *Deburius Bibl. Instruct. n. 1335.* scribit: *Edition originale, rare, et recherchée des Curieux. L'on connoit assez dans la Republique des lettres la rareté singuliere de ces sortes de livres imprimés dans les Monasteres, dont on ne tiroit que très peu d'exemplaires; ce qui les rendoit précieux et rares même en paroitant. Rareté qui par le laps du temps n'a fait qu'augmenter de plus en plus.*

—— Alia editio, *quae initium sumit a Prologo praenotatis his verbis:* Comincia una opera chiamata fior de uirtu: La quale tracta de tutti li uitii humani: li quali debono fugire li homini che desiderano uiuere secondo dio. Et insegna come se debia acquistar le uirtu: et li costumi morali: puandolo p auctorita de sacri theologi et de molti philosophi doctissimi. *Absoluto Prologo in aversa pagina ejusdem primi folii ad lineam XII. protinus incipit* Capitulo primo del amor in generale. *Terminatur opus ad lineam XXV. folii LIX. recti, et additur a Typographo:* Fine del libro chiamato Fior de virtu. Lo quale sie ĩpresso Nel anno Mcccclxxxi. a di xxi. de Marcio. *Adcedit in postica pagina initium* Evangelii S. Ioannis, *tristichis italicis conscriptum, praevio titulo:* Vangelio di Sancto Joanni, *et in linea x. penultimae paginae desinit, cui subjungitur:* Laude sia a te christo. *Post spatium trium linearum:* Comincia la tavola di li quaderni e carti. *Ultima plagula est vacua.*

In 4.° parvo .... XI. B. 38.

Haec editio, sine loci indicatione, et Typographi nomine, eximiae raritatis iure censeri debet, quum incompertam deprehenderim: adii enim post Bibliographos diligentiores, et Catalogorum Scriptores, nec ullum vestigium ejusdem apud eos reperi, adeo ut in ea opinione confirmatus sim, ipsam omnium Bibliographorum nempe diligentiam fugisse, ac proinde exactiori descriptione indigere, ut primum forsan a nobis excitatam. Typus rotundus, ac idem omnino, quo *Arnaldus de Bruxella* impressit *Libellum de Mirabilibus Civitatis Puteolorum:* idem typographicum artificium, eadem impressionis oeconomia, eademque papyri qualitas; hinc sine erroris periculo contendo eam a laudato Typographo *Neapoli* exaratam fuisse. Foliis 60. constat opusculum, et in quilibet integra pagina numerantur 29. lineae. Desunt custodes, foliorum numeri, et signaturae, initiales denique parvis notantur elementis.

—— Alia editio. *Primum folium voluminis continet Indicem capitum, et argumenta in iis contenta. Praefixus est titulus:* Questo (sic) sono li capitoli o vero Rubricae di questo libro. *Opus incipit in secundo folio recto a titulo, in praecedentibus editionibus notato. Desinit ad lineam XXVIII. folii recti l. hac notitia typographica:* Fine del libro chiamato Fior de virtu Lo quale sie impsso Nel anno. M. cccc. lxxxij. adi. xix. de Marcio. *In postica facie occurrit* Vangelio di Sancto Joanni, *tristichis italicis, ut in praecedenti editione, terminaturque in penultima pagina, verbis:* Laude sia a te christo.

In 4.° parvo .... XIII. A. 36.

Praesens editio, loci, et Typographi indicatione destituta, uti innuit *Fossius Tom. III. pag. xxii.* referri potest ad *Florentinum typographeum Ripolitanum.* Impressa est rotundo, sed aliquo modo rudiusculo charactere in charta satis firma, sed fusca, ed in quavis integra pagina extant 32. lineae. Caret foliorum numeris, custodibus, et initialibus, pro quibus spatia extabant, et quae a Miniculatore suppletae visuntur rubro colore. Signaturae adparent, eaeque pertingunt ab *aij.* ad *giij.*

—— Alia editio, *cujus titulus Prologo praefixus, idem est ac in praecedentibus notatis editionibus. Ad lineam xvii. folii xliv. aversi desinit opus, et protinus notitia haec typographica subnectitur:* Fine del libro chiamato Fior de uirtu: Lo quale ha impresso il diligente homo Maestro michele manzolo da Palma habitante in trivisi. Nel anno Mccccxxxviiii. adi xv. di Jenaro Principe di Viniegia (sic) Lo inclyto et magnanimo huomo Joanni Mozenico. *Sequitur* Vangelio di Sancto Joanni, *quod terminatur in sequenti pagina, verbis:* Laude sia a te christo. *In postica pagina occurrit Index capitum, cum titulo:* Questi sono li capitoli o uero rubriche de questo libro.
In 4.° parvo.. II. D. 14.

Praesens editio fugit Bibliographos fere omnes. Excusa est rotundo charactere, qui summam perficit in quavis integra pagina linearum 34. Desunt custodes, et foliorum numeri, et tantum signaturae observantur, litteris Romanisque numeris instructae, ac initiales parvis elementis adpositae.

—— Alia editio, *in cujus prima pagina, tabula xylographica imprimitur, in qua* F. Cherubinus *floribus, avibusque stipatus ante ostium Conventus repraesentatur. Huic tabulae subditur titulus:* Incomĩcia una opereta utilissima chiamata Fiore de uirtu: La quale tratta de tutti li uicii: humani i quali gli homini che desiderano uiuere secũdo dio debono fugire Et insegna come se debia acquistare le uirtute li costumi morali provãdo per auctorita de sacri theologi e de molti philosophi dotissimi (sic). *Margines omnes hujusmodi paginae xylographico ornatu sunt referti, et biblicas icones continent. Desinit opus ad lineam xxvii. secundae columnae folii xxx. recti, verbis,* Laus deo Amen. *Exinde:* Impressum Mediolani per magistrum Leonardum pachel Anno dñi. M. cccc. lxxxxviiii. die. iii. Junii. *In aversa facie legitur Index, cujus titulus:* Questi sono li capituli: ouero rubriche che se conteneno in questo libro.
In 4.° parvo.. XIII. B. 15.

Nec *Saxio*, nec caeteris Bibliographis innotuit haec editio. Excusa cernitur rotundo charactere, duplici columna, et in unaquaque earum numerantur 39. lineae. Omisit Typographus paginarum numeros, ac custodes, minime vero signaturas, quas parvis elementis, et minoribus Romanis numeris instruxit. Litteras initiales adjecit florentes ligno incisas. Quodlibet quoque capitulum figuris xylographicis tam ex Sacra Scriptura, quam ex naturali historia adsumptis illustrare Editor studuit.

—— Vite Matrimonialis Regula
Brevis eiusdem ad Jacobum de Borgianis Fe
liciter incipit.

Adductus titulus, in summitate primae paginae excusus, satis ostendit editionis exemplar, ex quo exscriptus est, mancum fuisse, et ex duobus opusculis a F. Cherubino *ad* Jacobum de Borgianis *scriptis, alterum tantum in eo conti-*

neri, quod et manifestius ostendunt ejusdem signaturae, de quibus infra. Opusculum desinit in linea secunda ultimae paginae, cui subscribitur AMEN: *ac deinceps:*

FINIS Gratias Deo et Marie Semper Vir
gini Impresso Florentie per me Nicholaum
Alamanum Die. XXII. Octobris
M. CCCC. LXXXII.

In 4.° parvo.. XIII. D. 38.

Editio Constat 40. foliis, estque charactere rotundo sine nnmeris, custodibus, et registro, sed cum nova quadam signaturarum specie (si tamen signaturae appellari possunt) a nobis nunquam alias observata. Positae eae sunt in sinistro inferiori angulo paginarum parium eo loci, ubi reclamantes poni consueverunt, duabus sibi proxime succedentibus alphabeti litteris in duobus prioribus cujuslibet quaternionis foliis inscriptis, reliquis aliis sex foliis sine ulla nota dimissis. Ex. gr. primum folium primi quaternionis hujus exemplaris, pagina secunda eo, quo diximus loco, signatur: *m*: secundum folium pagina similiter secunda, eodemque loco signatur: *n*: sequentia sex folia omni signatura carent. Idem factum est in sequentibus quatuor aliis quaternionibus, quorum signaturae sunt: *o*: *p*: — *q*: *t*: — *s*: *t*: —: *v*. — *x*. Ex quo adparet folia hujus opusculi esse num. 40. Hinc autem pronum est colligere pari quaternionum foliorumque numero constare priorem partem, eorumque signaturas esse, *a. b. c. d. e. f. g. h. i. l.*

—— Venerabilis in Christo patris Fratris Cherubini de Spoleto ordinis minorum Spiritualis vite compendiosa Regula quedam hec est: *Is titulus latine inscriptus, et rubro colore excusus, praefigitur opusculo italice composito, quod absolvitur ad lineam x. folii xxix. aversi, et subjungitur:* Laus Deo. *Sequitur protinus* Repertorio di questa Opera, *quod desinit in sequenti averso folio verbis:* DEO GRATIAS. *deinceps:* Impressum Bononie per me Platonem stampatorem Anno dñi. Mcccclxxxvij. die vero primo Novẽbris.
In 4.° parvo.. II. D. 6.

Fugit haec editio insigniores Bibliographos. Ejus character est semi-gallo-francus, pinguis, et conspicuus, qui lineas 41. in paginis perfectis implet. Signaturae *ai* — diij in inferioribus marginibus excusae sunt. Custodes, et foliorum numeri nulli existunt. Initiales parvis elementis sunt notatae, prima excepta, pro qua spatium tantum extat.

Spreti Desiderii. Tractatus de amplitudine, devastatione, et restauratione urbis Ravennae. *Postica pagina folii primi exhibet Epistolam, qua* Magnifico ac clarissimo domino Nicolao Foscaro Patri. Ve. Jacobus Francus Raveñ. S. P. D., M. ccclxxxix. vii. Cal. Septembris. *In secundo folio recto alia habetur Epistola* Desiderii Spreti Ravennatis: de amplitudine: devastatione: et de instauratione Vrbis Ravennae: Ad aequestris ordinis Virũ clarissimũ Dominũ Jacobũ Antoniũ Marcellũ patricium venetum. *Hac absoluta, protinus in eadem pagina incipit* De origine et amplitudine urbis Ravẽnae Liber primus. *Opusculo adcedunt Inscriptiones Lapidariae, quae in praedicta urbe inveniuntur, quibus expletis, occurrit alia Auctoris Epistola sub epigraphe:* Magnifico et claris. aequiti artiũ utrisque doc. Vitali Lãdo patritio veneto praestantiss. de-

siderius spretus Ravēnasse (sic) plu. cōmen. *Ad lineam quintam folii xxiv. recti desinit verbo* FINIS, *et immediate legitur* Mauri Ugerii Mantuani ad Jacobum Francum Ravennatem elegiuncula, *decem distichorum, et sequens typographica nota, ultimo loco excusa est:* Impressum Venetiis per Matheum Capcasam parmensem anno nativitatis domini. M. cccclxxxviiii. die. quarto Septembris.
In 4.° parvo... XII. A. 17.

Erravit *Maittairus pag. 507.* et *pag. 781.* referens editionem hanc ad annum 1488., nisi dicere velimus, aliam hujusmodi opellae extitisse editionem ab ipso inspectam, quae latuit caeteros Bibliographos, qui hucusque praesentem tantummodo agnoverunt. Vide *Panzer Tom. III. pag. 270. De la Vallière Tom. III. pag. 167. Bolongaro Crevenna Tom. IV. pag. 109.* Excusa est minuto, sed nitido rotundo typo, in charta satis alba, et compacta, integrae paginae continent summam linearum 38. Numeri foliorum, custodes, et initiales, pro quibus vacua spatia relicta fuere, penitus desiderantur, haud vero signaturae, quae instructae cernuntur litteris Romanisque numeris. Totum opusculum complectitur 24. folia.

—— Exemplar alterum................................ XIX. F. 54.

S Q

Squarzafici Hieronymi. Vita Ioannis Boccaccii; *italice. Extat ad calcem* Philocoli *ejusdem* Boccaccii. *Vide* Boccaccii.

—— Vita Flavii Iosephi. *Extat cum* Iosephi *operibus. Vide* Iosephi Flavii.

—— Expositio aliquot Petrarchae carminum, *italice, sive supplementum* Expositionibus Francisci Philelphi. *Extat cum textu* Petrarchae. *Vide* Petrarchae.

—— Vita Francisci Petrarchae. *Extat praefixa opusculis ejusdem Petrarchae. Vide* Petrarchae.

—— Versio italica Aristeae de lxxii. Interpretibus. Venetiis 1490. *Extat cum* Bibliis *italice versis a* Malermio. *Vide* Biblia.

—— Epistola reverendissimo in Christo patri domino Antonio Saracho Archiepiscopo Corinthiensi, et reverendissimi domini Patriarchae Venetiarum Vicario. Venetiis ex aedibus solitae habitationis quarto nonas junias. M.cccc lxxvii. *Nuncupat ipsi* Asconii Pediani, Georgii Trapezuntii, Antonii Luschi, *et* Ticconis Polentoni *argumenta, et inquisitiones in aliquot orationes* Ciceronis, *quas hortatu* Marci Barbi Patritii Veneti *collegerat, ope humaniorum Typographorum, quos in ea Epistola laudat. Extat cum* Asconio Pediano. *Vide in Appendice*, Asconii.

—— Epistola *praefixa* Epistolis Leonardi Arretini, *una cum* Antonio Moretto Brixiensi; *istante* Jacobo Zeno Episcopo Patavino. *Vide in Appendice* Arretini Leonardi.

—— Epistola Francisco Leoni Simonis filio Patritio Veneto *in editione* Bibliothecae Diodori Siculi, *ex Versione* Poggi. *Vide* Diodori Siculi.

Multa alia Hieronymus Squarzaficus *vel sua, vel aliena curavit edi* in urbe Venetiarum.

S T

Stabili Francisci (*alias*) Cicco Asculano. Acerba, *italico rhythmo. Primum folium in nostro exemplari desideratur, et in secundo incipit opus, cujus titulus :* Incomincia il primo libro del clarissimo philosopho ciccho Asculano dicto la cerba. *Libris, et Capitulis constat opus, carmine hendecasyllabo, cum rhythmis, vulgo* terzine, *exaratum, in quibus primi versus desinentia, desinentiae tertii antecedentis tantum consonat. Primum capitulum primi libri Prooemio ejusdem metri subjacet; nam in quinque libros dividitur opus, quorum tituli priorum capitum sic exprimuntur : I.* De le intelligentie che moveno questi cieli. *II.* De la natura de la fortuna, et come reprende Dante. *III.* del amore. *Liber cui titulus;* De le pietre preciose etc. etc. *inter IV. et V. librum locum obtinet. V.* Delli problemi natura li circa la scienza mondana. *Opere absoluto,* Incomincia la tavola supra la precedente opera a trovare il suo tractato de capituli in capitulo et primo del proemio. *Ad calcem hujus Tabulae legitur :* Finit opus cecchi Asculani est impresum (sic) per Thomam de Alexandria in Inclita civitate Venetiarum. Duce Joãne Mocenico Anno ab incarnatiõe domini. M. CCCC. LXXXI. Die V. Men. Septen.
In 4.° parvo.. XII. B. 50.

Editio videtur rarissima ob silentium Bibliographorum, penes quos eam frustra quaesivi. Rotundis formis est impressa, quae lineas 26. in pagina integra occupant. Charta alba, et compacta Impresso usus est, cujus latissimi margines tantum signaturas habent, quae parvis litteris, minoribusque Romanis numeris sunt expressae; custodes, et foliorum numeri desunt. Initiales parvis elementis sunt indicatae.

—— Commentaria in Sphaeram Mundi Joannis de Sacrobosco, *cum textu* Joannis de Sacrobosco, *et aliorum* Commentariis, *in quo volumine Auctor sub nomine* Cicchi Esculani *venit. Vide* Sacrobosco.

Statii Publii Papinii. Sylvarum libri V. *ex emendatione, et cum Commentariis* Domitii Calderini. *Quibus accedunt aliquae aliae ejusdem* Calderini Lucubrationes. *In primo folio averso singula indicantur, quae in volumine continentur, hoc modo :*

Επωπισων

HOC VOLUMINE DOMITIVS INSERVIT
Sylvarum Statii Papinii libros quinq3 a se emendatos :
Commentarios : quos in Sylvas composuit
Commentariolos in Sappho Ovidii quos edidit
Propertii loca obscuriora a se elucubrata
Particulam ex tertio libro suarum observationum : ubi
nonnulla explicata sunt : quae ad linguae latinae rationem
magnopere pertinent :
Totum opus quanti laboris fuerit ex rebus quae in eo
reperies : facile cognoscas.

In sequenti folio recto incipit Epistola :

DOMITII CALDERINI VERONENSIS SECRE
TARII APOSTOLICI : AD AVGVSTINVM
MAFEVM VERONEN. SCRIP. APOST.
IN SYLVAS STATII PAPINII.

qua ei suas in Statium *elucubrationes dicat, quaeque quinque fere occupat paginas. Sub hujusmodi Epistolae initium* Brotheum *carpit, quem aliquando* suo nomine, et noto *se appellaturum pollicetur. Non longe autem a fine, suarum ad eam diem tum editarum, tum solummodo compositarum elucubrationum meminit, inter quas et recensionem* Tabularum Ptolemei, *quae ex ejus emendatione jam tum, ut ipse ibidem scribit, imprimebantur, numerat. In sequenti pagina, seu septima, occurrit carmen versuum 25., quo*

Domitius Hortatur Statium Papinium ut
redeat Neapolim in patriā : ubi ei blandiet'
Franciscus Aragonius Regis. Ferd. F.
Nuper non fueras in Vrbe notus:
Incultus: Lacer : Horridus: retonsus :
Nunc etc. etc.

In pagina tandem nona in scenam prodire incipit Statius *ipse, quem ab initio ad finem suis Commentariis comitatur* Calderinus. *Titulus praefixus sic habetur:*

EX EMENDATIONE ET INTERPRE-
TATIONE DOMITII CALDERINI VE
RONENSIS STATII PAPINII NEAPO-
LITANI SYLVARVM LIBER PRIMVS
AD STELLAM.

Inscriptio ad Augustinum Mafeum *uncialibus elementis toties repetitur, quoties novus incipit Commentarius. Ad calcem ultimi Commentarii, sequens legitur subscriptio :*

DOMITII CALDERINI VERONENSIS
SECRETARII APOSTOLICI. SYLVA
RUM RECOGNITIO ET INTERPRE
TATIO : QUANTI LABORIS FVERIT
OPUS VIGILIARVMQVE BONORVM
JVDICIVM ESTO: VIRTVTI DATVM
ET POSTERITATI ROMAE K. SEXTI
LIBVS. MCCCCLXXV.

In averso folio sequitur brevis PAPINII VITA. *Post folium deinde utraque parte album sequuntur Commentarioli in* Sappho Ovidii , *et* Elucubratio in obscuriora quaedam Propertii loca , *praemissa Epistola Auctoris :*

AD FRANCISCVM ARAGONIVM
FERDINANDI REGIS NEAP. F.

His succedunt Observationes , *quibus alia praemittitur Epistola ad eundem* Franciscum Aragonium , *hoc titulo :*

DOMITII AD FRANCISCVM
ARAGONVM EPILOGVS ET
Προσφωνησις DE OBSERVATI
ONIBUS.

In ultimo folio averso harum observationum haec leguntur :

Domitius ad lectorem.

Sic mihi perpetue contingant murmura laudis.
Et bona post funus hora superstes eat
Vt nostros cupio multis prodesse libellos.
Famaq3 non ullo tincta cruore placet.
Me legat invitus nemo : non scripsimus illi
Huic scripta est : si quem pagina nostra iuuat.

Infra quod carmen occurrit haec alia Typographi subscriptio:

. IMPRESSIT .
ROMAE AD AEDES MAXIMORVM
ARNOLDVS PANNARTZ
E GERMANIA IDIB. SEXTILIB
ANNO A NATALI CHRISTIANO
MCCCCLXXV. XYSTO PONT. MAX.

Huic subnectitur illud Antonij Seripandi ex Jani Parrhasij testamento. *In sequenti autem folio recto habetur* Registrum hujus libri.
In 4.° magno.. XII. E. 14.

Editio princeps, et eximiae raritatis duplici rotundo, atque elegantissimo charactere impressa; majori nempe, quoad textum *Statii*, *Comment. Calderini in Sappho* etc. etc. et minori, quoad Commentarios eiusdem in *Statium*. Commentarii vero neque ambiunt textum, neque ad latus eiusdem positi sunt; sed infra eundem locati. Chartam albam admodum, et spissam plurimum commendare debemus, nec non latos margines, in quibus notulae mss. a *Jano Parrhasio* passim observantur charactere modo rubro, modo subalbido. Signaturae nullae, nullique custodes in marginibus in-

ferioribus adsunt, sed et superiores pariter numeratione destituuntur plagularum. Textus character lineas 34. Commentariorum vero aliquando 36, aliquando 37. in plenis paginis occupat. Quae autem de editione operum omnium *Statii*, cum *Commentariis Calderini* hoc ipso anno *Romae* peracta a *Pannartzio* leguntur apud *De Burium*, et qui eum sequitur, *P. Laire*, quorum uterque ipsi assuit subscriptionem, quae legitur in praecedenti Romana *Sylvarum* editione, ejusmodi sunt, ut tuto negligi posse videantur. Hinc in Registro descriptae editionis frustra quaeras folia *Thebaidos*, et *Achilleidos*, quas laudati *De Burius*, et *P. Laire Sylvis* praemittunt.

— Alia editio, *quae eadem prorsus complectitur, exceptis* Epistola Sapphus, commentario *in eamdem, et* Elucubratione in obscuriora Propertii loca. Statii *opus de* Sylvis *eodem ordine in hac editione est dispositum, ut in praecedenti. Ad calcem* Statii *textus*: Sylvarũ quinto libro finis Domitius calderinus veronēsis secretarius apostolicus emendavit interpretatusque est Romae. calendis sextilibus. Mccccixxv. Τέλος. *Post* Commentaria, *iterum legitur*: DOMITII CAlderini Veronensis secretarii apostolici: sylvarum recognitio: et interpretatio Quāti laboris fuerit Opus Vigiliarumque bonorum iudicium esto. Virtuti datum et posteritati Romae Kal.⁹ sextilibus: MCCCCLXXV. *Sequitur* PAPINII VITA. In folio parvo .... XII. E. 32.

Editio haec Bibliothecarum cimeliis adnumeranda ex plurium praecipuorum Bibliographorum silentio videtur. Satis elegans est character duplicis moduli, nam majori textus *Statii*, qui lineas 42. occupat in plenis paginis, minori vero *Commentarium* exprimitur, et implet 51. lineas. Custodes, et numeros foliorum frustra quaesivi, signaturas autem inveni marginum extremitati impressas, et sociatas numeris Romanis, quae seriem comprehendunt *at — mttt*. Principes litterae desunt, et spatia tantum extant; tituli vero *Satyrarum Statii*, uncialibus formis sunt excusi. Quae quum in calce *Silvarum Statii*, et *Commentarii Domitii Calderini* easdem subscriptiones, ac *Romana* exhibeat, credi posset et ipsam *Romanam* esse, sicuti reipsa credita fuit ab antiquo hujus voluminis Possessore. Sed dubitari nequit, quin *Veneta* sit, et quidem *Romana* posterior, ut ex notatis subscriptionibus adparet, ac tantummodo opus a *Calderino* interpretatum fuerit *Romae Kal. Sext. 1475*.

— Achilleis. *Titulus praefixus is est*: PAPINII STATII SVRSVLI ACHILLEIS. *In aversa pagina ultimi folii legitur*:

PAPINII STATII SURSULI
ACHILLEIDOS FINIS
M. CCCC. LXXII.
NICOLAO TRO
NO PRIN
CIPE
VENETIS.

In 4.° parvo .... XII. B. 36.

Editio princeps, quam *Denisius in Suppl. pag. 699.* memorat, et commendat quamplurimum. Custodibus, numeratione foliorum, et signaturis instruere neglexit Typotheta hoc opus, et pro initialibus, spatia vacua reliquit. Typus rotundus, elegansque est, et *Johannis de Colonia* videtur. Lineae 24. numerantur in paginis in quibus litterae versuum initiales a sua voce distantes visuntur. Foliis 24. constat opusculum.

— Thebaidos lib. XII. *ex recensione* Bonini Mombritii. *In postica pa-*

gina separati folii in principio voluminis suti, occurrunt versus 32. sic inscripti: Boninus Mombritius. M. D. Bartholomeo Chalco Ill.' ducum Mli.' Secretario. S. D. *In sequenti folio opus incipit a titulo:* L. PAPINII STATII SVRCVLI THOLOSANI THEBAIDOS LIBER PRIMVS: *Ad calcem sequentia habentur verba:*

Bon. Membr. M. D. Barth. Calco. S. D.
Accipis impressam Beloveside Thebain urbe
O decus o uitae spes nimis ampla meae.
Vive memor nostri nihilum iam qùaerimus ultra:
Quam q3 sis nostri Bartholomeae memor.

In folio parvo .... X. H. 24.

Exemplar nitidissimum, atque integerrimum editionis rarissimae eximiae, quam *De Burius in Catal. Ducis de la Valliere Tom. II. pag. 110. n. 2545.* refert impressam *Mediolani* circa annum 1478. Eodem rotundo, et nitido typo excusa est, quo idem *Mombritius Mediolani* impressit eo anno librum, cujus titulùs, *Vitae Sanctorum.* Priores litterae versuum, qui sunt 35. in paginis plenis, parvo intervallo ab aliis distant. Custodes, et numeros foliorum Typographus omisit; signaturas elementis, Romanisque numeris expressit. Initiales parvis formis tantum excusae Minicularii Artificio indigent.

—— Alia editio, *seu rectius,* Exemplar alterum; *nam una eademque editio est: quod evincitur ex eadem typorum forma, chartae qualitate, et impressionis opificio; sed in hac ad calcem textus haud legitur inscriptio versibus praefixa, sed tantummodo extant verba,* DEO GRATIAS, *et his subnectuntur duo disticha supra notata:*
In folio parvo.. XII. E. 13.

Hoc exemplar praestantissimum censendum est, tum ob diversitatem in calce jam notatam, quam nemo Bibliographorum huc usqe observavit, fortassis propter raritatem exemplarium, tum ob notulas mss. a *Jano Parrhasio,* qui hoc exemplum adnotationibus, summariis, in foliis sutis cuiuslibet impressae paginae, et correctionibus marginalibus, et interlinearibus abunde instruxit, partim rubrica, partim nigro atramento. Eius nomen in fine voluminis sua manu scriptum cernitur.

—— Opera omnia, *scilicet* Thebais, *cum* Commentario Lactantii Placidi: Achilleis, *cum* Commentario Francisci Mataratii; *et* Sylvae, *cum* Commentario Domitii Calderini. *Opus incipit in secundo folio recto, cui adest impressus titulus:* Placidi Lactantii interpraetatio in primum librum Thebaidos. *Hoc Poëmate absoluto, post vacuam paginam incipit* Achilleis, *ac primo notitia quaedam de Poëta, et Poëmatis argumento, cui verba praefiguntur:* Recollecta super Achilleida. P. Papinii Statii: tradita a domino Frācisco Mataratio perusino viro disertissimo. *Versus inter haec, et Poëmatis initium extant, qui argumentum complectuntur. Praefigitur* Sylvis *Nuncupatoria Epistola* DOMITII Calderini Veronensis secretarii apostolici ad Augustinum mafeū Veronensem scriptorem apostolicum in Sylvas Statii papinii. *Inter Epistolam, et* Sylvas *oc-*

currit exhortatio metrica, cum titulo : Domitius hortatur Statium papinium ut redeat neapolim in patriam. ubi ei. blandictur Franciscus aragonius Regis Fer. Fi. *Ad calcem* Sylvarum, *et* Commentarii *eadem extat subscriptio, ex qua adparet opus a* Calderino *concinnatum fuisse* Romae Kal. Sext. 1475. *et quam supra indicavimus. In postica pagina hujusmodi folii habetur* PAPINII VITA. *Sequitur Epistola* Ovidii *sub nomine* Sapphus ad Phaonem, *cum eiusdem* Calderini *Commentario, et Epistola Nuncupatoria ad* Franciscum Aragonium; *ac deinceps ejusdem* Calderini Elucubratio in quaedam Propertii loca, *cui additur excerptum ex tertio libro observationum* Domitii *laudati. Haec omnia excipiunt sequentes versus* Domitii ad Lectorem :

> Sic mihi perpetuae contingant murmura laudis.
> Et bona post funus hora superstes eat.
> Vt nostros cupio multis prodesse libellos.
> Famaque nonnullo tincta cruore placet.
> Me legat invitus nemo non scripsimus illi.
> Huic scripta est si quem pagina nostra iuvat.

Adcedit nota typographica : Venetiis per Octavianū Scotū Modoetiēsem. M. CCCCLXXXIII. Quarto nonas decembris. FINIS. *Sequitur* REGISTRUM *in penultima pagina.*

In folio .... X. H. 16.

—— Exemplar alterum .... X. H. 15.

—— Alia editio, *quae eadem prorsus complectitur, eodemque ordine. Post versus in fine operis occurrit Registrum, ac deinde Typographica notitia, scilicet :* Impressum Venetiis per Magistrum Iacobum de paganinis brisiensis. M. CCCCLXXXX. XXIIII. Decembris. FINIS. *Accedit illud* Antonii Seripandi ex Jani Parrhasii testamento, *qui hoc volumen instruxit notulis mss. marginalibus, et interlinearibus.*

In folio .... X. H. 17.

—— Alia editio, *in qua eadem continentur, licet diverso ordine in hac sint disposita, ut in prima pagina legitur :*

> Statii Silvae cum Domitii Commentariis.
> Statii Thebais cum Lactantii Commentariis.
> Statii Achilleis cum Maturantii Commentariis.
> Domitii.

Sub Domitii *nomine ultimo loco expresso, indicantur* Elucubratio in Propertium, *et* Excerptum ex tertio libro Observationum. *In folio primo averso Nuncupatoria Epistola* Calderini *ad* Augustinum Maffeium *incipit, quam excipit ejusdem hortatio ad* Papinium Statium, *ut in praecedentibus editionibus vidimus. In folio autem secundo recto* Silvae *incipiunt, cum* Commentario. *Ad calcem integri operis notavit Excusor:* Hoc per Bartholomeum de Zanis de Portesio

Venetiis impressum opus feliciter explicit. M. cccclxxxxiiii. Die xv. Martii. *Sequitur* PAPINII VITA PER DOMITIUM; *tandem* REGISTRUM HUIUS OPERIS *reperitur.*

In folio parvo .... X. H. 18.

—— Exemplar alterum .... X. H. 19.

—— Exemplar tertium .... X. H. 20.

—— Exemplar quartum .... X. H. 21.

—— Alia editio, *cujus prima pagina verba continet:*

> Statii Sylvae cum Domitii Commentariis.
> Et avancii sui Emendationibus.
> Statii Thebais cum Lactantii Commentariis.
> Statii Achilleis cum Maturātii Cōmentariis.
> Domitii Alie annotationes.

Incipit opus in postica pagina ejusdem folii, ut in praecedenti editione, cui quodammodo consonat; et ad calcem: Hoc per Joannem Petrū de Quarengis Bergomensem Venetiis impressum opus foeliciter explicit. M. cccc. lxxxxviii. die xv. Januarii. *Huic subnectuntur* PAPINII VITA PER DOMITIUM, *et* REGISTRUM HUIUS OPERIS.

In folio parvo .... X. H. 22.

—— Exemplar alterum .... X. H. 23.

STATUTA

—— Statuta Civitatis Bononiae Civilia, et Criminalia. *Titulus primae columnae folii primi praefixus is est:* Incipiunt Statuta Criminalia cōis bononie sumpta ab originali existēte ī archivo publico cōis bon. *Opus absolvitur in folio lxv. recto, et in aversa facie* Incipit tabula, *quae occupat tres paginas, et 16. lineas primae columnae ultimi folii recti, et a Typographo sequentia verba notata inveniuntur:* Impressum in alma ac inclita civitate bononie per me Ugonem Rugerium sub divo ac illustri principi et dño. D. Joanne secūdo Bentivolo : sfortia : vicecomite : de aragonia : Armorum gubernatore generali dignissimo. Anno ab incarnatione dñi nostri Jhesu christi. Mccccl xxxxi. die 14. marcii. Laus deo clementissimo. *His accedunt* Registrum, *et signum Typographi.*

In folio parvo .... XII. H. 60.

Editio valde rara, quam retulit *Maittairus* in suis *Annalibus Tom. 1. pag. 538.* auctoritate nixus *Catalogi Reimer.* Occupant characteres gallo-franci hujus editionis in unaquaque columna lineas 56. Signaturae denotantur parvis litteris, et minoribus Romanis numeris; quibus numerantur etiam folia. Custodes nullum obtinent locum in marginibus; pro initialibus adsunt minores litterae.

—— INCIPIT LIBER TERTIUS CAVSARVM CIVILIVM EXTRA CTVS A PROPRIO ORIGINALI CAMERE COMMVNIS BO NONIE ET PRIMO DE JURE REDDENDO IN CAVSIS CI VILIBVS ET CAMPANELLA PVLSANDA.

Hic titulus legitur in summitate primae paginae; in fine:

EXPLICIT LIBER TERTIVS CAVSARVM CIVILIVM
DEO GRATIAS
AMEN

Sequitur in eodem volumine :

DE OFFITIO ET JVRISDICTIONE DOMINI JVDICIS DISCO VRSI DEPVTATI IN MALEFITIIS PARVIS ET DAMNIS DATIS INFRA QVANTVM TEMPVS FIERI ET EXPEDIRI DEBEANT ACCVSATIONES RVBRICA.

Post operis conclusionem, inscriptam: CONCLVSIO PRESENTIVM STATVTORVM, Incipit tabula eorum omnium que in hoc continentur volumine, *et in fine habetur* REGISTRVM.
In folio.. XII. H. 35.

Sine notis typographicis. Editionem hanc refert *Orlandius* sub *Balthassare de Azoguidis*, et circa annum 1475. prodiisse docet. Bononiensem esse certissimum est, quisquis demum ejus fuerit Typographus, sive *Balthassar de Azoguidis*, sive *Hugo Rugerius*, sive alius quispiam; quod sine erroris periculo definiri non posse arbitror. Ante mensem *Martii* anni 1475. lucem non vidisse, ostendunt *Additiones, et Limitationes super statutis de damnis* etc. etc. quae habentur chart. 110. et seqq. datae *die ultimo mensis Februarii 1475. tempore pontificatus* .... *Sixti divina providentia Papae iv.* In *Tabula* occurrunt Rubricae primae partis, et secundae, quae incipit, uti modo vidimus, ab *Officio et jurisdictione Domini judicis Disco Ursi* etc. ex quo liquet, utramque partem ad unum idemque volumen pertinere, ejusque plagulas omnino esse 126. in quibus 45. lineae numerantur. Numeris, et reclamantibus caret: folia intermedia alphabeti litteris signata sunt, quae incipiunt ab *e*, et terminantur in *l-iiii*. Quae praecedunt, et sequuntur, nulla littera sunt notata.

—— STATUTA Civitatis Cesenae. *Extat titulus rubro colore impressus in summitate primae paginae:* Incipiunt Laudabilia statuta floride : et alme civitatis Cesene: de potestate, et arbitrio domini potestatis Cesene et eius vicarii sive iudicis in civilibus. Rubrica. *Ad calcem tertii libri:* Liber tertius explicit. Impressus Venetiis per Joannē et Gregorium de gregoriis impssores solertissimos: Anno incarnatiōis dominicae. M. cccc. xciiii. die xvii. Junii. *Subnectitur* Registrum huius operis, *quod excipit Tabula Rubricarum.*
In folio parvo... XII. H. 52.

—— STATUTA Civitatis Cremonae. *Praeit* Tabula Statutorum Cremonae, *quae duodecim occupat folia, et opus post unum vacuum incipit, nullo titulo praefixo. Ad calcem folii aversi 162.*

Impressa Brixiae per Boninum de Boninis
de Ragusia. M. cccc. lxxxv. die xv.
Novembris.

Post duo alba folia Incipiunt STATUTA MERCATORUM CIVITATIS CREMONAE, *et primo praemittitur Tabula Rubricarum, quinque paginis contenta. Ad calcem operis :*

Impraessa (sic) Brixiae per Boninū de Boninis
de Raguxia (sic) anno xpi. M. cccc.
Lxxxv. die xviiij. No.
vēbris.
FINIS.

Sequitur in ultima pagina Registrum Statutorum mercantie Cremoune.
In folio parvo .... XII. H. 62.

—— Statuta Civitatis Ferrariae. *In nostro exemplari praefigitur* Tabula statutorum civitat' ferrarie, *duodecim occupans folia: et in ejus fine habetur notitia typographica post verba* Lau's deo, *nempe:* Anno dñi mccccłxxvi. Sever. Ferr̄. *Post vacuum folium*, Statuta primi libri statutorum Civitatis Ferrarie incipiunt feliciter. scil' de iuram̄tis Potestatis iudicū et familie sue: ac aliorū. Quis et qualis debeat esse potestas: uicarius: et iudex maleficiorū: ciuitatis et district' ferrar̄. *Opere absoluto, adcedit Registrum. In nostro hoc exemplari extant* Additiones, et Statuta nova extracta ab Autentico Statuto officii xij. sap̄ etc. *antiqua manu conscripta, quae sex implent folia.*
In folio .... XII. H. 32.

Character hujusmodi rarissimae editionis gallo-francus est, sed nitidus, et elegans, qui lineas 47. implet in qualibet pagina, dummodo integra sit. Ex Registro quinternionum exstante in fine voluminis, habetur foliorum dispositio. Caret enim numeris plagularum, signaturis, et reclamantibus nec non initialibus litteris, pro quibus spatia tantum visuntur. Male Auctor *Bibliograph. Instruc.* post *Orlandium*, appellat Typographum nomine *Severum*; est enim *Severinus Ferrariensis*, de quo, et de libri descriptione accurate agit *Baruffaldius* in *Typograph. Ferrarien.*; cujus doctrinis quidpiam addere supervacaneum foret.

—— Statuta Civitatis Parmae. *In averso folio primo:* Statuta hec Magnifice Civitatis Parme diligenter emendata: multis superfluis abrasis: obscuris declaratis: necessariisq3 additis: publicata fuerunt Anno domini. M.CCCC.XCIIII. Die XII. Junii. per Eximios Consiliarios reipublice Parmenses (sic): quo4 noīa infrascripta sunt novem separati a ceteris Ancianni (sic) erant dum hec fierent. *Sequitur* Tabula *xvii. foliorum. In sequenti folio recto occurrit* PROHEMIUM IN EMENDATIONE STATUTORUM MAGNIFICE COMMUNITATIS PARME, *et in postica pagina post brevem* Supplicationem in confirmandis statutis, *incipit:* Primus Liber Statutorum Communis Parme. *Ad calcem folii recti ccxxvi:* Finiunt Statuta Magnifice Coītatis Parme probata et confirmata per Illustrissimū dñm. nostrum dñm Jo. Galeaz. Ducē Mediolani Sextū. Gubernante Inclyto Lodovico Patruo. Impressa Angeli Vgoleti Civis Parmensis Hilarii Vgoleti filii diligenti cura et opera solerti: Olympiade DLxviii. id est āno a nativitate Christi. Mcccxciiii. xvi. Kal. Octob. *Adcedit signum Typographi.*
In folio parvo .... XII. H. 49.

—— Exemplar alterum .... XII. H. 50.

—— Statuta Civitatis Placentiae. *Opus incipit absolute sine ullo titulo, a verbis:* IN NOMINE sancte et individue trinitatis etc. etc. *Ad calcem* libri vi. *legitur:* Expliciunt Statuta. *Sub alia signaturarum serie sequuntur* Rubricae decretorum ducalium, *cum* Tabula *septem foliorum*, *in cujus fine legitur* DEO GRATIAS AMEN. *dein:*

Sex nonas maius october iulius et mars :
Quattuor et reliqui: tenet idus quilibet octo:
Inde dies reliquos omnes dic esse calendas:
Debet sortiri nomen a mēse sequenti.

Adcedit Kalendarium totius anni.
In folio parvo. .... XII. H. 57.

Sine ulla nota typographica. Ni fallor, haec editio Bibliographis praecipuis minime innotuit. Iisdem characteribus, quo *Angelus Vgoletus Statuta Civitatis Parmae* impressit, ut supra notavimus, opus hoc imprimitur, adeo ut dubitari nequeat ibidem opus fuisse excusum sub exitum Saeculi xv. vel xvi. ineunte.

—— Statuta et Constitutiones Marchiae Anconitanae. *Vide* Marchiae Constitutiones.

—— Statuta et Constitutiones Regni Siciliae. *Vide* Constitutiones.

—— Statuta Sabaudiae. *Vide* Decreta Sabaudiae.

—— Statuta Venetorum, *latine, cum italica versione. In prima pagina haec verba tantum leguntur rubro colore impressa :* Statuta Venetorum. *In folio secundo recto* Tabula Rubricarum *incipit, cum versione, quae* xi. *folio averso absolvitur. Opus initium sumit in* xii. *folio recto, cujus titulus rubro colore excusus latinae columnae praefixus, quem unum referendum censeo, est hujusmodi:* Incipit primus liber statuto4: et legum veneto4: que ɔposita: reformata: et disgregata: et ī unū reducta: et de novo edita fuerunt: tempore illustris dñi Jacobi theupuli inclyti ducis veneto4: currente anno dñice incarnationis. M. ccxlij. die vj. exeunte mense septēbris. Inditiōe pma. *Duo Prologi subduntur his verbis. Quinque libris Statutorum Sextus additur, qui* Additionum, *et* Correctionum *adpellatur, et sub* Duce Andrea Dandulo *editus fuit. Libro sexto adcedunt* Liber Promissionis maleficii, *et* Statuta iudicum petitionum, *quorum ad calcem leguntur haec verba:* Facta sunt hec : et ɔstituta anno dñi. Mccxliiij. die xvj. intrante mense martij. Indi. ij. In felici urbe rivoalti in palatio nostro feliciter .... Expliciunt statuta iudicū petitionum .... Statuta veneto4 cū libro additionū et correctionū : ꝙ liber sextus est nuncupatus: ac cū p'missiōe maleficio4: et cū statuto iudicū petitionū. Finiūt....... Anno xpiāo. M. cccc. xcij. octo. die. vlt. Incli. Augu. barbadi. Venetia. duce. *Deinde nigro colore haec impressa verba extant:* Fran. Gi. Ran ..... Castigavit et trāstulit: ac duc. decre. ne quis sub oīum librorū : ac pro uno eorum quoq3 ducatorū triū multa (preter se) ea imprimat: seu imp'mi facere audeat: obtēto. Per Dionysiū bertochū imprimi mādavit..... Bonis auspiciis. *Sequuntur* Consulta ex auctenticis, et extravagantia, *quorum in fine notatur :* Consulta quedā ex auctēticis venetorū extincta (*pro extracta*): et quotidiano usui pertinentia finiūt. Per eūdē impressa. Anno. M. viiid. die ult. octob. Errata impressorum, *et* Registrum huius operis *adcedunt, tandemque excuditur italice tantum* Lex pisana de le appellatione: et de īstituirla quarantia nova et de altre limitatione. *Ad calcem notantur verba :* FINISSE la lexe pisana de le appellatiōe : et di instituir la quarātia nova: et de altre limitatione.

In folio parvo.. XII. H. 51.

Charactere gallo-franco nitido imprimitur hoc opus, majori scilicet, et minori: primus enim pertinet ad primam columnam paginae, quae latinum textum refert, lineasque 51. occupat; alter vero ad italicam versionem, quae in secunda columna obtinet locum, et 58. complectitur lineas. Numeri sunt *ij-lxxxv.*, qui duodecim priora folia, et ultimum excludunt; inscriptiones marginibus superioribus impressae, tituli, initiales uncialibus formis notatae, dummodo priores duas parvas excipias, rubro colore exprimuntur. Signaturae nigris litteris cum numeris Romanis minoribus indicatae fuere, custodes vero desiderantur. Ad haec notandae sunt citationes in marginibus externis, quae constant rubris litteris majusculis.

—— Alia editio, *italice tantum, quae quinque priores libros continet, eorumque statuta diverso ordine sunt digesta. In primo folio recto* Comenza la tavola de li statuti de venesia facti per li incliti et serenissimi duxi de la dicta cita etc. etc. *quae septem priora occupat folia. In folio octavo opus incipit a titulo, rubro colore impresso, sic:* In christi nōie amen. Incomintia il prologo di statuti, et ordeni de lynclita Citta de Venesia cū le soe correction traducti cum ogni diligentia de latino in vulgare a laude del omnipotente Idio: e del beato San Marcho protectore nostro. *Huic Prologo subnectitur* Prologo secondo, *ut in antecedenti editione, et ad calcem folii recti lxxxix. opus desinit hac subscriptione post verbum,* Finis *adposita:* Finisse li statuti et ordeni de Venesia stāpadi per magistro philipo de piero adi xxiiii. de aprile Mcccc Lxxii.

In folio parvo.. XII. H. 56.

Denis in Suppl. pag. 85. et *Morellius* in *Catal. Bibl. Pinell. Tom. iv. pag. 40.* referunt hanc rarissimam editionem, quae, uti videtur, latuit caeteros Bibliographos. In quavis pagina integra adherent lineae 34. rotundi, elegantisque characteris. Desideratur in amplis marginibus custodum impressio, et numerationis foliorum, haud vero initiales, quae parvis elementis sunt indicatae, et signaturae, quae cusae sunt typis litterarum, et numeris Arabicis.

—— Statuta Civitatis Veronae. *Praeit Prooemium, cujus titulus:* IN NOMINE DOMINI NOSTRI JESV CHRISTI PROHEMIVM. DVODECIM: ET QVINQVAGINTA REI. P. VERONENSIS PRAESIDENTIVM IN LEGES: ET STATVTA CIVITATIS VERONE. *Ad calcem hujus:* Data in cancellaria cōis verone. Klᵉ. septēbris. Anno incarnati verbi. M. cccc. l. inditione. xiii. *Hoc excipit Tabula primi libri; nam in quinque libros distributum est opus, et horum cuilibet praefigitur Tabula. In fine* Statutorum *legitur verbum* FINIS, *deinde:* Hec presens Statutorum, et ordinamentorum cū quibusdam reformatiōibus ad ea ꝑtinentibus, privilegiis, et litteris ducalibus, nobilis cōitatis veronae cum summa prudētia Impressio accuratissime facta est in urbe ꝑclara Vicentiae ad requisitionem, et expēsam ꝓvidorū virorū Antonii, Gerardi, Joānis, Petri, et Bartholomei fratrū, et filiorū quondam S. Zanoti de Placētia, civiū verōae nō atramēto, nec plumali calamo, neqȝ stillo (*sic*) aereo. Sed artificiosa quadā mirabili adīvētiōe Imprimēdi, seu caratherizādi (*sic*). Hoc opus sic effigiatū, Impressum est ꝑ Hermanum (*sic*) Levilapidē Colōniēsem. Anno Dñi. M. CCCC. Lxxv. Die vero Mercurii xx. mensis decēbris. In vigilia Sācti Thome

Apl. AMEN. *Post vacuum folium adcedunt in nostro exemplari* Additiones; et Supplementa Statutis, *antiqua manu conscripta.*

In folio .... XII. H. 34.

Editio nitidissima, et splendidissima, quam post *Maittairum, Morellium*, et *Laire*, describit *Facciolus pag. 16.* cui aliud addere supervacaneum videtur.

STEPHANI CARTUSIENSIS. Epistola ad Thomam Antonii de Senis ordinis Praedicatorum, de vita S. Catharinae Senensis. *Extat cum* S. Catharinae *opere. Vide* Catharinae.

STRABONIS. Geographiae libri XVII, *latine, ex recognitione, et cum Praefatione* Io. Andreae ad Paulum II. *Praefatio operi praeposita, sine ulla inscriptione incipit:* Geographiam scripsisse novimus Pater Beatissime etc. etc. *In hac Epistola contra* Georgium Trapezuntium *invehitur* Aleriensis, *quae duas priores plagulas comprehendit. Decem priores operis libri, qui principia generalia* Geographiae, *et* Europam *explicant, sunt ex versione* Guarini Veronensis; *reliqui VII, qui* Asiam, *et* Africam, *ex versione* Gregorii Tiphernatis, *uti indicat* Aleriensis *ipse in laudata Praefatione:* Quorum ego (*inquit*) in manibus sumptis exemplaribus, ex Gregorii Archetypis Asiam, atque Africam describi feci; Guarini autem Europa perlecta, quod in ea multa deerant, fragmentis ut puto, Graecorum illius exemplarium, amicorum ope addi omnia procuravi. In quo Theodoro meo Gazae, atque Andronico, Lampo item Birago, Graece Latineque doctissimis non exigua habenda est gratia. *Cuilibet libro argumenta praeposita sunt. Ad calcem voluminis habetur folium peculiare, quod in priore sui facie exhibet argumenta XVII. librorum, cum carminibus,*

Aspicis illustris Lector quicunq3 libellos
Si cupis artificum nomina nosse: Lege.
Aspera ridebis cognomina teutona: forsan
Mitiget ars musis inscia verba virum.
Cōradus suueynheym: Arnoldus pānartzq3 magistri
Rome impresserunt talia multa simul.
Petrus cum fratre Francisco maximus ambo
Huic operi aptatam contribuere domum.

In folio majori .... XII. I. 20.

Editio princeps, quae a Cl. *Frognall Dibdin* appellatur, *of no less rarity than magnificence.* Deest nota Chronologica impressionis, quam Eruditiss. *Audiffredus* refert ad annum 1469. quemadmodum ex serie librorum excusorum a *Sweynhemio*, et *Pannartzio*, quam ipsi *Tom. V. Expositionis Bibl. Nicolai de Lyra* praefixere, colligi posse videtur. Ast *Maittairus Tom. I. pag. 329.* loquens de editione anni 1473. haec habet: *Haec editio eadem prorsus est, ac illa prior sine anno (at, ut puto, circiter 1470) nisi quod in hac absit Jo. Andreae Epistola: et tituli librorum (non, ut in illa rubrica scribantur, sed) atramento imprimantur.* Quae hic scribit *Maittairus* de diversitate titulorum praesentis editionis, quae anno caret, et ejus, quae anno 1473. notata est: confirmat et *Deburius.* Uterque Bibliographus utramque editionem propriis observavit oculis. Itaque nemo posthac dubitavit, quin tituli hujus editionis rubrica scripti sint, in

quibusdam exemplaribus adeoque nostra haec inter editiones hujus anni est referenda, quemadmodum ab ejus Typographis relata fuit. Vix autem intelligi potest, quomodo idem *Deburius* scribere potuerit, Bibliographos omnes statuere, editionem hanc anno 1471. fuisse peractam: *Tous les Bibliographes* (inquit n. 4180.) ..... *ont fixé la date de l'année de son execution en 1471.*, cum ex verbis *Maittairii* (quem puto inter Bibliographos habendum esse) paulo ante exscriptis, appareat, ipsum ad annum circiter 1470. eam referre. Multo etiam minus intelligitur, quae vis insit rationi ab eodem *Deburio* adductae, nempe, quia *Paulus II.* cui volumen oblatum fuit, obiit, ut ipse ait, circa finem anni 1471. ex quo, ut idem subdit, *ils en concluent, que l'edition a du necessairement paroître dans le courant de cette année.* Bibliographi, qui sic concludunt, videntur, ne summis quidem labiis disserendi artem unquam degustasse. Non incongrua characteribus rotundis luculentissimis charta hujus editionis adparet; nam valde spissa, levigata, et alba est. In amplis marginibus signaturae, custodes, et foliorum numeri aeque desunt. Foliis 242. constat volumen, quorum primum, et postremum vacua sunt. Lineae 46. in quavis integra pagina numerantur; et graecae dictiones elegantibus characteribus suis locis excusae reperiuntur. Initiales deerant, sed Miniculator, qui margines primae paginae floribus auro, coloribusque illitis exornavit, illas pari elegantia supplevit.

—— Exemplar alterum, *cujus initiales Miniculatoris industria coloribus variis, et auro superbiunt*.................................. XX. I. 22.

—— Alia editio, *cui praecedit Epistola* Aleriensis *sine titulo, ut in descripta editione Romana; ac insuper* Guarini *ad* Nicolaum V. *Prooemium, et aliud ejusdem ad* Jacobum Antonium Marcellum. *Ad finem folii quarti recti argumentum primi libri incipit, desinitque in aversa pagina, ad lineam quartam, eidemque subscribitur titulus operi praecedens:* Strabonis Cappadocis seu Gnossii Amasini scriptoris celeberrimi de situ orbis liber primus. *Folium postremum in prima facie tantummodo characteribus praeditum, Tabulam continet, cui subduntur sequentia verba:*

Anno domini. M. CCCC. Lxxii.

R. Zovenzonius poeta Reverendissimo. d.
Jacobo Zeno Episcopo patavino.

Orbis noscere lector universi
Si tractus cupis: hos emas libellos
Strabonis: tibi nomine dicatos
Zeni praesulis optimi sacriq3
Quo nil doctius Eruditiusq3
Nunc antenorei vident penates:
Impressos digitis videlianis.

In folio majori .... XII. I. 26.

Editio secunda, quam Romana praecessit. Typographi adcuratio tam in chartae praestantissimae, quam characterum rotundorum elegantium delectu commendari debet. Lineae 52. in paginis perfectis numerantur, ut in aliquot experientia me docuit. Graecae dictiones propriis expressae characteribus

41

ut in praecedenti, adsunt, cum qua convenit circa omissionem numerationis foliorum, custodum, et signaturarum. Initiales minoribus litteris tantum Typographus notavit. Totum volumen constat 218. foliis, et argumentum sexti libri omittitur.

—— Exemplar alterum, *cujus margines notulis mss. rubro charactere instructi cernuntur* .... XX. I. 19.

—— Exemplar tertium. *In marginibus notulae mss. leguntur charactere* Jani Parrhasii, *et in fine voluminis legitur illud:* Antonij Seripandi ex Jani Parrhasij testamento .... XX. I. 20.

—— Exemplar quartum, *quod ad calcem operis hanc subscriptionem gerit :* F. Hieronymi Seripandi. Gio. bernardini galeotae dono...... XX. I. 21.

—— Alia editio, *in qua Epistola* Aleriensis, *et Prooemia* Guarini, *quae operi praecedunt, titulis destituuntur: praefigitur tamen titulus priori libro post argumentum, nimirum:* Strabonis Cappadocis seu Gnossii Amasini scriptoris celeberrimi de situ orbis liber primus. *Caeteris libris argumenta tantum praefiguntur, sed in libro sexto, loco argumenti, haec verba leguntur:* STRABONIS GEOGRAPHI LIBER VI. *Opere absoluto habetur Epistola, qua* Bartholomaeus Parthenius Gir. Benacēsis Francisco Throno Ludovici. F. patricio Veneto praeclaro. S. dicit. *In hac Epistola de opere* Strabonis, *ejusque Auctore disseritur. Adcedit tabula, cui subnectitur typographica notitia, quae ista refert :* Strabonis Amasini Scriptoris illustris geographiae opus finit : qd' Joānes Vercellensis p'pria impensa viventibus posterisq3 exactissima diligentia imprimi curavit. Anno Sal. M. ccccLxxx. septimo. Kl. Septembris.
In folio .... XIX. H. 17.

Editioni huic deest locus impressionis : *Tarvisina* a *Crevenna in Novo Catal. Tom. iv. pag. 3.* judicatur; et merito quidem, nam *Joannem Vercellensem* primo *Tarvisii*, dein *Venetiis* prelum habuisse constat. Editio est nitidissima, tum ob chartam, tum ob formam typorum, qui rotundi sunt. Paginae implentur lineis 39. et signaturae expressae cernuntur litteris, cum Romanis minoribus numeris; custodes vero, et plagularum numeratio desiderantur. Graecae dictiones propriis characteribus imprimuntur, et pro initialibus spatia reliquit Typographus.

—— Exemplar alterum .... XIX. H. 18.

—— Alia editio, *cui praemittitur titulus in prima pagina:* DE SITV ORBIS. *In folio secundo recto Tabula alphabetica locorum, Marium etc. etc. quatuor distincta columnis incipit, et in prima pagina folii* xvi. *terminatur. Haec vero Tabula dicitur elaborata ab* Antonio Mancinello, *qui id onus non tam mercede, quam ut studiosis consuleret, libenter adsumsit. Hoc patet ex Epistola, impressa in postica pagina, quam inscribit ipse* Ant. Mancinellus inclyto viro Justino Carosio utriusq3 iuris consultissimo civiq3 veliterno illustri. *Data* Venetiis quinto nonas Maias. m. cccc. xciiii. *Sequitur dein* Aleriensis *Epistola, hac praedita epigraphe :* Ad Paulum secundū Pont. maximū: Joannis Andreae Aleriensis Episcopi epistola. *Hanc excipiunt Prooemia* Guarini, *ut in praecedentibus editionibus, sed cum titulis iisdem summarium primi libri subnectitur. Opus* Strabonis *incipit post haec verba, nimirum* Strabonis Gnossii Amasini scriptoris caeleberrimi de situ orbis libri. xvii. e graeco Traducti Gregorio Typhernale (sic): ac Guarino Veronense interpretibus. *Argumenta caeteris*

libris praefiguntur, excepto sexto, ut in praecedenti. Nostrum exemplar caret ultimo folio, in quo notitia typographica continebatur atque ex Braunio, *aliisque Bibliographis colligimus, praesentem editionem inter* Venetas *esse reponendam, excusam anno 1494. a* Joanne Vercellensi.

In folio parvo.. XIX. H. 19.

Numerum 61. linearum in quavis pagina reperi. Character rotundus impressus est in praestanti charta. Signaturae adparent, instructae litteris Romanisque parvis numeris, sed primus voluminis fasciculus, numeris tantum. Custodes nulli existunt; atque ex initialibus unam ligneam florentem inveni, reliquas vel parvis typis, vel spatio tantum indicatas. Sexdecim priora folia numeris carent, caetera autem sunt praedita, qui in nostro exemplari incipiunt ab *i.* et pertingunt ad *cxlix*, in perfectis exemplaribus pertingunt ad *Cl.* uti refert laudatus *Braunius p. II. pag. 264.* In superioribus marginibus praeter foliorum numeros, notantur etiam operis libri, et in externis nomina locorum Typographus adposuit.

Strata Zenobii. Versio italica Moralium S. Gregorii papae, *usque ad caput XVIII. Vide* Gregorii.

Strodi Rodulphi. Consequentiae. *Praecedit* Alexandri Sermonetae super Consequentias Strodi Commentum, *nullo titulo praefixo. Ad calcem:* Excellentissimi viri mgri Alexandri Sermonete super consequentijs Strodi cōmentum per egregiū doctorem dominum Lodovicum posterlam de Mantua Padue dialecticam publice docentem diligentissime emendatū: feliciter impressum est Venetijs per Leonardum Wild d' Ratisbona. M. cccc. lxxxi. die. vi. Januarij. *Sub eadem signaturarum serie sequitur alia Praefatio, et Tractatus, ad cujus calcem:* Ad laudem eius que pudicissime mūdo edidit oīum nostrū salvatorem. Expliciūt dubia edita per reverēdū magistrū Paulū pergulensem: quem ille: cuius dispositioni oēs nos subiecti sum': sui gratia et bonitate optime et beate regere et conservare dignetur. Laus deo. *Tandem in sequenti pagina signata* O. Incipiunt ɔñe Strodi feliciter. *Hae desinunt hac subscriptione:* Opus diligenter emēdatū ꝑ excellētē artiū doctorē dñm Lodovicū de Mātua Patavij. idem publice docētē: Venetijs impressū ꝑ Leonardū Wild de Ratisbona M. cccc. lxxxi.

In 4.°.. XII. B. 8.

—— Exemplar alterum........................ VIII. B. 44.

—— Alia editio, *in qua iidem Tractatus continentur; nostrum tamen exemplar caret duobus foliis in principio, et incipit a folio signato,* a 3. *Ad calcem voluminis, post verba,* Deo gratias. Amen, *occurrit sequens notitia typographica:* Consequentijs eximij doctoris magistri Rodulphi Strodi: per fratrē Mattheum campagnā de cherio: sūma cum Labore correctis finis adest Venetiis impressis. M. cccc. lxxxviij

In 4.° parvo.. VII. B. 2.

—— Alia editio, *cujus prima pagina sequentia verba continet:*

Consequentie Strodi cū commento
Alexandri Sermonete
Declarationes Gaetani in easdem
consequentias

Dubia magistri Pauli pergulensis
Obligationes eiusdem Strodi
Consequentie Ricardi de ferabrich
Expositio Gaetani super easdem.

In postica facie occurrit, Clarissimi viri Alexandri sermonete in consequentias Rodulphi Strodi ad Bernardum Prologus. *In sequenti folio recto* Rodulphi Strodi ad Bernardum Prologus. *In sequenti folio recto* Rodulphi Strodi doctoris eximij consequentie feliciter incipiunt. *His absolutis sequuntur alii Tractatus, supra notati. Ad calcem* Obligationum Strodi, *legitur*: Habes diligentissime lector opusculū hoc obbligatiōum qd⁹ ex toto depravatū erat: correctū sūma diligētia ꝑ venerabiles religiosos. d. fratrēm Augustinum venetū de restegonibus. et fratrem Thadeum valētē venetum ordinis servorū observantie. *In ultima voluminis pagina notitia typographica habetur hoc pacto*: Impressa fuerunt que in hoc volumine continentur per Bonetū Locatellū sūptibus Nobilʼ Viri dñi Octaviani Scoti Civis modoetiēsis Venetiis. M. CCCC. LXXXXIII. Tertio idus februarii. *His verbis subnectuntur* Registrum, *et Typographi signum*.

In 4.° parvo .... VIII. A. 10.

—— Exemplar alterum .... VIII. B. 50.

—— *Ejusdem* Consequentie, *et* Obligationes *extant cum* Regulis Hentisberis, *licet separatae, et sine typographica nota expressae videantur. Vide* Hentisberi *Tom. 1. pag. 368. hujus Catalogi.*

Strozcae Titi Vespasiani. Oratio ad Sanctissimū ac Beatissimum dñm Innocentium Octavū pont. max.

In 4.° parvo .... III. B. 19.

Constat haec editio foliis quatuor, excusa charactere gallo-franco. Memoratur ab *Audiffredo pag. 268.* a *Denisio pag. 672.* et a *Panzerio Tom. 11. pag. 487.*

—— Exemplar alterum .... IX. A. 58.

Strozzae Roberti. Repertorium in opus Felini Sandei. de exceptionibus, praescriptionibus, et sententiis. *Extat cum* Felini *opere. Vide* Sandei.

S U

Svetonii Caii Tranquilli. Vitae XII. Caesarum. *Epistola* Campani *primum locum occupat, quae his verbis incipit:* (c) Ampanus Francisco Piccolomineo Cardinali Senēsi meo Salutem. *Hac absoluta,* Sequuntur Rubrice librorum p' ordinem, *quarum prima est,* Cai (sic) Svetonii Trāquilli de vita et moribus duodecim principum Romano4 liber primus incipit. Annū. Folio. I. *Opus exorditur in folio secundo recto, et in fine haec expressa fuere:* Cai Svetonii Tranquilli de xii. Caesarum vitis liber ultimus foeliciter finit absolutus Romae in pinea regione via pape Anno a Christi natali MCCCCLXX. Sextili mēse Pauli autem Veneti. ii. Pont. Max. anno sexto.

In folio... XII. F. 14.

Editio princeps, quam *Orlandius*, *Maittairus*, *Card. Quirinus*, *Deburius*, *Meermanus*, *Ernestus*, et *P. Laire* persuasum habent ex officina *Uldarici Han* extitisse. Horum Bibliographorum opinioni adversatur doctissimus *Audiffredus*, qui recte demonstrat *pag. 46.* editionem hanc esse veluti primum specimen officinae *Io. Philippi de Lignamine;* tamen *Poggius Notizie pag. 40.* et *pag. 43.* aliam proponit opinionem, *Uldaricum* nempe *Gallum* cum socio *Simone Nicolai Lucensi*, cum quo jam circa annum 1469. societatem inierat, librum hunc ita, ut *Tortellii Orthographiam ann.* 1471. typis mandasse. Interim ipse *Poggius* fatetur, characteres hujus, et *Svetonii* quodammodo differre. Ad editionem ipsam devenio. Novus in ipsa se prodit character, isque Romanus, et pro temporis ratione satis elegans, elegantior certe quovis alio charactere, sive a *Sweynheymio*, et *Pannartzio*, sive ab *Udalrico Han* hactenus, et deinceps adhibito. Magnitudine quoque excellit, et ad id genus characteris, quod *Paragon antiqua* vocatur, adcedit. Paginarum lineae variis in locis numeratae, inventae sunt 35. nec praeter has aliud signum expressum visitur in amplis marginibus. Characteres Graeci luculentissimi occurrunt; initiales spatiis indicabantur, antequam Miniculator adfabre coloribus variis, et auro adpinxisset; quod de titulis pariter dicendum priusquam rubricatis litteris mss. adpositi fuissent a *Jano Parrhasio*, qui hoc exemplar adnotationibus etiam, summariis, correctionibus marginalibus abunde instruxit, partim rubrica, partim nigro atramento, ut ex variis locis adparet; quique nomen suum in calce voluminis adposuit. Foliis impressis 128. constat volumen.

— Alia editio, *ex recognitione Jo. Andreae Aleriensis, uti praemittitur in averso folio primo, nempe:* Jo. an. Episcopi Aleriensis in recognitionē Svetonii ad Paulum II. Venetū. Pontificē Max. Epistola. *Ad calcem Epistolae adscripsit* Aleriensis Episcopus, Ausonii *carmen de* xii. Caesaribus *per* Svetonium *scriptis, quod 41. versibus constat: ex quibus priores quinque inscribuntur:* Svetonii operis commendatio; *reliqui 36., in tres aequales partes tributi referunt I. duodecim* Caesarum *ordinem, II. imperii eorum tempus, III. eorumdem mortem. Post hos versus legitur:*

> Tibi Pater Beatissime omnes vitā optāt et felicitatē diutissimā
> Dominici Natalis. M. CCCC. LXX. Pontificatus vero tui
> Anno vii.

Praefatio, cum adnexis carminibus, duabus continetur paginis, quae sunt secunda, et tertia voluminis; prima namque vacat. In pagina quarta, Sequuntur Rubrice librorum per ordinem, *quarum prima ejusmodi est:* Cai (sic) Svetonii Tranquilli de vita et moribus duodecim principum Romanorum liber

primus incipit. Annum. *In folio tertio recto incipit* C. Svetonii Tranquilli de duodecim Cesaribus liber. C. Julii Caesaris vita. *In calce :*

Aspicis illustris lector etc. etc.

. . . .

Cōradus suueynheim : Arnoldus pannartzq3 magistri
Rome impresserunt talia multa simul
Petrus cum fratre maximus ambo
Huic operi aptatam contribuere domum
M. CCCC. LXX.

In folio . . . . XII. F. 5.

Haec *Svetonii* secunda Romana Editio, etsi *S. Leonis*, et *Quintiliani* editionibus, de quibus a nobis jam dictum est in secundo hujus Catalogi volumine, pag. 25 et 397. posterior sit, uti constat ex *Aleriensis* Epistolis; ante utramque tamen nominatur in *Catalogo a Conrado*, et *Arnoldo Sixto IV.* anno 1472 oblato: quod utrum casu, an consilio factum fuerit, quis definire valeat? Notandum tamen est, in hoc libro speciale quidpiam occurrere, quo a caeteris omnibus, qui ad eam diem, et multis etiam post annis e *Romanis* praelis omnibus prodiere, distinguitur; capitales omnes nimirum florentes, cum adjuncto ornatu, qui per interiorem paginae marginem excurrit, ligno affabre insculptas, et eleganter delineatas cernimus. Hac fortasse de causa, post *Plinium* nobis notatum in Tom. II. pag. 320. quo totius naturae mirabilia continentur, laudati Typographi *Svetonium* ab ipsis excusum, ceu egregium humanae industriae specimen, ob oculos Pontificis sistendum esse duxerunt. Sed haec est mera hariolatio. Verum in hac eleganti editione, excusa consueto nitido typo *Conradi*, et *Arnoldi*, absque ullo signo in amplis marginibus, quam *Deburius magnifiquement exécutée* dicit, Graeca omnia omissa fuere; cum tamen in *Io. Tortellii Orthographia* eodem anno, ab iisdem Typographis impressa, pro locis Graecis adhibitus fuerit elegantissimus Graecus character.

—— Exemplar alterum, *sed mutilus in principio, et fine*. . . XX. G. 1.

—— Alia editio, *quae omni praefatione caret; et opus incipit ab* Ausonii *carminibus, ut in praecedenti editione, quae una cum subjuncta librorum Rubrica, primum occupant folium. Opus desinit. Consueto Epigrammate :* Aspicis illustris. Lector quicunq3 libellos.

Cōradus suueynheim: Arnoldus pānartzq3 magistri
Rome impresserunt talia multa simul :
M. CCCC. LXXII.
die XVII. Septembris.

In folio . . . . XX. G. 2.

Editio tertia Romana, quae praecedenti admodum similis est, exceptis Graecis vocibus, in hac impressis, et exceptis initialibus, pro quibus spatia extant. Editio rarissima, quam describit *Deburius* n.° 4921.

—— Alia editio, *in qua praeter* Svetonium, *alii* Historiae Augustae Scriptores *impressi sunt, uti vidimus pag. 91. hujus volum. Primi folii secunda*

pagina versus Ausonii, *et alios, ut in editione descripta, exhibet. In folio secundo recto Vita Auctoris imprimitur per* Calderinum *conscripta, cui adnotatio quaedam, et Elenchus Scriptorum hujus editionis adcedunt.* Svetonii *opus incipit in folio tertio recto, et ad calcem voluminis* Registrum, Tetrastica de Caesaribus post Tranquillum, *et duo ejusdem* Svetonii *Elogia. Typographus tandem notavit:* Habes candide lector Caesarū vitas parvo aere: quas olim anxius quaerebas maxima Lucubratione a viris praestantissimis emendatas. Quae omnia accuratissime Venetiis impressa sunt per Bernardinum novariensem anno a natali christiano. M. cccc. lxxxyiiii. Kal. octobris. FINIS.

In folio parvo.. XIX. G. 1.

—— Exemplar alterum, *cum litteris initialibus pictis*..... XX. G. 13.

—— Alia editio, *praecedenti admodum similis, excepta notitia typographica, quae in hac sic habetur:* Habes etc. etc. Quae omnia accuratissime Venetiis impressa sunt per Joannem Rubeum de Vercellis anno a natali christiano. M. cccc. lxxxx. die xv. Julii. Finis.

In folio parvo.. XIX. G. 2.

—— Exemplar alterum.. XIX. G. 5.

—— Exemplar tertium... XX. G. 12.

—— Alia editio, *cum commento* Antonii Sabellici. *In primo folio recto legitur:* Svetonius cum commento. *In prima pagina secundi folii occurrit Epistola Nuncupatoria, qua* M. ANTONIUS SABELLICUS AUGUSTINO BARBADICO SERENISSIMO VENETIARUM PRINCIPI SALUTEM *dicit. Hanc excipit in postica pagina* M. ANTONII SABELLICI IN C. SVETONII TRANQUILLI PARAPHRASIM PROOEMIUM. *In summitate secundi folii recti titulus imminet:* M. ANTONII SABELLICI AD AUGUSTINUM BARBADICUM: SERENISSIMUM VENETIARUM PRINCIPEM PARAPHRASEOS IN. C. CAESAREM DICTATOREM PARAENESIS PRIMA. *Dein opus incipit, aeque ac commentarium, cum titulo:* CAII SVETONII TRANQUILLI DE VITA DUODECIM CAESARUM LIBER PRIMUS. *Opus absolvitur hac conclusione:* C. SVETONII TRANQUILLI DE VITA. XII. CAESARUM LIBRI DVODECIM: AC VLTIMI. FINIS. *Sequuntur* Tetrastica de Caesaribus post Tranquillum, *ac* Svetonii *elogia: et in penultima voluminis pagina habetur brevis* TRANQUILLI VITA PER SABELLICUM. *Tandem in ultima pagina occurrunt* Registrum, *et nota a Typographo adjecta, nempe:* Venetiis per Baptistam de tortis. Mcccc. lxxxx. die. xv. Februarii. *Huic subnectitur ejusdem Typographi notum signum.*

In folio parvo..XX. G. 3.

Character rotundus, et admodum elegans duplex est; minor enim in commentario visitur, quod textum circumdat, in eoque lineas 64 quaevis integra pagina complectitur. Inscriptiones in superioribus marginibus adparent, nec non foliorum numeri; et in inferioribus signaturae, et custodes pariter visuntur; et pro initialibus in amplis spatiis quadratis parvas litteras impressit Typographus.

—— Alia editio, *cujus princeps pagina sequentia impressa verba continet:*

COMMENTATIONES CONDITAE A
PHILIPPO BEROALDO IN SVETO

NIVM TRANQVILLVM. DICATAE
INCLYTO ANNIBALI BENTIVOLO.

Nuncupatoria Epistola incipit in folio secundo recto, excusa eodem typo, quo textus. Eidem praecedit inscriptio: Ad Inclytum Hannibalem Bentivolum Illustrissimi Jo. secundi Bent. filium Philippi Beroaldi Bononiensis epistola, *quae tribus absolvitur foliis; dein* Breviarium rerum aliquot memorabilium *occurrit, minori expressum charactere, quod in folio sexto averso absolvitur. In sequenti legitur:* SVETONIVS CVM COMMENTARIO PHILIPPI BEROALDI, *et in postica pagina exhibentur:* C. SVETONII TRANQVILLI VITA A PHILIPPO BEROALDO CONDITA, *et* ELOGIUM PLINII DE JULIO CESARE DICTATORE. *In octavo folio recto opus incipit, aeque ac Commentarium, cum titulis:* PHILIPPI BEROALDI BONONIENSIS ENARRATIONES In. C. SVETONIVM TRANQVILLVM. CAII SVETONII TRANQVILLI DE VITA DVODECIM CAESARVM LIBER PRIMVS. *Ad calcem reperitur:* Ad inclytum Annibalem Bentivolum ejusdem Philippi Beroaldi Appendix Annotamentorum, *majori charactere excusa, quam excipiunt duo Tetrasticha, quorum alterum:*

Joannes baptista pius Bononiensis ad librum

I liber Annibalis genio suffultus et aura
Nec tu nasutum rhinocerota time.
Invida doctiloquo poterit magis esse Philippo
Quam fieri possit aemula posteritas.

Alterum vero:

Vgerii pontre: Tetrasticon.

Venerit unde tibi liber hic si forte requiris
Crede mihi coelo nobile venit opus
Vivet in eternum vivet tua fama Philippe
Post cineres virtus vivere sola facit.

Typographus deinceps verba ista impressit.

Commentarios hosce a Philippo Beroaldo diligenter compositos impressit Bene dictus Hectoris Bononiensis adhibita pro viribus solertia et diligentia: ne ab archetypo aberrarret (sic). Impressum Bononiae Anno salutis. M. CCCC. LXXXXIII. Nonis Aprilibus. Illustrissimo Jo. Bentivolo rei. p. Bononiēsis habe nas feliciter moderante.
FINIS LAVS DEO.

Signum Typographi adcedit, dein in penultima pagina adparet Registrum huius operis.

In folio parvo .... XX. G. 4.

Character textus major est charactere Commentariorum, sed uterque rotundus, ac perelegans. Fasciculi plagularum signantur litteris, cum Arabicis numeris: custodes desiderantur, et initiales parvis supplentur elementis. Margines externi referti sunt postillis excusis, et in nostro exemplari; etiam mss. In superioribus notantur litteris quadratis *vitae Cesarum*, et numeri foliorum; tandem commentaria in plenis paginis occupant 57 lineas, ut in aliquibus experientia docet.

—— Exemplar alterum .... XX. G. 5.

—— Alia editio, *continens ea omnia, quae in descripta notavimus, cum qua convenit, exceptis foliorum numeris, qui desunt; initialibus, quae ligno insculptae florentes sunt; et nota typographica, quae in hac sic habetur:* Commentarios hosce a Philippo Beroaldo diligenter compositos impraessit (sic) Leonardus pachel Theutonicus adhibita pro viribus solertia et diligentia: ne ab archetypo aberrarret (sic). Impressum Mediolani. Anno salutis. M.CCCC.LXXXXIIII. Quarto Idus Januarias. Illustrissimo Johanne Galeaz. Mediolani Duce Sexto. FINIS. *subjunguntur Typographi Signum, et* Registrum Operis.
In folio parvo .... XX. G. 6.

—— Alia editio, *cum duobus Commentariis, ut in prima voluminis pagina annuntiatur, nempe:*

SVETONIVS TRANQVILLVS CUM PHILIPPI
BEROALDI ET MARCI ANTONII SA
BELLICI COMMENTARIIS

In aversa ejusdem incipit Philippi Beroaldi *ad* Annibalem Bentivolum *Epistola, cui in folio tertio subjunctum habetur* breviarium rerum aliquot memorabilium. *Istud* Marci Sabellici *Epistola ad* Augustinum Barbadicum *excipit. In folio quinto initium sumit* CAII SVETONII TRANQVILLI DE VITA DVODECIM CAESARVM LIBER PRIMVS. *Libro ultimo subnexa sunt* Tetrasticha de Caesaribus post Tranquillum; Svetonii vita *a* Beroaldo, *et* Sabellico *conscripta*, Beroaldi Appendix adnotamentorum, *nec non Tetrasticha* Joannis pii, *et* Ugerii Pontre. *Ad calcem operis sequentia habentur:*

Cōmentaria Philippi Barualdi (sic) nec non Marci An
tonii Sabellici In Svetonium Tranquillū Feli-
citer Venetiis exacta. per Simonen (sic) co
gnomento Bevilaqua Papien
sem. Anno Christianae Salutis
MCCCCLXXXXVI.
FINIS.

His Typographi signum adjectum est. Aversam ultimi folii paginam Registrum hujus operis *occupat.*
In folio parvo .... XX. G. 7.

Integrum hoc opus duplici Romano charactere, minori in Commentariis, et maiori in textu impressum; 44. plagularum fasciculis qui litteris, Romanisque parvis numeris signantur, constat, nullos exhibens, custodes, et paginarum numeros. Initiales litteras ligno incisas Typographus adposuit.

—— Exemplar alterum .... XX. G. 8.
—— Exemplar tertium .... XX. G. 9.

—— Alia editio, *quae praecedenti admodum similis est, exceptis sequentibus verbis ad calcem voluminis, quae post* REGISTRUM HUJUS OPERIS *leguntur:* Commentaria Philippi Beroaldi nec non Marci Antonii Sabellici In Svetonium Tranquillum Foeliciter Venetiis exacta. Per Bertholomeum (sic) de Zanis de Portesio Anno domini Mccccc.die xviii. Julii.
In folio .... XX. G. 10.
—— Exemplar alterum .... XX. G. 11.

—— SVETONII TRANQ VILLI (sic) DE GRAMMATICIS ET RHETORI (sic) BVS CLARISSIMIS LIBELLVS FOELICITER INCIPIT.

Verba relata in summitate primae paginae leguntur. Ad calcem opusculi: FINIS AMEN.
In 4.° parvo .... IX. B. 69.

Sine ulla notitia typographica. Totum opusculum constat xv. foliis impressis charactere rotundo, et nitido, quorum margines signaturis, numeris, custodibus carent, nec non etiam Registro. Editio, uti videtur, Romana est; latuit tamen Bibliographos quamplurimos, saltem eos, quos ad manus habeo.

—— Exemplar alterum .... X. B. 7.
—— Exemplar tertium .... XIX. F. 51.

Suevi Pauli. *Vide* Pauli Scriptoris.

Suidae.. Lexicon graecum. *In prima pagina occurrit Dialogus Graecus* Stephani Nigri Cremonensis *inter Bibliopolam, et Juvenem studii amantem de utilitate, et pretio hujus libri, quem refert* Michael Maittairus *in Annal. Typogr. pag. 256. et seq. In aversa facie, duo extant Epigrammata latina.* Antonii Mottae, *et in folio secundo recto imprimitur Nuncupatoria Epistola latina, qua* Clarissimo Viro. D. Alberto Pio Joannes Maria Cataneus. S. D. *Adest in aversa pagina Epistola Graeca* Demetrii Chalcondylae, *et in folio quarto opus incipit a Graeco titulo, qui Auctores indicat, ex quibus* Suidae *opus coaluit. In averso folio penultimo impressum cernitur* Registrum, *cui typographica notitia hujusmodi subditur:* Anno ab incarnatione. M. cccc. lxxxxviii. die xv. novembris. Impressum Mediolani impensa et dexteritate D. Demetrii Chalcondylae Joannis Bissoli Benedicti Mangii Carpensium. *Symbolum ligno exsculptum his adcedit, quod duas palmas repraesentat cum litteris:* SUDAVIT ET ALSIT, *et aliis*, J. B. B. M. *quae* Joannis Bissoli, *et* Benedicti Mangii

nomina significant. Penultima pagina continet versus Joannis Salandi, *ad* Chalcondylam, *et lectorem, qui quidem* Salandus, *et* Cattaneus *discipuli fuerant* Chalcondylae, *cujus industria, summisque laboribus absolutum est celeberrimum istud opus, quod tunc temporis ita fuisse rarum ipsemet testatur in Epistola Graeca ibidem impressa (quam refert latine traductam* Saxius *in* Historia litter. Mediol.) *ut qui in* Italia, *ac* Graecia, *inter Mstos Codices illud teneret, thesaurum se possidere arbitraretur.*
In folio .... XII. G. 3.

Editio haec omnium princeps est. Character impressus est chartae firmae, ac mundissimae, complectens 45. lineas in paginis integris. Signaturae adsunt, instructae litteris Graecis, et Romanis parvis numeris; desunt vero foliorum numeri; custodes habentur, sed non in paginis universis. Initiales vel desiderantur, vel parvis indicantur elementis.

—— Exemplar alterum .... IX. D. 4.
—— Exemplar tertium .... IX. D. 5.

Suiseth Richardus. Opus aureum calculationum. *Nullo praefixo Prooemio, neque titulo, opus incipit a verbis:* PENES QUID HABEANT INTENSII ET remissio qualitatis etc. etc. *Ad calcem secundae columnae folii lxxxvi. recti, ad lineam liv. occurrunt haec verba:* Subtilissimi Doctoris Anglici Suiset Calculationum Liber. Per Egregiũ Artiũ et Medicine doctorẽ Magistrũ Joannnẽ de Cipro diligẽtissĩe emẽdatꝰ foeliciter Explicit. DEO GRATIAS. PADVE.
In folio .... VIII. E. 10.

Sine nota Chronologica, et nomine Typographi. Duas tantummodo editiones hujus operis saeculo xv. excusas notant Bibliographi, et ambas *Papiae* evulgatas; Sed altera anni 1488, quam citat *Maittairus*, forsan est eadem ac editio relata ad annum 1498. per *Franciscum Gyrardengum*, ab eodemque *Maittairo* citata *pag. 681.* et *pag. 652.* Hanc vero nostram Bibliographi fere omnes penitus ignorarunt. Typus licet minutus, rotundus tamen, et nitidus est, ac ob frequentem vocum abbreviationem, et litterarum contractionem aliquantulum legentium oculos molestat. Duae in pagina qualibet extant columnae, et lineae 58. utramque perficiunt. Signaturis *a-n* cum Romanis minoribus numeris praediti sunt inferiores margines: at custodes, et foliorum numeri desiderantur, et pro initialibus aliquando parva elementa adposuit Typographus, aliquando vero vel parvae xylographicae visuntur vel omnino desunt. In nostro exemplari extat in inferiori margine primae paginae sequens antiqua mss. subscriptio *Conventus Scti Dnici de Aquila. Ex dono dni Clementis medici ut fres orent pro Anma suã. Die 23. Julii 1562.*

—— Exemplar alterum .... IX. H. A.

Sulpitiae. Carmina quae fuit Domitiani tpꝰibus nuꝑ a Georgio Merula Alexãdrino cũ aliis opusculis repꝰta. *Is titulus praefixus legitur opusculo, excuso cum aliis* Gregorii Tifernatis, *in quorum calce legitur:* Impressum Venetiis ꝑ Bernardinũ Venetũ. Anno domini. M. CCCC. XCVIII. mensis Junii die undecimo.
In 4.° parvo .... X. B. 3.

Sulpitiani Pauli Alexii. De verborum copia, et elegantia lib. ii. *De his libris sic scribit laudatus Auctor in Epistola, quae legitur in ultimo folio*

recto: Habes jam, puer, duos tibi utilissimos de Verborum copia et elegantia libros: in quibus si quid, tui recto praeceptoris judicio, est improbandum, Canina litera annota, si quid depravatum, emenda, si quid addendum videbitur, signa in margine; ita ut nec Ciceronis, nec Fatii id esse appareat. Numquid vero haec, quae circumferuntur, Synonima, sint a Cicerone collecta, et si certo judicare non possumus, tamen vetustorum inscriptio codicum et Ciceronis adolescentia, in qua et Rethoricos non virili aetate dignos edidit, magno sunt argumento, ut aut ejus aut alicujus ex Ciceronibus esse inficiari non audeam. *Priori libro praemittitur brevis Epistola cum hoc titulo:* Cicero Veturio suo Salutem. *Incipit:* Collegi ea verba quae pluribus modis dicerentur, quo uberior promptiorque esset oratio etc. etc. *Huic opusculo aliud subjungitur inscriptum:* Sinonimorum principium, *quod absolvitur in folio xxv. averso. In sequenti recto, quod est ultimum, post Epistolam* Sulpitiani, *legitur sequens notitia typographica:* Impressum est opus Romae per magistrū Stephanum Plannck de Patavia: Absolutumq3 die xxi. Martii. Anno domini. M.ccccxci. *Sequitur* Register (sic).
In 4.° parvo.. IX. B. 70.

Sulpitii Servii. Epistolae duae ad M. Tullium Ciceronem. *Extant in Sylloge Epistolarum* Ciceronis. *Vide* Ciceronis.

—— Alia editio, *cum* Philetici Commentariis. *In eadem Sylloge extant. Vide* Ciceronis.

—— Alia editio, *cum* Commentario Ubertini Clerici Crescentinatis. *Vide* Ciceronis.

—— Alia editio, *quae praeter* Commentarium Crescentinatis, *aliis instruitur* Philetici, *et* Merulae. *Vide* Ciceronis.

Sulpitii Servii Auguris. Epistola ad Senatum Romanum. *Extat cum Epistolis* Q. Curtii, *in lib.* V. n. 11. *Vide* Curtii.

Sulpitii Verulani. *Vide* Verulani Joannis Sulpitii.

Summa Artis Notariae. *Vide* Rodulphini Orlandini.

Summa Hostiensis. *Vide* Segusio Henrici de.

Summa Johannis. *Vide* Lectoris Johannis.

Summa Pacifica, *vel* De Pacifica Conscientia. *Vide* Novariensis F. Pacifici.

Summa Pisanella. *Vide* Osimo Nicolai de.

Summa Rolandina. *Vide* Rodulphini Orlandini.

Summa Rosella, *et* Baptistiniana. *Vide* Salis Baptistae de.

Summarippae Georgii. CHronica de le cose geste nel Regno Napolitano Per anni numerati in tutto novecentocinquantanove. Incominzādo lanno de la salute cinquecentotrentasette in sino per tutto el Mille quattrocento nonātacinque (sic) dal nobile Georgio summarippa Veronese per rithmos compilata summatim. *Laudata verba occurrunt in prima pagina, quibus titulus imminet:* Deo optimo maximo honos, et gloria, *gallo-francis majoribus typis excusus. In aversa facie legitur Epigramma, vulgo, Sonetto, sub epigraphe:* Georgius summarippa. Jo. f. Veronēsis patricius. Ad lectores, *et* Carmen, *vulgo terzine sic inscriptum:* Georgius summarippa Veronensis patricius: ad illustrem principē. Bononiensem Joannem Bentivolū: vicecomitē: de Aragonia: serenissime lige coppiarum (sic) gubernatorē excellentissimum etc. etc. *Ad calcem, post verbum* Finis, Vale Imperatorum decus: et heroun (sic) gloria. *Opus metricum incipit in folio secundo recto, a titulo:* Epitoma regni Parthenopei: seu Neapolitani: Sicilie et Apulie ac rer4 in eo gestar4 pro ut incidenter et sparsim tangunt historici. dū in universū singulo4 gesta describunt: per Georgiū summarippa Veronensem patriciū summatim carmine rithmico in vernaculū sermonē traductū: ad Alexandrum sextum pontificem Maximū. feliciter incipit. *Poëma constat XXXIII. capitulis, quorum ultimum ad calcem symbolum habet Typographi, cui subduntur verba:* Diue Marie virginis nutu. *In penultimo folio haec alia continentur, nempe I. italicum Epigramma, inscriptum:* Georgio summarippa Veronensis patricius: Ad Illustrem principem Bononiensem: Joannem Bentivolum Vicecomitem: de Aragonia: coppiarum (sic) serenissimorum confederatorum gubernatorem excellentissimum. *II. Latina* Oda seu hymnus. Reverendissimi antistitis. Ju. Ja. U. ad clarissimū Virum Georgium summarippa Veronensem patricium. *III. Latinum Epigramma, cujus titulus:* Jo. St. Vosonius salundiensis Poeta: ad eundem preclarum virum Georgium Summarippa. *IV. aliud latinum Epigramma inscriptum:* Thomas pratensis Tarvisanus Poeta ad generosum Georgium summarippa Veronensem. *Tandem duo alia italica Epigrammata, quorum alterum* Ignotus vates ad Georgium sūmarippa, *alterum* Apologia Georgii Summarippa Veronensis ad prenominatum Venetum poetam ignotum. *In ultimo voluminis folio:* Favente Deo Summo. Questa opereta (sic) et elegante Historia Parthenopea: lucubrata e divisa in capituli. xxxiij. Oltra (sic) lo argumēto e prologo: per il prelibato Georgio Summarippa: Nobile Veronese: homo di Terso e grande inzegno: e non di men virtute: e fe de indubitata preclaro: Fo (sic) Impssa per me Christoforo Cremonese insieme cū gli epigrāmi subsequēti; in quaderni sei che sun (sic) charte xxiiij. Nel alma citate de Vinesia. Ducante Augustino Barbadico: Principe Illustrissimo: nel Anno X. del Ducato suo: Die. xxviij. Agosto. corrēdo gli Anni del Natale dil (sic) Salvatore e Signor nostro! Jesu Xpo Omnipotente. M. CCCC. LXXXXVI. Accurata cū diligentia et solertia maxima. *Sequuntur quatuor* Epigrammata *inscripta I.* B. Uranius Poeta Brixiensis. A. D. hunc libellum. *II.* Ja. Ca. Poeta par. Ad eundem. *III.* In ingratos Declamatio. *IV.* Georgius summarippa ad libellum suum.

In 4.° parvo .... XII. B. 42.

Editio valde rara, memorata a *Quadrio Tom. vi. pag. 136.* a *Maffejo, Verona illustrata Tom. vi. p. 285*

et a *Maittairo pag* 628. Binis columnis excusum est opusculum, et 42. lineis columnam integram formavit Typographus, qui semi-gallo-francis typis usus est; et praeter signaturas litteris, Romanisque notis expressas, nullam aliam impendit operam in imprimendis foliorum numeris, et custodibus.

—— Exemplar alterum .... XII. A. 24.

—— *Ejusdem* Carmina, *italice*, *vario conscripta metro*, *quibus praefiguntur latini tituli : hos autem hic recensere*, *non inutile fore arbitror*, *ob eorum raritatem. Opusculum sic incipit :*

Quivie una salatuzza de Virtute
Moral: faceta: mista ĩligiadrezza
Acio che a dotti le muse sapute
Diano un cõvito piẽ di gentilezza.

Sequitur exinde I. Epigramma inscriptum : Georgius sũmarippa Veronensis patricius: Ac spectate fidei vir: Illustrissimo prĩcipi: et Dño excellentissimo: D. Frãcisco Gõzaga Marchioni Mãtue Celeberrimo: serenissimi Imp'ii Veneti copiarum omniũ Generali Capĩtaneo invictissimo: Ac benemerentissimo humilime se commendat. *Ad calcem Epigrammatis :* Venetiis. 9. Novembris. 1495. *II. Epigramma dicatum* Illustri et excellẽti sancti Marci procuratori: Dño Antonio Grimano: Classis maritime Serenissimi Imp'ii Veneto4 General (sic) Capitaneo invictissimo *In fine Epigr.* Venetiis. xiii. Decẽbris. 1495. *III.* Elogium Georgii sũmarippa Veronẽsis patricii ad universos hujus seculi virtutũ cultores etc. etc. *IV.* Epygrãma facetũ de amico4 hujus seculi nullitate. Ad nullam alludendo. *V.* Dive fortune et Georgii summarippa Invicem altercãtium dyalogus. *VI.* Georgii summarippa et dive fortune Dyalogus. *VII.* Magnifici. D. Fantini coppo Clarissimi senatoris Veneti epygramma ad Gñõsũ vi4 D. Georgiũ summarippã patriciũ Veronẽsẽ amicũ ĩcõpabilẽ. *VIII. Epigramma* Petri Reguli suo clarissimo Dño Georgio Summarippa. *IX.* Georgii Summarippa responsum ad D. Petrum Regulum. *X.* Lamentatio allusoria: faceta atq3 veridica Georgii Summarippa de improbitate ac tedio sçaramelle Zãberonice cãtilene ĩsulsissime ad M. Marinũ sanutũ etc. etc. *XI.* Georgii Summarippa epygramma de obitu reppentino (sic) Divi Roberti Malateste etc. etc. *XII. Ejusdem* epygramma de imperatoribus clarissimis qui uno et eodem tempore e vita migrarunt: seu diẽ suũ clauserunt extremũ. *XIII. Ejusdem* epygramma ĩ obitu D. Roberti sanseverinatis ĩperatoris excellentissimi etc. etc. *XIV. Ejusdem* Elogium de morte Illustris comitis Hieronymi Ryarii etc. etc. *XV.* Hieronymi cãpagnole patavini epygrãma: ad gño-sum D. Georgium Summarippam Veronensem: de quodã capitali ac pestifero inimico suo a vita migrato. *XVI. Ejusdem* Summarippa respõsum ad prelibatũ. D. Hieronymum cãpagnola. *XVII. Ejusdem Epigramma*, *quo* Reverẽdissimo. In xpo pr̃i et Dño D. Benedicto superantio patricio Veneto et archiepiscopo Nicossiensi dignissimo se comendat. *XVIII. Ejusdem* epigrãma in obitu clarissimi senatoris Veneti Dñi Thome Lyppomani: urbis padue prefecti. *XIX. Ejusdem* epygrãma in obitu clarissimi senatoris Veneti Dñi Zacharie Barbari etc. etc. *XX.* Domonee uxoris Athimeti cesaris liberti epygrãma nobile Rome inscul-

ptū : E latino in vernaculū Sermonem traductū a Georgio Sūmarippa Veronēsi generoso patricio : et clarissimo senatori Veneto D. Fātino coppo dicatū : in obitu. D. Clare Maripetre : Coniugis rarissime : et Matrone excellentissime flebiliter incipit. *XXI.* Clarissimi. D. Fantini Coppi elogium. *Ad calcem* Epigrammatis, *et totius voluminis :*

Vale Vale et Valeant
Qui te Valere ꝑoptāt.

In 4.° parvo.. XII. B. 46.

—— Argumentum seu farrago opusculi huius a Georgio Summarippa Veronensi : Generoso Patritio cōpilati. Ad lectores feliciter incipit *hoc pacto :*

Queste seran vivāde pythagorice :
cōdite da meliflua nobeltate
terse : moral : facete : et allegorice :
Da cibar dotti che la urbanitate
non cū divitie adornan : ma virtute
sempre cū muse in lor sodalitate
De īmortal fama e gloria eterna imbute.
sprezzādo el vulgo ignaro : e gesti ellati
mēte vulpine : de invidia pollute :
El pravo aucupio : egli costumi ingrati.
Finis.

Huic subnectitur Italicum Epigramma, quo Georgius Summarippa Patritius : Illustri et excellenti senatori Veneto. D. Hieronymo georgio : equiti aurato Clarissimo. Ac serenissimi venetorū Imperii Legato benemerētissimo. Apud summū pōtificē et sanctissimū D. N. papą Alexādrū sextum se cōmēdat humilime. *Sequuntur Italica carmina, vario metro conscripta, quorum tituli, I.* Moralis consolatoria ad universos huius seculi virtutū cultores : et spectate fidei viros egregios : ad illa duo Benfaremo e voluntiera. vulgatissima verba facete ac ingenue alludēdo. *II.* Miseranda ac dolorosa ꝑegrinatio : ob virtutem relegatā : et in exilium derelictam etc. etc. *III.* Egloga in edacem invidie livorem. *IV.* Dive fortune, et Georgii sūmarippa Dialogus. *V. Ejusdem Epigramma ad* Bartholomeum Nigrum Physicum peritissimum. *VI.* Dyalogus Georgii Sūmarippa et Magnifici Marrini (sic) Sānuti in lecto iacētis : et a febre quartana gravati invicem loquentiū de infimo virtutis precio seu statu miserrimo. *VII. Ejusdem* Conquestio : ob virtutem mendicantem et ad miserandam conditionem deductam : ad spectatissimū et prestantissimum virū D. petrum de strasoldo nobilem aquileiensem etc. etc. *VIII. Ejusdem Epigramma ad* Reverendū ꝑsbiterum D. Caium Licinium polensem. *IX. Ejusdem Epigramma* D. Hieronymo Campagnola. *X.* Responsum Hieronymi Campagnola ad prelibatum D. Georgium Summarippa. *XI. Ejusdem* Summarippa *Epigramma* Domino Sylvestro Rambaldo. *XII. Epigramma* Hieronymi canignola (sic) *ad* Georgium Summarippa. *XIII. Ejusdem*

Responsum ad D. Hieronymum Campagnolam. *XIV. Ejusdem Epigramma ad* D. Alouisium Cendratam. *XV. Ejusdem Epigramma ad* D. Leonardum Montagna. *XVI.* Responsum D. Leonardi mōtagne ad Georgium Sūmarippa. *XVII. Ejusdem* Summarippa *metrica* Oratio ad integerrimum Senatorem Venetū D. Dñicū Venerium. *XVIII. Ejusdem Epigramma ad* D. Marinum Sanutum. *In calce hujusmodi ultimi Epigrammatis legitur:*

Ad Libellum tetrastichon

Vanne libel da dotti desiato:
gratie reddendo a virtuosi lettori:
ma se in te da maligni fia latrato.
digli anchor vivi sun (*sic*) compositori

Deo et Marco honos et gloria
Finis.

In 4.° parvo.. XII. B. 46.

Has duas *Georgii Summarippae* opellas oppido raras, et paucis obvias esse iudicat silentium Bibliographorum, et aliorum, qui Historiam Italiae litterariam scripserunt. Porro de iis, earumque Auctore haec tantummodo obiter leguntur apud *Quadrium Storia d' ogni Poesia Tom. iv. pag. 136.* et *Maffeium Verona illustrata, Tom. vi. pag. 285. Poche e cattive sue rime si veggono stampate in brutto carattere senz' anno, nè luogo.* Hae vero, quas latitantes cum aliis compactas fortuito detexi, primum a nobis excitantur, et in lucem prodeunt. Excusae sunt gemina columna rudissimo charactere gallo-franco, qui in prima opella grandior est, quam in secunda, in charta fusca, et parum levigata: unaquaeque earum constat foliis quatuor, in quibus nullus custos, aut numerus paginarum, nullae signaturae visuntur. Impressae putantur *Venetiis* circa annum 1495.

Superchii Valerii Pisaur. Physici. De Laudibus Astronomiae Oratio. *Is titulus in prima pagina legitur, et in secunda Epistola Nuncupatoria, sic inscripta:* Valerius Superchius Pis. Physicus Illustriss. Prĭcipi Jo. Sfortiae de Aragōia Cotignolae Comiti Pis. Dño. S. *In secundo folio recto incipit* Valerii Superchii Pisaur. Physici Oratio De Laudibus Astronomiae Habita In Gymnasio Patavino, *quae desinit verbo*, Dixi, *ad lineam xiv. folii xvi. recti, et protinus subjungitur*: Errata ĭpssorū.
In 4.° parvo.. X. A. 57.

Sine notis typographicis. Praesens opusculum fugit Bibliographos fere omnes, et primo a nobis excitatur. Excusum cernitur rotundo, et nitido charactere, qui lineas 28. complet in paginis plenis, quarum margines inferiores instructae cernuntur signaturis, et custodibus; superiores tamen carent numeris.

Supplementum Summae Pisanellae. *Vide* Osimo Nicolao de.

Surrhentini Caroli. Cohortatio ad italos contra turchas. *Haec excusa sunt verba in summitate primae paginae. Ad calcem tantummodo legitur:* Finis.

In 4.° parvo.. XI. B. 33.

Opusculum prorsus ignotum, et forsan a nobis primo excitatum. Versibus Elegiacis scriptum, quod quinque implet paginas, absque ullo signo consueto in marginibus. Editio Neapolitana, ex typographeo, uti videtur, *Sixti Riessingerii.*

SUSONIS HENRICI. *Vide* Sisi.

SUZARIA GUIDONIS DE. Tractatus de tormentis. *In summitate primae columnae occurrit titulus hoc pacto inscriptus :* Incipit ꝑutilis et quottidian⁹ (sic) tractatus de tormentis ꝑ p̄stantissimū ac eminētissimū ea etate doctorem dn̄m Guidonē de Suzaria mantuanū cū additionibus. d. Ludovici d⁹ bologn̄is. d⁹ bonōia utri⁹q3 iuris doctoris clarissimi eq̄tisq3 dignissimi ī almo boñ studio Anno dn̄i. Mccccclxxxviij. Ad magnificos dn̄os. d. p̄tores et eorundem assessores ac iudices ad maleficia deputatos. *Ad calcem :* Explicit ꝑutilis et quotidianus tractatus de tormentis per prestantissimum ac eminentissimum ea etate doctorem dn̄m Guidonem de suzaria mantuanū cū additionibus. D. Ludovici de bologninis de bononia vtriusq3 iuris doctoris clarissimi eq̄tisq3 dignissimi ī almo Bononie studio Anno dn̄i. Mccccclxxxviij. ad magnificos dn̄os. d. pretores et eorundem assessores ac iudices ad maleficia deputatos. Emendatissime et dilgentissime (sic) visa in regia ac excelsa civitate Bononie et impensis Ugonis rugerii et bn̄dicti ectoris libro4 mercatoris fidelis. Et industria non levi eiusdē Ugonis de rugeriis impressoris bononiensis fideliter īpssa. Anno a salute Christiana. Mccccclxxxviiij. die xviij. Februarij. *Huic subnectuntur Registrum, et Typographi signum, alibi notatum.*

In folio majori.. VII. G. 24.

SUZINI BARTHOLOMAEI. *Vide* Sozini.

S Y

Sybillae Bartholomaei. *Vide* Sibyllae Bartholomaei.

Sylii Italici. *Vide* Silii.

Sylvatici Mathaei. *Vide* Silvatici.

Sylvae Morales. *Vide* Silvae Morales.

Symonetae Bonifacii. *Vide* Simonetae.

Symonetae Iohannis. *Vide* Simonetae.

Synesii Cyrenaei Philosophi Platonici. De Somniis, *latine*, Marsilio Ficine *Interprete*. *Extat cum* Jamblicho, *et aliis Scriptoribus ab eodem* Marsilio *latine versis*. *Vide* Jamblichi.

—— *Ejusdem*, Epistolae, *graece*. *Extant excusae in Collectione Aldina*. *Vide* Epistolae Variorum Auctorum.

Syracusanorum Epistola ad Mahummedem II. *Extat impressa cum Epistolis* Mahummedis. *Vide* Mahummedis.

Sysii Henrici. *Vide* Sisi.

T A

TABERII JOHANNIS BRIXANI. Commentaria in Lucani Pharsaliam, *cum Epistola ad* Franciscum Barbarum de Commentariis Omniboni Leoniceni *in eundem Poetam. Vide* Lucani.

TACITI C. CORNELII. Annalium, et Historiarum libri superstites. *Opus incipit absque ulla praevia notitia ab XI.* Annalium libro. *XVI. subduntur* Historiarum libri quinque. *Adcedunt* libellus aureus de situ, moribus, et populis Germaniae, *et* Dialogus de Oratoribus claris. *In fine hujus legitur:*

Finis Deo laus.

Caesareos mores scribit Cornelius esto
Iste tibi codex : historiae pater est
Insigni quem laude feret gens postera : pressit
Spira premens: artis gloria prima suae.

In folio .... XII. F. 26.

Editionis hujus principis, longe rarissimae, notitiam, et perfectam descriptionem dat *Oberlinus* in Praefatione suae editionis *Lipsiae 1801.*, ubi demonstrat hanc nostram in aliquibus consonam esse cum antiquo *Vaticano*, in aliquibus cum *Florentino Codice MS.*, licet *Ernestus in Bibl. lat. Jo. Alb. Fabric. Tom. II. pag. 394.* doceat editionem hanc ductam esse *e MS. Valde bono, sed incertum quo.* Deest in hac principe editione nota Chronologica, et quamplurimi rei Bibliographicae Scriptores non dubitarunt ipsam referendam esse ad annum *1468.* tamquam primum *Johannis Spirensis* artis typographicae experimentum, ob ultima verba, quae in tetrasticho ad calcem voluminis excuso, leguntur. Ast Illustris *Comes Revickzky* recte observat, eamdem conclusionem extare etiam ad calcem spirensis editionis *Epist. Cicer. ad Familiares, ann. 1469.* ubi dicitur: *primus labor.* Hinc *La Serna, Santander dictionn. Bibliogr. du XV. Siècle Tom. I. pag. 177.* et *Tom. III. pag. 383.* et *Frognal. Dibdin. Introd.* etc. etc. *Tom. II. pag. 446.* his, aliisque rationibus commoti, eam referunt vel ad exitum anni 1469. vel ad annum 1470. ineuntem. Editionem hanc eleganter elaboratam tam typorum praestantia, quam papyri spissitate, et latis marginibus plurimum commendare debemus. Signaturae nullae, nulli foliorum numeri, nullique custodes, sed custodis instar ad finem cuiusvis folii adjecta est vox prima folii sequentis integra. Character rotundus lineas 36. in plenis paginis occupat; et foliis impressis 174. opus constat. Exemplar nostrum caeteris praestat tam ob elegantiam initialium, quae spatiis insertae fuere a Miniculario, qui adfabre eas depinxit auro, et variis coloribus, et margines primae paginae eodem modo decoravit, quam ob optimam et nitidam conservationem, tanquam recens e praelo, gallico modo compactum.

—— Exemplar alterum, *mutilum in fine plurium foliorum.* XIX. A. 16.

—— Alia editio. *In prima pagina voluminis legitur titulus hoc pacto, sed in tres lineas excusus:* Cornelii Taciti Historiae Augustae. *In folio secundo recto occurrit Epistola, qua dicit* Franciscus Puteolanus Jacobo Antiquario ducali Secretario. Sal. *In folio tertio recto incipit* CORNELII TACITI HISTORIE AUGUSTE. LIB. XI. ACTIONVM DIVRNALIVM. *Tituli trium opuscu-*

lorum, qui Historiam *excipiunt, sunt:* CORNELII TACITI ILLUSTRISSIMI HISTORICI DE SITV MORIBVS ET POPVLIS GERMANIE LIBELLVS AVREVS. CORNELII TACITI AEQVITIS ROMANI DIALOGVS AN SVI SAECVLI ORATORES ANTIQVIORIBVS ET QVARE CONCEDANT. JVLII AGRICOLE VITA PER CORNELIVM TACITVM EIVS GENERVM CASTISSIME COMPOSITA. *Ad calcem* Dialogi de Oratoribus *Typographus notavit:* Cornelii Taciti historiae augustae : nec nō de situ moribus et populis germaniae libellus : ac de Oratoribus dialogus foeliciter expliciūt. Venetijs fideliter Impresi (sic) ac diligenter emendati p⁹ Philippū pinci sumptibus nobilis viri dñi Benedicti fontana. Anno dñi Mccccxcvij. die xxij. Marcij. Imperante sapiētissimo dño Augustino Barbadico prudentissimi ac Invictissimi Senatus Venetiarum duce Serenissimo. *Sequitur Registrum, et in sequenti pagina Signum* Benedicti Fontanae, *alibi indicatum, extat. Adcedit* Vita Agricolae, *cum titulo supra notato; ea que absoluta,* FINIS *primum, ac postea verba hujusmodi inveniuntur:* Venetiis p⁹ Philippum pinci : sumptibus dñi Benedicti fontana. Anno dñi Mccccxcvij. die xxij. martii. *Ultimum folium in antica facie iterum Signum* Benedicti Fontanae *exhibet:*

In folio.. XIX. H. 14.

—— Exemplar alterum .... XIX. H. 15.

—— Vita Julii Agricolae. *Extat cum* Panegyricis veteribus, *quorum princeps est ille* Plinii. *Vide* Plinii.

—— De situ, moribus, et populis Germaniae. *Extat ad calcem* Historiarum Diodori Siculi. *Vide* Diodori.

Taddei de Florentia. *Vide in Appendice.* Florentia Taddei de.

Taranta Velasti de. Tractatus de Epidemia, et peste. *Extat impressus cum* Tractatu Petri de Abano de Venenis, *de quo actum est in primo volumine hujus Catalogi pag. 1. et seq. Vide* Abano.

Tarchianiotae Michaelis. *Vide* Marulli.

Tartagni Alexandri de Imola. Lecturae in primam, et secundam partem Digesti Veteris cum Apostillis. *In fronte primae columnae primi folii:* Incipit lectura excellētissimi iuris utriusq3 nonarche (sic) ac p̄cipis dñi Alexandri ab imola : et p̄mo super p̄ma. ff. veteris. *In fine lecturae primae partis legitur:* Excellentissimi vtriusq3 iuris morch (sic) Domini Alexā de Imo super prima ff. veteris per Bernardinū d⁹ Tridino Anno domini. M.cccc.lxxxviiij. Kl.⁹ Maij. Venetijs feliciter Explicit. *Post vacuam paginam sequuntur* Apostille et additiones. Ad bar. vtriusq3 iuris doctoris D. Alexādri de imo. sup⁹ p⁹ma p⁹te. ff. veteris. Et p⁹mo sup⁹ rubro ipsius prohemii. *In fine:* Lectura excellentissimi iuris utriusq3 monarche dñi Alex. de imola sup̄ p̄ma ff. veteris ꝑ Bernardinū de tridino felicit⁹ explicit M. cccc. octuagesimo nono. Klen. augusti. *Exinde* Incipit lectura excellētissimi iuris utriusq3 monarche ac p̄ncipis domini Alexandri ab

imola sup scd'a ff. veteris et de officiis eius. *In fine:* Lectura excellētissimi iuris utriusq3 monarche di Alexādri de imola sup scd'a ff. veteris p Bernardinū d' tridino venetijs felicit' explicit Millesimo q̄dringētessimo nono (*sic, desunt decades*). Klen. Junii. *Sequuntur* Appostille seu additiones secunde partis ff. veteris ad Bar. excellētissimi utriusq3 iuris doctoris dñi Alexā. de Imola. *Ad calcem:* Finis apostillarum secūde partis. ff. veteris domini Alexādri de Imol. impressarū venetijs per Bernadinū (*sic*) stagninū de Tridino. de mōteferato. Anno dñi. M. cccc. lxxxviij. die x. octobris. *Adcedit* Registrum Apostillarum secūde partis. ff. veteris.

In folio majori .... VII. D. 20.

—— Incipit lectura excellentissimi et acutissimi legū monarche domini Alexandri (*sic*) de Imola super prima parte. ff. novi. *Is titulus occurrit in summitate primae columnae folii primi.* Lectura *absoluta*, *protinus* Incipiunt apostillae Domini Alexandri d' Imola ad bar. super p̄ma parte ff. novi. Ultra Lecturam ipius domini Alexandri. *Ad calcem* Apostillarum: Sit Laus. Deo. Omnipotenti. q? finem Habemus huius legis. Sepe. Amen. *In penultima pagina extat* Registrum huius libri, *cui subnexa est sequens notitia Typographica:* Explicit Lectura excellentissimi et acutissimi Legum monarche Domini Alexandri de Tartagnis de Imola super prima parte. ff. novi. Cum additionibus incorporatis et opportunis per eū Bononie traditis. Imp̄ssa Ferrarie per magistrum Andream Gallicū. Die xxviij. Septēbris. Anno Domini Mccccclxxviiij.

In folio majori .... VII. C. 18.

Editio valde rara ob silentium Bibliographorum, penes quos incassum eam quaesivi: magnifica insuper, nam licet ejus character gallo-francus sit, nitidissimus tamen est, et in duas partitus columnas, quarum utraque integra constat lineis 59. Latissimi margines instructi cernuntur signaturis, sed sine numeris, et custodibus; atque ex Registro in fine colligitur voluminis folia esse 368.

—— Apostille domini Alexandri ad bar. sup p̄ma parte digesti novi. in his solum titulus et locis (*sic*) ubi ordinarie non legit. et quia lectura eius sup ti.° de dam. infec. cōplectitur. l. si finita usq3. ad paragr. eleganter inclusive. Ideo in reliquis eiusdem. l. paragraphis apostille sequūtur et p ordinem in posterioribus titulis. Emendate summa cū diligentia. uti videre poterunt qui emere voluerint. *Ad calcem:* Expliciunt apostille di Alexādri d' Imola ad bar. super p̄ma parte digesti novi in his solū titulis et locis ubi ordinarie non legit. *Exinde:* Imp̄sse Ferrarie per magistrum Andream Gallicum die xxvij. marcii. m.cccclxxx. *Sequitur* Registrum. *Post vacuam paginam*, Apostille ad bar. super secūda parte. ff. novi quas fecit excellentissimus utriusq3 iur̄ doc. dominus Alexander de Imola feliciter incipiūt. *Quibus absolutis legitur post verbum* Finis: Expliciūt apostille ad bar. super secunda parte. ff. novi quas fecit excellentissimus utriusq3 iur̄ doc. dominus alexander de Imola. Imp̄sse Ferrarie per magistrum andream gallum. Anno domini. M. cccclxxxi. die xxviiij. decembris. *Sequitur* Registrum hujus libri.

In folio majori .... VII. H. 17.

Character, totumque opificium hujus editionis idem omnino est ac praecedentis.

—— Exemplar alterum.. VII. C. 18.

—— Lectura super secunda parte ff. novi. *Titulus adpositus in summitate folii primi, qui binas columnas amplectitur, sic extat:* Incipit lectura super toto ti. De verb. obl. excellentissimi iuris utriusq3 interpretis domini Alexandri tartagni de Imola a ꝑitissimis viris diligētissime emēdata. interpositis insertisq3 ac opportune collocatis his : que Anno domini Millesimo quaringentesimo (*sic*) septuagesimotertio. cū Bononie hunc titulum novissime doceret. ipse vel mutanda vel addenda ad ea que olim iunior scripserat. interlegendum putavit. Est certe opus cādidissimū. utilissimum. et in quo aureus ac divinus auctor plurimum polluit. invictus semper a difficultatibus quēadmodum a laboribus hercules. Opere precium est cū ad aliquot nodos iuris inextricabiles deventum ē videre auctorem inter varias contrariasq3 scribentiū sn̄ias versari. eosq3 divino ingenio defendentem qui recte locuti essent. qui vero iniuste aut male sensissent iustissimis semꝑ urgentissimisq3 rationibus ac allegationibus evertentem miro quodam ordine usū. ita ut cui cōparemus hēamus neminem. Amplectantur hoc igit' opus quicūq3 proficere cupiunt. quiq3 audiendi Alexandri desiderio tenebantur. habituri tante iacture hoc unum solaciū lecturiq3 eum mortuum quem vivum audire non potuerunt. *Ad lineam xxiv. secundae columnae folii aversi cliv. opus terminatur hac conclusione :* Plurima scripsit Alexander Immolensis immensa iuris civilis volumina Interpretatus que sive calamo formata sive īpressione prompta inspicere diligenter volumus nunq̄3 negabimus plerisq3 in locis fuisse mendis viciata et adeo quidem ut ipsius Alexandri sensus illis ī locis elici securo nequeat. Verū cum ea que in secundā ffi. novi partem Alexander ipse conscripsit presenti volumine informata q̄3 diligentissime interpretatus fuerit Legesq3 que in secunda parte illā collocate sunt in assiduo sint supra omnis (*sic*) alias usu earumq3 interpretationes versentur semper in manibus plures doctissimi atq3 eruditissimi viri celebresq3 cesarei iuris interpretes Mediolani ꝑbatissimi operis hui' fuerūt castigatione adhibiti q̄ rem ut nosci facile pōt. adeo emēdatam rediderunt (*sic*) ut cum omni antiquitate possit de castigatione contendere et a correctione ipso edilita (*sic*) videat'. Huiusq3 preclarū facinoris auctores Ulderic' scinczenceller et Leonard' pachel alamani viri sane probati et optimi ad hoc ipsum nati merito esse existimari possint. Anno a natali xp̄iano. M.ccccLxxxi. pridie nonas octobres FINIS. *In sequenti pagina extat* Registrum operis, *et post aliam albam, sub nova signaturarum serie,* Apostille. Ad bar. super secunda parte ff. novi. S. de verbo. ob. quas fecit excellētissimus utriusq3. iur. doc. domin' Alexāder de Imola feliciter incipiunt, *quae desinunt in folio averso cclviii. ad lineam X. secundae columnae, et protinus subjungitur post verbum* Finis, *sequens notitia typographica :* Juris pontificij ac cesarei monarche. Alexādri tartagni de Imola super s'a parte. ff. novi apostille ꝑ excellentes viros Juris nō ignaros diligēti castigatione emēdate. Impresseq3 Mediolani per Leonardum pachel necnō Uldericum scinczenceller eius sociū in lucem editē fuerūt Anno a natali xp̄iano. M.cccc.lxxxi. quīto Kal' novembres. *Sequitur* Huius operis Registrum.

In folio majori.. VII. D. 25.

Gras pag. 59. *Panzer Tom. II. pag.* 42. mentionem fecerunt *Lecturae super 1. par. ff. Veteris* ab iisdem Typographis excusae hoc eodem anno, nempe 1481. sed mense *Ianuarii*; praesens vero editio latuit et laudatos Bibliographos, et diligentissimos *Saxium*, *Maittairum*, caeterosque, et primo a nobis excitatur, unde ejus raritas eruitur. Impressa est duplici columna, et unaquaeque earum integra constat lineis 63. gallo-franci nitidi characteris. Charta alba est, et compacta; ejusque ampli margines signantur tantummodo in inferiori ora litteris, Arabicisque notis, haud vero reclamantibus, aut foliorum numeris in superioribus; et pro initialibus parva elementa adposuerunt in spatia Typographi.

—— Lectura super prima, et secunda parte ff. novi. *Primae parti praefigitur titulus :* Incipit lectura excellētissimi et accutissimi (*sic*) legum Monarche domini Allex. (*sic*) de imola super p̄ma parte. ff. novi. Et p̄mo de novi operis nunciatione. *Terminatur :* Excellētissimi iuris vtriusq3 Monarche domini Alexādri de Imola lectura de novi op̄e nūcia. de dāno infecto necnō de acquiren. pos. feliciter explicit. *Deinde* Incipiunt apostille domini Alexandri de imola ad bar. sup p̄ma parte ff. novi. Ultra lectura ipsius domini Alexandri. *Ad calcem :* Expliciūt apostille dñi Alexandri de imo. ad bar. sup p̄ma parte digesti novi in his solū titulis et locis vbi ordinarie nō legit. Imp̄sse venetijs p mgr̄m Bernardinū de Tridino de Monteferato āno dñi Mccccxc. die xiii. mensis mai. *Adcedit* Registrum hujus operis. *Sequuntur sub eadem signaturarum serie :* Reportata incliti ac famosissimi iuris interpretis dñi Alexandri de tartagnis de Imol. sup ti. ff. de re iudic. cū additionibus oportunis (*sic*) p eū bononie tradit⁹. qui dicebat q⁹ h⁹ titulus est solēnis etc. etc. *Desinit :* Explevim⁹ deo auctore reportata excellētissimi utriusq3 iuris monarche dñi Alex. d⁹ tartagnis de imol. sup titulo d⁹ re iudicata cum additionib⁹ oportunis. et p p̄ns sup tota p̄ma ff. novi parte. Imp̄ssū venetijs p magr̄m Bernardinū de Tridino de mōteferrato āno dñi. Mcccclxxxviiij. die xij. mēsis d⁹cēbris. *Incipit protinus :* Lectura super secunda parte. *Ad calcem :* Explicit lectura famosissimi utriusq3 iuris doctoris dñi Alexandri Imoleñ. super secūda parte ff. novi. Impressa venetijs p magistrū Bernardinū de Tridino de mōteferato. Anno dñi. M. cccc. lxxxix. die xv. Septembris. *Exinde :* Apostille ad Bart. super secūda parte ff. novi. S. de verbo4 obligat. quas fecit excellentissimus utriusq3 iur. doct. dominus Alexander de Imol. feliciter incipiunt. *Desunt in nostro codice duo folia in fine :*
In folio majori .... VII. D. 9.

—— Lectura super prima, et secunda parte Infortiati. *Nullus proponitur titulus primae parti, ubi spatium vacuum extat, a Calligrapho exscribendus, et incipit a* Soluto matrimonio quēadmodum dos petatur. Rubrica. *Huic adcedunt* Apostille seu additiōes Domini Alexādri de Tartagnis de Imola vtriusq3 iuris doctoris Excellētissimi ad Bar. super prima parte infortiati. *Ad calcem :* Excellentissimi vtriusq3 iuris Monarche dñi. Alexādri de Tartagnis de Imola super prima infortiati parte videlicet sup titulo so. ma. de lib. et post. de vulga. et pupil. et acquir. her. Impressum Venetijs per Magistrum Bernardinum de Tridino de Monteferrato anno dñi. Mcccclxxxviiij. die xviij. mēsis martij. *Sequitur* Registrū huius operis. *Adcedit* Lectura super secunda parte, *cui deest pariter titulus, pro quo tantum vacuum spatium cernitur; et hac absoluta, legitur :* Excellentissimi ac eminētissimi iuris pōtificij cesareiq3 doctoris dñi. Alex. tartagni

Imo. lectura sup scdā Infor. explicit que quāta diligētia studio ac fide ex p̄po et novissimo aucto4 exemplari sumpta fuerit studiosis ei' facile patebit nec audiāt q supfluas additiones q̄sdā et ut veri' dicā ineptias neotherico4 et nullius scientie docto4 tā p̄claro opi inserēdas putarūt. Si q̄dā ea4 īsertōe neq3 Alexādri honori atq3 dignitati neq3 legentiū utilitati osultū fuisset. Accipite ergo hec que v̄a et vtilia sunt et impressioni tradita in Venetijs per Magistrū Bernardinū d' tridino de mōteferrato. Anno dñi. Mccccclxxxx. die. xxviij. mēsis Januarij. *Incipiuut exinde* Apostille dñi Alexandri de Imo. sup secunda infortiati etc. *Et ad calcem:* Hic finiūt apostille excellentissimi di Alexandri Tartagni Imolens' sup secunda infortiati. Impresse3 venetijs per magr̄um Bernardinum de Tridino de Monteferrato anno domini. M. ccccxc. die vij. mensis mai. *Sequitur* Registrum hujus operis.

In folio majori.. VII. G. 20.

—— Lectura super prima, et secunda Codicis parte. *Nullus extat titulus in prima pagina, sed vacuum spatium pro titulo exscribendo habetur. In fine primae partis:* Excellētissimi utriusq3 iuris monarche domini Alexandri de Imola lectura super p̄ma parte Codicis finit feliciter. Impressa Venetijs per huius artis peritum magistrum Paganinum de paganinis Anno domini Mccccclxxxviij. die xviiij. mensis Setembris (sic). *Sequitur* Registrum huius operis. *Sub eodem ordine signaturarum* Incipiunt additiōes seu apostille di Alexādri d' Imola utriusq3 iuris doctoris excellētissimi sup lectura bar. in p̄ma parte Codicis; *qua absoluta, legitur:* Finis Apostillarū excellentissimi utriusq3 doctoris dñi Alexandri de Imola super p̄ma parte C. impssarū venetiis per magistrum Paganinum de paganinis. Anno dñi. M. CCCC. Lxxxviij. die xxij. Septemb. *Huic notae subnectitur* Registrum Apostillarum. *Sequitur* Lectura super secunda parte, *cujus ad calcem:* Explicit lectura famosissimi utriusq3 Juris doctoris dñi Alexandri de Imola sup secundā partē C. Impressa Venetijs p magistrū Paganinū d' Paganinis d' Brixia. qui non solū adhibet curam ut hec aliaq3 sine Vitō ve4 et omni diligentia sua elaborata sint opera. Anno dñi. MCCCC L xxxviij. die xxij. Novēbris. Regnante Inclito Duce Augustino Barbadico. Registrum sup secūda parte Codicis. *Post vacuam paginam incipiunt* Apostille domini alexandri de imo. ad bartol. super secūda parte Codicis his titulis obmissis super. q̄b'. legit ordinarie. *Ad calcem harum, et totius voluminis:* Finiunt apostille dñi Alexandri de Imol. sup secūda p̄te Codicis. Impresse venetijs per magistrum Paganinum de Paganinis Brixiensem. Anno domini. M.cccc.lxxxviij. *Huic adcedit* Registrum.

In folio majori.. VI. G. 7.

—— Alia editio, *quae, uti in praecedenti editione, nullum gerit titulum, sed spatium tantum in prima pagina. Ad calcem* Lecturae *primae partis:* Excellentissimi utriusq3 iuris monarche dñi Alexandri de Imola lectura super prima parte Codicis finit feliciter. *Protinus* Incipiunt additiones seu apostille dñi Alexandri de Imola utriusq3 iuris doctoris excellentissimi super lectura Barto. in prima parte Codicis; *quae desinunt hac subscriptione:* Finis Apostillarum excellentissimi utriusq3 doctoris di Alexandri de Imola super p̄ma parte C. impressarum venetijs per Magistrum Bernardinum de Tridino de Monteferrato.

Anno dñi Mccccxc. die xviiij. mensis aprilis. *Sequitur* Registrũ hujus operis. *Post vacuam paginam, sub eadem signatura, incipit* Lectura super secunda parte C. *cui nullus inest titulus, et ad calcem* : Explicit lectura famosissimi utriusq3 Juris doctoris dñi Alexandri de Imola super secunda parte C. Impressũ (sic) Venetijs p magistrũ Bernardinũ de tridino de monteferrato Anno dñi M. cccclxxxix. die xxxj. (sic) mensis aprilis. *Sequuntur* Apostille domini alexandri de imol. ad bartol. sup secũda parte Codicis his titulis obmissis (sic) super quibus legit ordinarie. *Ad calcem:* Finiunt apostille dñi Alexandri de Imela (sic) sup secunda parte Codicis. Impresse venetijs per magistrũ Bernardinũ de Tridino de mõteferrato. anno dñi. M. ccccxc. die xxvij. aplis. *Ultimo loco occurrit* Registrũ huius operis.
In folio majori .... VII. D. 20.

—— Incipiunt additõnes seu apostille dñi Alexandri de imola vtriusq3 iuris doctoris excellẽtissimi sup lectura Bar. in pma parte Codicis. *Is titulus occurrit in summitate columnae primae folii primi recti. Desinit* lectura *ad lineam* *XII. secundae columnae folii recti LIII. hac conclusione :* Expliciunt additiones seu apostille domini Alexandri de Imola utriusq3 iuris doctoris excellentissimi super lectura Bartholi in prima parte Codicis. *Huic notae excuditur* Registrum.
In folio majori .... VII. H. 17.

Sine ulla typographica nota. Penes Bibliographos praecipuos, quos ad manus habeo, et diligentissime evolvi, nullam inveni hujusmodi pulcherrimae editionis notitiam. Ejus typus, licet semigallo-francus, nitidissimus tamen est, et ad latinum adcedit; qui in charta admodum alba, et levigata, in duas dispescitur columnas; eaequae dummodo integrae sint, lineas continent 50. In amplis marginibus signaturae tantum observantur, instructae parvis litteris, Arabicisque notis, haud vero reclamantes, et foliorum numeri. Parva elementa pro initialibus expressit ignotus Typographus, et pro interpunctionis signis punctum tantum adhibuit.

—— Apostille domini Alexandri de Imo. ad Bar. super scda parte Codicis his titulis obmissis super quibus legit ordinarie. *Huic titulo in summitate primae columnae excuso, adcedit* Rub. de Servis fugitivis. *Opus absolvitur cum sequenti typographica nota :* Finiũt apostille domini Alexãdri de Imo. sup s'cda parte Codicis impresse per me Henrĩcũ de Colonia. Anno millesimoquadringentesimo octogesimo die vero vigesĩa tertia Junii, *Sequitur* Registrum.
In folio majori .... VII. H. 17.

—— Consilia, *quinque voluminibus distributa. Volumen I. hunc titulum praesefert :* Excellentissimi doctoris. d. Alexandri Tartagni Imolẽsis primi volumĩs Consilia feliciter Incipiunt. *Ad calcem :* Explicit primum volumẽ cõsilio4 excellentissimi iuris vtriusq3 monarche et etate sua iure consulto4 ĩdubitati pcipis dñi Alexandri de tartagnis de imo. Opus aureum. vtilissimum. et summa cõmendatiõe dignũ. Habet enĩ autorẽ eminentissime scientie : incredibilisq3 doctrine : ac in mense (sic) auctoritatis. Nullus extat iuris articulus quottidian' et frequẽs quẽ hoc opus certissime nõ cõplectat' diligentissime elucubret et pleniusq3 (sic) alibi cumulatissime absolvat. Hec novissima impressio. Ceteras omnes hui' operis ĩpressiones facile superat diligẽti et accurata castigatiõe et emendatione littera4

caracteris et forme ac sillaba4 cōpositiōe singulari et exquisita p̄stātia. Et quod plurimi maximiq3 faciendū est maīfesta illa articulo4 clausula4 et dicto4 cuiusq3 consilij et distinctissima separatiōe. Ad facillimā singulo4 que cōsilio quolibet ꝯtinentꝰ inventiōem. Primarum enī īpressionū cōsilia sunt tā ꝯiuncta et continuata tāq3 cōculcata scriptura cōposita. Ut nisi perlecto ītegro et plerūq3 lōgissimo ad calcē vsq3 cōsilio nihil eo4 que ibi cōtinentꝰ sine maximo labore īveniri possit. Nūc singula tam bene divisa aperta et dilucida sūt ut simulatq3 (sic) cōsiliū ī venetijs ꝑquisitꝰ articulus illico occulis (sic) subiciatꝰ. Ingenio Bernardini dꝰ Tridino Venetijs feliciter Impressum. *Sequitur* Registrum, *quod subnexum habet signum rubrum Typographi — Volumen II. titulum gerit:* Acutissimi ac Eminentissimi Juris vtriusq3 doctoris Alexandri Imolensis responsa non solū auctoris īgenio trutinatissime edita sed labore maximo sumptibusq3 gravissimis impressioni tradita sunt. ex varis (sic) diversisq3 locis castigatissime congesta ad perpetuam tanti doctoris laudem et gloriam nec non iuri incūbentiū vtilitatē feliciter inchoant. *Ad calcem:* Explicit secundum volumen consilio4, *et caetera, ut in praecedenti volumine, cum* Registro, *et signo rubro Typographi — Voluminis III. titulus sic habetur:* Excellentissimi ac probatissimi iuris vtriusq3 doctoris domini Alexandri Imolensis Tertii voluminis cōsilia novissime huic impressioni tradita et accuratissime castigata feliciter Incipiunt. *Terminatur eadem conclusione primi, quae voluminis est; et additur:* Per Bernardinum de Tridino Venetiis feliciter impressum. Anno domini. M.ccccLxxxviij. die xxviij. octobris Finis. *Adcedunt* Registrum, *et signum rubrum Typographi* — Consilia quarti voluminis excellentissimi Do. Alexandri tartagni Imolensis Incipiunt, *et post* Registrum *desinunt:* Excellentissimi doctoris D. Alexandri Tartagni Imolensis quarti voluminis Cōsilia feliciter per Magistrū Bernardinum de Tridino. decimo chalēdas augusti M.ccccLxxxviij. Venetijs expliciunt. *Huic subnectitur Excusoris signum rubrum* — Quintum volumen cōsiliorum domini Alexandri Tartagni imolensis iureconsultissimi et veritatis p̄ncipis nuper editum per nobiles et pientissimos eiusdem filios: Quorū opere curaq3 ea omnia diligentissime recognita et correcta sūt. Necnō. ex originalibus ꝓpriis penes eos existentibus fideliter transcripta. *Terminatur:* Extat: atq3 in lucē ꝓdiit praesens q̄ntū cōsilio4 volumē do Alexandri tartagni imolēsis Cesarei atq3 Pontificij iuris īterpretis sāctissimi qdꝰ exhibuerunt piētissimi illius liberi in florida civitate Venetiarū imprimi Bernardino de tridino de monteferrato. Anno salutis humane. M.ccccLxxxx. Sexto nonas Martias. *Post* Registrum, *subnexum cernitur signum nigrum Typographi. Exinde,* Incipit repertoriū presentis Quīti consiliorum volumīs divi Alexandri tartagni Imolensis cesarei atq3 pontificij iuris interpretis eminētissimi ꝯpilatū per eximiū vtriusq3 iuris doctorē Do. Hieronymū de claris de brixia etc. etc. *In fine:* Explicit reꝑtoriū Quinti volumīs ꝯsilio4 D. Alexandri Tartagni Imolēsis Imꝑssum Venetijs ꝑ Bernardinū de Tridino Anno M.ccccLxxxx.

In folio majori, *in duobus Tomis* .... VII. D. 18-19.

—— Exemplar alterum voluminum I. et II............. VII. C. 38.

—— Exemplar alterum .... VII. C. 40.

—— Exemplar alterum Volum. III. et IV. *cui adcedit* Repertorium au-

reum nuper compilatum p celeberrimum vtriusq3 iuris doctorē equitemq3 insignem dn̄m Lodovicum bologninum .... VII. C. 29.

Tartarorum Epistola ad Mahummedem II. *Excuditur cum* Mahummedis *Epistolis. Vide* Mahummedis.

Tatareti Petri Opuscula. *Opusculum I. gerit in fronte primae paginae sequentia verba:* Expositio magistri Petri tatareti super summulis Petri hyspani. *In secundo folio* Incipiunt summule domini Petri tatareti vna cum textu magistri Petri hyspani iuxta mentem scoti que de modo sciēdi tanq̄3 de subiecto adequato tractant. *Ad calcem:* Celeberrimi viri magistri Petri tatareti totam logicam cum questionibus luculenta expositio finit feliciter. *Adcedit:*

Huius operis commendatio.

Divitias sacre quisquis spectare minerve
Et felix tantis iam cupis esse bonis
Si sapis eximios nunc amplexare libellos
His poteris tutū discere qua sit iter
Iste tibi clavem tradet: qua clausa resolvas
Hostia (sic): speratas mox additurus (sic) opes
Ergo age et exiguis eme docta volumina nūmis
Atq3 cubita (sic) brevi culmina calle pete.

Sequitur Tabula quaestionum et dubiorum in hoc volumine contentorum. *Opusculum II. in prima pagina sic inscribitur:* Expositio magistri Petri tatareti super textu logices Aristotelis. *Exinde in secundo folio:* Quaestiones admodū subtiles et vtiles cum medulla totius materie artium quattuor librorum sententiarum et quolibeti doctoris subtilis Scoti in suis locis quotate magistri Petri Tatareti parisiensis super libris logices Porphirii et Aristotelis cum textus clarissima expositiōe ac dubiorum seu difficultatum ordinatissima terminatione feliciter incipiunt; *quibus absolutis excuditur* Tabula huius libri ad prompte inveniendum ea que in eodem libro pertractantur. *Huic Tabulae adcedit sequens notitia Typographica:* Completum fuit accuratissimeq3 emendatum sm̄ lecturam novissimam magistri Petri tatareti presens summularum opusculum expensis Jacobi maillet commorātis Lugdu. Anno domini Millesimoccccnonagesimo octavo. die. vij. maij. *Sequitur* Registrum. *Opusculum IV. inscriptum habet in antica pagina folii primi:* Clarissima singularisq3 totius philosophie necnon metaphisice Aristotelis magistri Petri tatareti expositio. *In sequenti folio:* Questiones admodum subtiles et vtiles cum medulla totius materie artium quattuor libro4 sententiarum quolibeto4 doctoris subtil⁹ scoti ī suis locis quotate Magistri Petri tatareti parisiensis super tota philosophia naturali et methaphisica aristotelis cū textus clarissima expositione ac dubiorum seu difficultatū ordinatissima determinatione feliciter incipiunt. *Clauditur volumen hac nota:* Et sic est finis totius metaphi-

sice. Fructuosum facileq3 opus introductoriū in logicā philosophiā necnō metaphisicā aristotelis doctissimi viri magistri petri tatareti diligentissime castigatū īpensis prudētis viri Jacobi mailet mercatoris Lugdunī. xvij. mensis Marcij. Anno dñi. Millesimo CCCC. xcviij. *Exinde* Sequitur tabula quaestionum et dubiorum, etc. In 4.° .... VIII. A. 2.

Hujusmodi rarae editionis tantummodo mentionem fecit *Panzer Tom. xı. pag. 329. n. 215.* qui ex *Catal. Bibl. Monast. S. Georg. Villingae* notitiam desumpsit. Gallo-francus est character, sed in textu major, in Commentariis minor, et lineas modo *60.* modo *61.* modo *62.* in quavis ex duabus columnis, quibus pagina conflatur, implet. In superioribus marginibus *Libri* indicantur, et folia parvis Romanis numeris, qui litteris sociantur ad signaturas instruendas in inferioribus. Reclamantes desunt, et initiales vel parvis elementis supplentur, vel desiderantur.

Taxae Cancellariae Apostolicae. *Vide* Pau Hieronymi, *et* Formularium.

Taxae Penitentiariae. *Vide* Formularium.

T E

Tebaldis Aegidii. Versio latina ex hispanico operis Albonazen Haly de Iudiciis Astrorum. *Vide Tom. 1. pag. 367. Art.* Halyabatis Albohazen.

—— Versio ex hispanico Quadripartiti, et Centiloquii Ptolemaei. *Vide* Ptolemaei.

Tegliatii Stephani. *Vide* Thegliatii.

Tegrimi Nicolai. Vita Castrucii Castracani. *Praeit* AD ILLVSTRISS. AC. EXCELLENTISS. DUCUM (sic). LVDOVICVM MARIAM. SFORTIAM. VICECOM. MEDIOLANI. DVCEM. NICOLAI TEGRIMI LVCENSIS. EQ. VIT. (sic). AC IVRECONS. IN CASTRVCCII DVCIS VITAM. PRAEFATIO, *quae terminatur in folio secundo averso ad lineam xx. In sequenti recto incipit,* CASTRVCCII ANTELMINELL: CASTRACANI. LVCENSIS. DVCIS. VITA. *quae desinit verbo* Το ΤΕΛΟΣ. *Sequuntur alia duo folia, quae continent quatuor latina Epigrammata, scilicet* Epitaph. Guarnerii filii Castruccii: D. G. Franciotti in effigiē marmoream Castruccii; Ioānis Testae Cillenii Pisciensis carmen ad Lucam, *et aliud ejusdem, et duo italica carmina, vulgo* Sonetti, *quorum alterum ejusdem* Ioannis Testae Cillenii, *alterum* Nicolai Tegrimi de eodem. *Ad calcem hujus ultimi:*

impressum Mutinae per. M. Dominicū Ro
cociolam Anno Salutis. M. CCCC.
LXXXXVI. Die XX. Aprilis
Deo Gratias.

In 4.° .... XIX. F. 40.

Tegrini Nicolai. *Vide* Tegrimi.

Terasse Petri. *Vide* Terrasse.

Terentii Publii. Comoedie *sex, scilicet* Andria, Eunuchus, Heautontimorumenos, Adelphi, Hecyra, Phormio. *Praeit* TERENTII VITA EXCERPTA DE DICTIS. D. F. PETRARCAE, *quae desinit in prima secundi folii pagina; in postica* Terentii *Epitaphium tribus distichis expressum statim adparet, quod* ARGUMENTUM Andriae Sulpitii Apollinaris, *sine nomine, sicut et caeterae habent, ejusque* PROLOGUS *sequuntur. Reliquis* Comoediis *praefiguntur* Argumentum, *et* Prologus, *quibus additur notitia temporis, quo actae sunt. Ad calcem cujusvis* Comoediae *leguntur verba:* Vos valete et plaudite Calliopius recensui. *Notandum insuper est* Eunucho, *et* Phormioni *duo argumenta praefigi. Volumen absolvitur in folio recto xclvi. ad lineam x. hac typographica notitia:*

MEDIOLANI
AN. 1477. ZA.
DIE XXII.
MARTII

In folio parvo.. X. F. 13.

Variae de *Calliopio* sunt Eruditorum opiniones; nonnulli enim Grammaticum, et Correctorem, alii Comicum fuisse tradunt. *Fabricius lib. 1. pag. 53. Bibl. Med. et Inf. lat.* refert *Barthium in Adversariis* putare *Calliopium*, qui *Terentii Comoedias* recensuisse in codicibus mss. et impressis notatur, non alium esse, quam illustrem *Flaccum Albinum*, seu *Alcuinum*, qui in Codice ms. *Wilibrordi* vocatur *Dominus Albinus magister optimus Calliopicus*, hoc est totus formatus a *Calliope*. Opus istud romano charactere est impressum, qui in quavis integra pagina lineas implet 37. Charta est firma admodum, et alba, et in amplis marginibus tantum signaturae visuntur. Initialibus adpingendis modo spatia Typographus reliquit, modo parvis elementis eas expressit. Tituli, et Comoediarum Interlocutores quadratis litteris notantur, nec non Argumenta, et Prologi. In nostro exemplari adnotationes, et correctiones plurimae marginales, et interlineares in duabus prioribus Comoediis reperiuntur, manu conscriptae *Jani Parrhasii*, uti adparet ex ejus nomine in fine voluminis.

—— Alia editio, *in qua* Comoedie, *earumque* Argumenta, *et* Prologi *more prosaico, indistincto versuum metro exprimuntur. Ante omnia occurrit impressa brevis narratio de* Terentio, *ac metrica ratione ejus* Fabularum, *quae incipit hoc pacto:*

Terentius Apher Genere: Civis
uero Carthaginensis fuit.
(R) Evertente autem Scipione Romam devicta Cartagine etc. etc.

Argumentum Andriae *prosaicum praefigitur, ac sequitur Elogium in eodem folio averso. In folio sequenti recto* Terentii Aphri poete Comici Epitaphium *legitur, nempe:*

Natus in excelsis tectis Carthaginis alte.
Romanis ducibus bellica preda fui.
Descripsi mores hominū iuuenūq3 senūq3.
Qualiter et serui decipiant dominos.
Quid meritrix. quid leno dolis confringat auarus
Hec quicunq3 leget sic puto cautus erit

Ad calcem cuiusvis Comoediae, *ejus finis notatur, scilicet:* Explicit Andria, Explicit Eunuchus, Explicit Heautontimorumenon, Explicit Adelphi, Explicit Echira, *et ad calcem* Phormionis *in penultima pagina ad lineam* VI:

Terentii Aphricani Poete Comici
Comedie finiunt feliciter. Impresse
Rome Anno Domini. MCCCC.
LXXXII. VI. die Marcii

In ultima pagina Incipit registrum huius libri.

In 4.° parvo.. XII. A. 23.

Deest nomen Typographi, quem forma typorum, et typographicum opificium satis ostendunt esse *Eucharium Silberum.* Editio rara, cuius notitiam *Audiffredus* habuit ex *Schedis Nicolai Ugolini,* quas extare notant in *Biblioth. Burghesiana.* Character rotundus 33. lineas in paginis integris implet, ut in aliquot expertus sum; nullum signum marginibus insculptum vidi, nec aliter quam spatiis majores litterae indicabantur, antequam Miniculator colore modo rubro, modo caeruleo eas suppleret.

—— Alia editio, *quae etiam indistincto versuum metro* Comoedias, Argumenta, et Prologos *more prosaico exhibet. In folio primo* Terentii Aphri poete Comici Comediarum Liber Incipit, *sive brevis narratio de Poëtae vita, eadem, quae in praecedenti editione. Hac absoluta in eadem pagina ad lineam xxi. occurrit protinus* Argumentum, *quod desinit ad lineam xiii. aversae paginae, et hoc excipit* Terentii Aphri poete Comici Epithaurum (sic), *scilicet:*

Natus in excelsis tectis cartaginis alte
etc. etc. etc.

In eodem folio incipit opus, quod terminatur ad lineam xiii. folii lxvii, recti, hac conclusione:

Terentii Aphri Cartaginēsis Comedia sexta et vltima finit feliciter.

Sequitur in eadem pagina 'Tabula qua invenire valeam' quō (sic) vnū foliū aliud seqtur et qnternus qnternū.
In folio parvo.. XI. C. 23.

Altum de hac editione Bibliographicae rei Scriptores tenent silentium. Ipsi enim editionum sine anni loci, et Typographi indicio meminerunt, easque accuratissime descripserunt: nulla vero earum, cum hac nostra convenit. Recenset noster *Giustiniano* in opere *Saggio Storico-Critico sulla Tipografia del Regno di Napoli, pag. 36, Terentii* editionem notis typographicis destitutam, quae olim in *Bibl. Ducis Cassani* extabat, nunc vero *Londini in Bibl. Spenzeriana servatur,* quam notat etiam Cl. *Frognal. Dibdin. l. c. Tom. II. pag. 464.* eamque iure meritoque tribuit *Sixto Riessingerio;* et ob exactam ejusdem editionis descriptionem, ab ipso traditam, adfirmare licet praesentem editionem esse aliam, nec non ignotam, et primum a nobis citatam. Opus istud praestantissimum *Neapoli* typis *Arnaldi de Bruxella* fuisse excusum, sequenti permoti argumento certissime adserere haud dubitamus. Nam adhibitis observationibus tum nostris, tum aliorum peritissimorum virorum, qui ad illustrandos codices hujus Regiae Bibliothecae quam maxime incumbunt, et facta collatione hujus cum aliis editionibus ab ipso Typographo exaratis, quibus haec Regia Bibliotheca ditatur, iidem characteres omnino inspiciuntur in *Terentii* editione, ac in aliis; praesertim elementa *H. M. m. P. p. T. R. r. z.* pro *et* etc. quae *Arnaldo* peculiaria fuere, et solummodo in suis editionibus visuntur; eaedem litterarum contractiones, et vocum abbreviationes, idem typographicum opificium, eadem denique chartae qualitas, hoc est, firma, at aliquantulum cruda, et minus alba. Quod vero hanc editionem praecipue exornat, sunt margines ex omni parte satis ampli, ac lineae non tam presse sibi invicem adhaerentes, sed unius lineae spatio inter se distantes, quod raro admodum in aliquo opere, prima typographicae artis aetate impresso, videre erit. Quum ad calcem cujusvis *Comoediae* legatur, *Vos valete, et plaudite,* omittitur nonnunquam *vos,* uti videre est in fine *Eunuchi,* et *Adelphorum;* et in calce ultimae *Comoediae* omittitur etiam illud, *Explicit,* incuria forsan Excusoris. Folia hoc opus 67 impressa comprehendit, ultimum vero in antica pagina tantum; quaevis pagina, dummodo integra sit, lineas 36 exhibet. Pro distinctionis signo solum observatur punctum. Initialibus adpingendis spatia Typographus reliquit, et margines vero nullo numero, nulla signatura, nulloque custode notavit. Nostrum exemplar optimae conservationis est, et gallico more eleganter compactum.

—— Alia editio, *cujus prima pagina vacua est, et in secunda incipit* Terentii uita excerpta de dictis. D. F. Petrarcae, *quae desinit in folio secundo averso. In folio tertio recto opus initium sumit a titulo;* Terētii aphri poetae cōici liber ī sex divis' comoedias : q̄rum p̄ma Andria. secūda Eunuch'. tertia Heautōtumerumenō (sic). quarta Adelphe. quinta Phormio. sexta et ultima Hechira nuncupatur. *Huic subnectuntur* Terentii epithaphium, Andriae primae comoediae argumentum, *et initium* PROHEMII. *Ad calcem ultimi folii recti post notitiam temporis, quo ipsa* Comaedia *acta fuit, sequentia verba leguntur :*

Ex Eusebio de Temporibus.

P. Terentius 'carthaginensis comoedia4 scriptor ob ingenium et formā libertate donatus in Archadia moritur: qui primam Andriam anteq̄3 aedilibus venderetur Caecilio multum se miranti legit.
In ultima tandem pagina, visitur Registrum, *duabus distinctum columnis.*
In folio parvo.. XII. C. 20.

Elegantissima est hujus operis editio, sive typus, qui Romanus, ac nitidus; sive charta, quae alba admodum ac firma, sive denique marginum amplitudo spectetur. De ea vero, quae pervetusta, ac rarissima est, nullus Bibliographorum mentionem facit. Quo anno fuerit tam elegans editio impressa, haud hariolari volo. Quod autem ad locum, et typographeum, e quo in lucem prodiit, attinet, dixerim *Venetiis per Johannem de Colonia* excusam fuisse ob similitudinem characterum, et opificium typographicum hujusmodi Excusoris, quod observatur in aliis ejusdem editionibus, quibuscum facta est collatio. Lineae 34. implent integras paginas, ut in aliquot expertus sum; nullum signum marginibus insculptum vidi, praeter signaturas, instructas parvis formis Arabicisque numeris; nec aliter quam spatiis majores initiales litterae indicantur. Priores versuum litterae, parvo intervallo ab aliis distant. Integrum opus foliis 99. impressis constat.

—— Alia editio, *cum* Aelii Donati Commentariis *in quinque* Comoedias, *et* Johannis Calphurnii Interpretatione in Heautontimorumenon. *Praecedit in nostro exemplari, quod primo folio vacuo fortasse orbatur,* TERENTII VITA, *quam excipit* Argumentum Andriae *metricum* Sulpitii Apollinaris, *quae omnia usque ad folium tertium aversum progrediuntur. In folio quarto* ANDRIAE PROLOGUS *incipit, ac simul* AELII DONATI GRAMMATICI CLARISSIMI. INP. SEX. TERENTII AFFRI (sic) COMOEDIAS EXAMINATA INTERPRETATIO. *Reliqui tituli charactere textus, vel Commentarii expressi sunt; et hic praefigitur tertiae* Comoediae. Io. Calphurnii Brixiensis Viri Claris. In. P. Sexti Terentii Heautontimorumenon examinata Interpretatio. *Hac* Interpretatione Calphurnii *suppletur defectus* Commentarii Donati: *non enim hodie extant in hanc* Comoediam Donati Scholia, *ut ex Bibl. lat. Fabric. cum Ernest. Tom. I. pag. 49. in notis diserte patet. Ordo* Comoediarum *in hac editione sequens est:* Andria, Ennuchus, Heautontimorumenon, Adelphi, Phormio, Ecyra. *Ad hujus calcem legitur:* Venetiis. M.CCCC.LXXXII. Die VI. Martii.
In folio parvo.. X. F. 14.

Sine Typographi nomine. Character rotundus tam in textu, quam in Commentariis visitur, sed minor in hisce reperitur, et lineas 59. in plenis paginis occupat. Signaturae litteris cum Romanis numeris instructae ordinem scaporum servant. Initiales omittuntur; custodes, et numeri foliorum desiderantur.

—— Alia editio, *in qua praeter* Commentaria Donati *in quinque Comoedias, et* Calphurnii *in* Heautontimorumenon, *adsunt alia in universas* Terentii Comoedias Guidonis Juvenalis, *et* Jodoci Badii Ascensii. *Ordo Comoediarum ab illo, qui est praecedentis editionis, non differt. In prima pagina expressum legitur:* Terentius cum duobus commentis uidelicet Donato, et Guidone. *In folio secundo* Terentii vita *incipit, cui ejusdem* EPITHAPHIUM *subnectitur; quae omnia duae excipiunt Epistolae* Guidonis Juvenalis; *quarum altera cum epigraphe:* Guido Juvenalis Germano de Ganeio uiro senatorio: bonarumq3 litterarum amãtissimo. S. P. D. *Altera:* Guido iuvenalis. Nicholao de capella uiro multis laudibũs efferẽdo. S. P. D. *Adcedunt quaedam, scilicet:* Quid comoedia: unde dicta: quot eius species: quot membra: quotq3 actus sunt. *Quae omnia in folio quinto averso terminantur. In folio sexto incipit* Andria Terentii, *post* Argumentum. *Absoluta vero* Ecyra, *occurrunt quatuor Epistolae, quarum prima est* Ascensii, *reliquae* Juvenalis. *Earum inscriptiones sunt:* Jo. Ba. Ascensius Lectoribus Salutem dicit — Guido Juvenalis Martino Guerrando iuris utriusq3 et pontificii et caesarii peritissimo atq3 venerandi in christo patris praesulis Cenomanẽ. secretario dignissimo. S. P. D. — Guido Juvenalis Nicholaum peletarium iuris legumq3 consultissimum atq3 in omni doctrina conspicuum multa salute iubet impartiri — Guido Juvenalis Michaeli Barello sacrosanctae theologiae professori perq̃ erudito. S. P. D. *In ultima pagina duo Epigrammata primo reperiuntur, alterum* Guidonis Juvenalis, *alterum* Joannis Egidii Nuceriensis ad Juvenes, *quibus adcedit sequens conclusio:* Finis Commentariorum Aelii Donati: Et Guidonis iuvenalis. Cenomani in. sex. p. Terentii afri Comoedias. Necnon ioannis Calphurnii super Heautontimorumenon foeliciter. *Exinde:* Venetiis per Simonem papiẽsem dictum bevilaqua. Impensis vero egregii uiri Lazari de isoardis de Saviliano. decimo Kal^s Martii. M.CCCC. LXXXXIIII. *Sequuntur* REGISTRUM, *et signum Typographi.*

In folio minori.. X. F. 12.

Character rotundus in textu, aeque ac in *Commentariis* reperitur, sed in his minoris formae est, et paginas implet 61. lineis. Initiales vel xylographicae notantur, vel omittuntur, sed ab Illuminatore supplentur vario colore. In marginibus superioribus *Comoedia* quaevis in antica pagina imprimitur, haud vero foliorum numeri; in inferioribus signaturae locum obtinent, custodes tamen neglexit Typographus; in externis tandem vocabula, nomina Expositorum, Auctorumque excusa sunt.

TERASSE PETRI. Oratio de divina Providentia. *Titulus praeit:* Oratio de divĩa providẽtia in capella pape corã sanctissimo dño nr̃o Sixto papa. iiij. et Sacerrimo. R. Car. senatu habita a venerando sacre theologie baccalario formato fratre Petro Terasse sacri ordinis Carmelitarum dominica. iiij. quadragesime anno a Nativitate domini. Mcccclxxxiij. *In fine legitur tantum,* Dixi.

In 4.° parvo.. IX. A. 58.

Sine notis typographicis, sed *Romae* excusa comperitur, charactere gallo-franco *Stephani Plannck*, uti innuit etiam *Audiffredus pag. 257*. Deest initialis, nec reperiuntur custodes, foliorum numeri, et signaturae; lineae 33. paginas pleniores occupant; totum denique opusculum constat sex plagulis.

—— Exemplar alterum.. XIII. A. 40.

— Exemplar tertium .... XIII. A. 49.

Tertulliani Q. Septimii. Florent. Apologeticus contra Gentiles. *Opus incipit sine ulla Praefatione, a titulo in summitate primae paginae sic inscripto:* Q. SEPTIMII FLORENTIS TFRTULLIANI APOLOGETICUS ADVERSUS GENTILES. *Dividitur in 46. capita, et ad calcem capitis xlvi., quod desinit ad lineam xiv. folii recti xxix., habetur sequens nota typographica:* Impressum Mediolani per Magistrum Vldericum Scinzenzeler. Anno domini. M.cccc.xciii. die iiii. mensis decembris. FINIS.
In folio parvo.. II. C. 13.

Charactere satis nitido, et eleganti, nec non charta alba, et levigata excusa est praesens editio, cujus lati margines instructi cernuntur signaturis tantum, haud vero numeris foliorum, et reclamantibus. Lineae 35. in qualibet integra pagina numerantur; et pro initialibus parva elementa Typographus adposuit.

— Alia editio, *quae extat excusa cum* Lactantii Firmiani *opere. In folio 80. recto* Lactantii Firmiani Nephytomon tractatus finit; *et in aversa pagina incipit* Q. SEPTIMI (sic) florentis Tertuliani Apologeticus adversus gentes. *Ad calcem post verbum*, FINIS, *legitur*: Impressum Venetiis cura et expensis Nobilisviri Domini Octaviani Scoti Modoetiensis. M. CCCCLXXXXIIII. Quinto Idus Octobris. *Huic adcedunt* Tabula *operum* Tertuliani, Registrum, *et signum satis notum* Octaviani Scoti.
In folio.. II. G. 45.

— Alia editio, *cui praefigitur in aversa pagina folii primi* TABULA. *In secundo folio recto incipit* Q. Septimii Florentis Tertulliani Apologeticus adversus gentes, *qui desinit ad lineam xvii. folii recti xix. verbo* FINIS. *Exinde:* Impressum Venetiis per Bernardinum Benalium. *Adcedit* Item Sermo pulcherrimus de Vita eterna. Caput. xlvii. *terminaturque in sequenti folio recto, ad lineam xxvii. et additur*, FINIS.
In folio.. II. E. 31.

Pertinere videtur haec editio, nota chronologica destituta, ad editionem *Lactantii* per eundem *Bernardinum Benalium* excusam anno 1483. Coniecturam nostram confirmat, quod in hac *Tertulliani* editione conspiciantur foliorum numeri in superioribus marginibus paginarum, antiqua Calligraphi manu conscripti, qui incipiunt a *174.* et desinunt ad *193.* et quod ex similitudine typorum, papyri, et impressionis oeconomia manifestum sit hoc *Tertulliani* opusculum fragmentum esse editionis *Lactantii* excusae anno 1483. ab eodem Typographo *Bernardino Benalio.*

Terzagi Guidonis. Commentaria in Comoediam Dantis Aligherii, *italice, quae conlatis studiis cum* Martino Paulo Nidobeato Dantis Comoediam *adornarunt.* Mediolani 1477. 1478. *Extat cum* Dantis *textu. Vide* Dantis.

T H

Theanus. Epistolae, *graece. Extant in collectione* Aldina. *Vide* Epistolae variorum Auctorum.. XVII. G. 36.

Thebanorum. Epistola ad Mahummedem II. *Extat cum ejusdem* Mahummedis Epistolis. *Vide* Mahummedis.

Thegliatii Stephani. Oratio habita in die Pentecostes coram Innocentio VIII. *Titulus praeit:* Sthephani (sic) Tegliatii Veneti Archiepiscopi Patracensis et Ep^i Torcellani. Coram Innocent. viii. Pont. Max. in aede divi Petri Pro die Penthecostes (sic) Oratio habita. *In calce notatur primum* Dixi, *exindeque* Acta Romae in die Penthecostes tertio Nonas Junias coram Innocent. viii. Pontificatus eiusdem Anno tertio.
In 4.° parvo.. IX. A. 58.

Character est gallo-francus *Stephani Plannck*, et constat Oratio foliis vi. *Audiffredus pag. 283.* inter editiones anni 1487. eam refert, additque, *mendose in Specim. P. Laire scriptas esse* Nonas Julii; *nam festum Pentecostes in eum diem cadere non potest.*

—— Exemplar alterum.................................. XIII. A. 49.
—— Stephani Thegliatii Archiepiscopi Patracẽsis et Episcopi Torcellani Oratio habita in die Omniũ Sanctorum coram Sanctissimo D. N. domino Alexandro divina providentia papa. vi. in prima missa et capella eius Pontificatus Mccccxxxxi.
In 4.° parvo.. IX. A. 58.

Typus est minus elegans *Eucharii Silberi*, cum signaturis *a.* aii. aiii. aiiii. proindeque octo foliis componitur opusculum. Memoratur ab *Audiffredo pag. 309.* et a *Denis pag. 675.*

—— Exemplar alterum.................................. XIII. A. 49.
—— Exemplar tertium.................................. XIII. A. 51.
—— Stephani Thegliatii Archiepiscopi Patracensis et Episcopi Torcellani Oratio de passione domini habita coram. S. D. N. dño Innocentio divina providentia pape (sic) viii. in die Passionis xx mensis Aprilis Rome. M. cccc. xcij.
In 4.° parvo.. IX. A. 58.

Memoratur haec editio a *Denis in Supplem. pag. 675.* a *Seemiller Fasc. iv. pag. 135.* et ab *Audiffredo pag. 308.* qui fatetur ignotum sibi esse characterem, quo haec editio excusa cernitur. Gallo-francus est, et foliis undecim absolvitur.

—— Exemplar alterum.................................. XIII. A. 51.
—— Stephani archiep^i Antibareñ. sermo habitus in materia fidei contra Turco4 persecutionẽ ex solennitate (sic) gloriosi apostoli et evãgeliste Johãnis. *Is titulus praecedit. Rhythmus in laudem* S. Joannis *insertus est* Orationi, *qua ab-*

soluta haec notantur: Habita fuit hec oratio Rome in ecclesia Lateraneñ. per R. p. dominum Stephanum Thegliatiũm archiepiscopum Antibareñ. ut moris est in celebratione misse pontificis in die solenntatis (sic) gloriosi apostoli et evangeliste Johannis. Anno domini. Mcccclxxxi. Pontificatus vero S. D. n. d. Sixti pape. iiij. anno decimo. Finis. *Audiffredus pag.* 249. *in subscriptione adlata pro* decimo, undecimo *dicendum fuisse notat.*

In 4.° parvo .... IX. A. 58.

Sine notis typographicis: sed *Romae* praesens Oratio excusa fuit gallo-franco charactere *Stephani Plannck*, quam *Audiffredus* c. l. refert ad annum 1481.

—— Exemplar alterum .... XIII. A. 29.

—— Exemplar tertium .... XIII. A. 49.

Themistii. Libri Paraphraseos in Aristotelem, *scilicet* Paraphrasis Posteriorum Analyticorum — Octo Physicorum — — Trium Librorum de anima — Librorum de Memoria, et Reminiscentia, de Somno, et Vigilia, de Insomniis, et Divinatione per Somnum. *Omnia ex interpretatione* Hermolai Barbari, *qui cuilibet* Themistii Paraphrasi *Praefationem adposuit ad aliquem virum illustrem directam. In folio primo averso incipit* HERMOLAI BARBARI PATRICII VENETI ZACHARIAE EQVITIS FILII IN PARAPHRASIN THEMISTII PERIPATETICI PRAEFATIO AD SIXTVM. IIII. PONT. MAXIMVM. *Desinit in secundo recto ad lineam xxix. In ejusdem postica pagina occurrit Tabula libri primi, et in sequenti folio initium sumit* THEMISTII. EVPHRADAE PERIPATETICI. NOBILISS. PARAPHRASIS IN POSTERIORA ANALITICA ARISTOTELIS VENETO. INTERPRETE HERMOLAO BARBARO PATRICIO V. CLARISS. PROLOGUS THEMISTII. *Ad calcem* Libri secundi *occurrit ejusdem Tabula. Sequitur post vacuam paginam* HERMOLAI BARBABI PATRICII VENETI Z. F. IN PARAPHRASIN PHYSICES THEMISTH. PRAEFATIO AD. ANT. GALATHEVM. *In fine libri viii.* Themistii liber ultimus physices explicit. *Exinde:* Bartholomaeus Confalonerius Brixiensis Tarvisii Impressit. *Post duas albas paginas legitur Praefatio, sic inscripta:* HERMOLAVS BARBARUS GEORGIO MERVLAE STATIELENSI. S. *Sequuntur* CAPITA PRIMI LIBRI DE ANIMA THEMISTII: *deinde incipit*, THEMISTII PARAPHRASEOS DE ANIMA LIBER PRIMVS INTERPRETE HERMOLAO BARBARO: *Ad calcem:* Finis Themistii de anima lib. iii. Interprete Hermolao barbaro patritio Veneto. *Hos excipit* HERMOLAI BAR. Z. F. PATRITII VENETI PARAPHRASIS THEMISTII DE MEMORIA ET REMINISCENTIA PRAEFATIO AD. F. THRONOM L. F. *Terminatur his verbis:* FINIS DE MEMORIA ET REMINISCENTIA. *Protinus incipit* HERMOLAI BARBARI Z. F. PATRITII VENETI IN LIBRVM DE SOMNO ET VIGILIA THEMISTII AD HIERONYMVM DONATVM. A. F. PRAEFATIO. *Desinit hac conclusione:* FINIS DE SOMNO ET VIGILIA THEMISTII. *Sequitur*, HERMOLAI BARBARI PATRITII VENETI. Z. F. IN PARAPHRASIM. THEMISTII DE IN SOMNIIS AD. G. PONTIFICVM FACINVM PRAEFATIO. *In calce:* FINIS DE IN-

SOMNIIS. *Ultimo loco habetur:* HERMOLAI BARBARI. Z. F. PATR. VE. IN PARAPHRASIM THEMISTII DE DIVINATIONE SECUNDUM QuIETEM PRAEFATIO AD M. BARBVM. *In ultimo folio recto primum legitur,* FINIS DE DIVINATIONE IN SOMNO, *exinde :* Finiunt libri Paraphraseos Themistii in posteriora Aristotelis: ĩ physica : in libros de anima: in commentarios de memoria et reminiscentia : de somno et vigilia : de ĩsomniis: de divinatione per somnum interprete Hermolao Barbaro : viro clarissĩo : quos C. Ponticus Facinus ex archetypo Hermolai studiose auscultavit et formulis imprimi curavit Tarvisii per. B. Cõfolonerium et Morellum Gerardinum de Salodio. Anno salutis. M. CCCCLXXXI. XV. FEBRVARII. *In ultima pagina habentur errata, et correctiones.*

In folio parvo.. VII. A. 8.

Prima hujus operis editio haec est haud obvia, eamque commendant *Maittairus p. 428. Seemiller Fasc. II. pag. 70. Capp. pag. 404.* et *Panzer. Tom. III. pag. 39.* ob pulchritudinem typorum, qui rotundi et nitidi sunt, et in paginis perfectis perficiunt summam 50. linearum. In inferioribus marginibus observantur signaturae, instructae litteris Romanisque numeris; haud vero reclamantes; neque in superioribus visuntur paginarum numeri; in externis numeri Romani minores adparent; et pro initialibus modo parva elementa in spatiis quadratis adposuit Typographus, modo eas omisit.

—— Exemplar alterum.................................. VIII. C. 42.

—— Alia editio, *quae in prima pagina sequentia verba continet:*

Libri Paraphraseos Themistii : peripatetici acutissimi.

In Posteriora Aristotelis.
In Physica.
In Libros de Anima.
In commentarios de Memoria et Reminiscentia.
De Somno et Vigilia.
De Insomniis.
De Divinatione per Somnum.

Interprete Hermolao Barbaro patricio Veneto. Positis in locis p⁹ p'riis castigationibus quãplurimis : quas autor idem : post primã hujus operis impraessionem addidit. *In folio averso imprimitur* HERMOLAI BARBARI PATRICII VENETI ZACHARIAE EQVITIS FILII IN PARAPHRASIN THEMISTII PERIPATETICI PRAEFATIO. AD SIXTVM. IIII. PONT. MAXIMVM. *In folio secundo recto incipit* Paraphrasis Themistii in Posteriora *a Prologo, cui verba imminent*: Themistii Euphradae Peripatetici Nobilissimi: Paraphrasis in Posteriora analytica Aristotelis : interpretae (sic) Hermolao Barbaro Patricio Veneto. V. Clarissimo. *Caetera, ut in praecedenti editione. Ad calcem typographica nota hujusmodi legitur:* Acutissimi philosophi Themistii peripatetici nobilissimi expositiões in Posteriora Aristotelis In physica. In libros de anima. In commentarios de memoria et Reminiscentia. De Somno et Vigilia. De insomniis. De divinatione per Somnum Interprete Hermolao Barbaro : felicissime expliciunt q⁹ di-

ligentissimae (sic) castigatae : quas generosus vir Octavianus Scotus Civis Modoetiensis expensis suis Venetiis imprimi fecit per Bartholomeum de Zanis de Portesio. Anno nativitatis Domini Milesimo quadringētesimo nonagesimo nono pridie nonas octobris. Registrum , *et* Octaviani Scoti *symbolum adcedunt.*
In folio parvo.. VIII. E 13.

In quavis pagina integra inhaerent lineae rotundi characteris 62. Desideratur custodum impressio, haud vero numeratio foliorum. Signaturae cusae sunt typis, cum Romanis numeris; initiales ligneis formis florentibus notantur. In superioribus marginibus , praeter numeros foliorum indicatos librorum *Aristotelis* notitia excuditur litteris quadratis; in externis tandem numeri Romani minores impressi sunt.

—— Exemplar alterum.. VIII. C. 13.

THEOCRITI. Idylia , *quibus intermixta sunt quaedam* Moschi , *et* Bionis. *Adcedunt aliorum Scriptorum opera , graece. In prima pagina folii primi ea, quae in hoc volumine continentur , graeco primum, dein latino sermone ita indicantur :*

Haec sunt in hoc libro.

Theocriti Eclogae triginta.
Genus Theocriti et de inventione bucolicorum.
Catonis Romani sententiae paraeneticae distichi.
Sententiae septem sapientum.
De Invidia.
Theognidis megarensis siculi sententiae elegiacae.
Sententiae monostichi per Capita ex variis poetis.
Aurea Carmina Pythagorae.
Phocylidae Poema admonitorium.
Carmina Sibyllae eristhraeae (sic) de Christo Jesu domino nr̄o.
Differentia vocis.
Hesiodi Theogonia.
Eiusdem scutum Herculis.
Eiusdem georgicon libri duo.

In postica pagina Epistola latina Nuncupatoria imprimitur Typographi, cum epigraphe : Aldus Manutius Romanus Baptistae Guarino praeceptori suo. S. P. D. *In hac Epistola primo , quae opera in hac colleotione comprehendantur , disserit, deinde pergit :* Si qua leges incastigata magister doctissime tam hic quam in caeteris libris : quos ego ad communem studiosorum omnium utilitatem curo imprimendos (nam esse aliqua non eo inficias) non mihi imputes : sed exemplaribus. Non enim recipio me emendaturum libros. nam in quibusdam Oedipo coniectore opus esset : ita enim mutilati quidam sunt et inversi : ut ne ille quidem qui composuit si reviviscerct : emendare posset. Sed curaturum summo studio ut vel ipso exemplari imprimantur correctiores. Sic in Apollonio grammatico

fecimus ...... Sed periniqui sunt et ingrati si qui sunt qui me accusent. His ego nihil imprecarer: nisi ut quemadmodum ego: ita et ipsi curarent aliquando imprimendos graecos libros. Sentirent certe longe aliter. *In folio secundo recto incipit primum* Theocriti Idyllium, *cui verba praecedunt :*

Θεοκρίτου θύρσις ἢ ὠδὴ
Ειδύλλιον Πρῶτον.
Θύρσις ἢ ὠΔή.

Theocriti *opera in prima folii L. pagina terminantur; et haec excipiunt* Catonis *monita. Ultimum locum obtinent* Hesiodi *opera. Volumine autem absoluto Registrum occurrit, quod seriem signaturarum complectitur. Sequitur folium, cujus in antica facie legitur:* Impressum Venetiis characteribus ac studio Aldi Manucii Romani cum gratia etc. etc. M.CCCCXCV. Mense februarii. *In postica vero, Elenchus adest operum* Hesiodi *in hoc volumine contentorum, scilicet :*

In hoc volumine continentur haec

Hesiodi Ascraei poetae Theogonia. hoc ē
de generatione deorū opusculum.
Eiusdem Aspis. hoc est de scuto Hercu
lis opusculum.
Eiusdem Georgicorum libri duo dicti Er
ga et Himerae. idest opera et dies.

In folio parvo.. XVII. G. 7.

Editio haec princeps plurimi facienda est, eaque emendari possunt quaedam non vulgaria in recentioribus *Theocriti* editionibus. *In* exemplis Venetae hujus *Theocriti* editionis plures varietates repertae fuere, adeo ut duas *Aldinas* eiusdem anni extare non temere censeamus, quemadmodum *Reiske* in editione *Theocriti* anni 1765. in Praefatione statuit, collatione instituta cum exemplari *Bibliothecae Senatoriae*, et alio *Ernesti*. *Vartonus*, ut in *Catal. Ald.* refertur, varietates has ob folia recusa ab *Aldo*, errores emendandi causa inveniri autumat; sed an ita res se habeat, in praesenti expendere non vacat. Editio splendidissima, et elegantissima est. Charta tam albedine, quam nitore, ac marginum amplitudine superbit. Characteres graeci perelegantes implent 30. lineas in paginis perfectis. Custodes, et signaturas adponi curavit Typographus; paginarum numeros neglexit. Initiales, et ornamenta quaedam, ligneis formis maeandrico opere sculptis exprimuntur; et tituli uncialibus litteris repraesentantur. Exemplar nostrum optimae conservationis, tanquam recens e prelo, optimeque compactum est: et ipsa editio Bibliothecarum cimeliis merito adnumeratur.

—— Alia editio, *in qua etiam* Hesiodi opera, et dies *continentur, et omnia graece.* Theocriti Idyliis *sequens praefixus est titulus rubro colore excusus :*

θεοκρίτου θύρσις ἢ ὠδὴ Ειδύλλιον. Α.

Titulus Poëmatii Hesiodi *est :*

Ησιοδου του Ασκραιου εργα
Και Ημεραι.

Desinit in folio recto xliii. ad lineam x.

In folio parvo.. XII. F. 30.

Sine notis typographicis. Typus graecus idem est, ac ille quem vidimus in *Grammatice Constantini Lascaris*, cum versione *Joannis Crestoni*, *Mediolani* excusa anno 1480. et in secundo volumine hujus Catalogi notata pag. 15. *Maittairus Tom. I. pag. 765.* suspicatur eodem charactere excusa fuisse haec *Theocriti Idylia*, quo *Orpheus* anno 1500. *Florentiae* impressus fuit, quem citavimus Tom. II. pag. 207. Sed collatione facta cum ipso, nullatenus editionem hanc convenire deprehendimus. *A Morellio* in *Catal. Pinelliano* editio *Theocriti* adfertur cum *Isocrate* anno 1493. *Mediolani* excuso conveniens, a nobis recensito in Tom I. pag. 423: at si ita res se habet eam a nostra diversam credere oportet quum sit prorsus absimilis. Nostra autem opinio est characterem graecum hujusmodi editionis magis convenire cum illo, quo impressum fuit *Mediolani* anno 1481. *Psalterium graecum* in Tom. I. pag. 77. descriptum. Si igitur characteribus anni 1481. impressa fuerit haec *Theocriti* editio, nemo non videt, omnium principem esse. Typus elegans 30. lineas in paginis plenis occupat. Signaturae constant elementis Graecis cum Romanis numeris; desunt custodes, et numeratio foliorum, parvis litteris initiales supplentur; et tituli rubri unciales occurrunt in toto opere.

—— Alia editio, *latino heroico carmine reddita per* Martinum Phileticum. *In primo folio recto habetur ejusdem* Philetici *carmen Elegiacum de Poëtae vita, cujus titulus:* PHILETICVS DE VITA THEOCRITI IN LIBRO DE POETIS ANTIQUIS. *Eodemque folio averso aliud nuncupatorium carmen sic inscriptum:* PHILETHICVS (sic) INVICTO PRINCIPI FEDERICO DVCI VRBINATO. *In secundo recto incipit* Theocritus *ipse latine loqui, praefixo sequenti lemmate:* THEOCRITVS SCRIPSIT PHILETHICVS LATIHVM (sic) FECIT BVCOLICVM CARMEN RES ACTA SYRACVSIS. *In fine:*

IDEM PHILETICVS AD EVCHARIVM AR-
GIRION IHPRESSOREM (sic).

Ignus es euchari memorent te saepe Camaenae
Et celebret numeris quisque poeta suis.
Dispeream ni tu: mediis qui fulxit (sic) athenis
Dedalon exuperas artibus: Ingenio
Non tam precipiti rapidus fluit aequore Tybris:
Quam celeri Carthas (sic) imprimis ipse manu.
Sic etiam dextera veniunt Composta fideli
Cuncta tua: ut mendae possit inesse nihil.
Mille aliae tibi sunt artes caelaret in auro
Te melius nemo fortia gesta ducum.
Finxisses letum androgaeo (sic) tu doctius aere
Laudisset (sic) phoebus te magis artificem
Dii tibi dent longos Cumaei pulveris Annos:
Debebunt manibus plurima facta tuis.

In 4.° parvo.. X. B. 44.

Editio excusa est charactere minus eleganti *Euchari Silberi*, sine signaturis, numeris, custodibus, et Registro. Constat opusculum foliis 20. Editionem memorat *Maittairus Tom. I. pag. 748.* et *Tom. V. Par. II. pag. 550.* et *Audiffredus pag. 411.*

—— Alia editio, *cujus prima folii primi pagina sequentia verba refert:*

Hoc in volumine haec opuscula continentur.

Theocriti Bucolica per Phileticum e Graego (sic) traducta Ad Federicum Vrbini ducem.

Hesiodi Ascraei Georgica per Nicolaum de Valle Patritium Romanum e Graeco in Latinum conversa: ad Pium secundum Pontificem Maximum.

Hesiodi Theogonia per Boninum Mombritium Mediolanensem e Graeco in Latinum cōversa: ad Borsium Estensem Ferrariae Marchionem.

In aversa facie legitur carmen nuncupatorium, cujus inscriptio: Phileticus invicto principi Federico duci Vrbinato. *In folio sequenti incipit opus a titulo praefixo:*

Theocritus scripsit Phileticus latinum fecit
Bucolicum carmen res acta syracusis.

Desinit in folio xxii. recto, verbo FINIS; *et protinus incipit* Phileticus de vita Theocriti in libro de poetis antiquis, *ac desinit in postica pagina. Sequitur exinde opus* Hesiodi Ascraei poetae etc. etc.
In 4.° parvo.. X. B. 26.

Sine notis typographicis. Hujusmodi editionis mentionem fecerunt *Maittairius Tom. i. pag. 752. Belongaro-Crevenna Tom. iii. pag. 102. Panzer Tom. iv. pag. 199.* Impressa est rotundo latino charactere, qui summam 30. linearum perficit in quavis pagina, dummodo integra sit. Typographus neglexit foliorum numeros, et reclamantes, haud vero signaturas, quae litteris, Romanisque numeris sunt notatae. Pro initialibus parva cernuntur elementa.

—— Exemplar alterum.................................... X. B. 44.

Theodulphi Aurelianensis. Carmina, *quae in* Dominica Palmarum *cani solent,* Gloria laus, *usque ad* Nos tibi regnanti, *italice versa. Extant cum* Expositione Psalmi xxx. Hieronymi Savonarolae. *Vide* Savonarolae Expositionem Psalmi xxx.

Theognidis. Sententiae elegiacae, *graece. Extant cum* Theocriti Idylliis, *excusis* Venetiis anno 1495. ab Aldo Manutio. *Vide* Theocriti.

Theonis. Commentaria *in* Phaenomena Arati, *graece. Extant cum textu* Arati. *Vide* Arati.

Theophili Cremonensis Ord. FF. Praedicatorum. *Vide* Ferrariis Theophili de.

Theophili Episcopi Alexandrini Epistolae *iii.*, *latine*, *quarum prima ad*

S. Hieronymum, *in qua* victos Origenianos *nuntiat; secunda ad eumdem*, quod fugati sint Origenis sectatores, et quod hypocritas evitet; *tertia ad* Epiphanium Episcopum, *admonitoria est. Extant inter* S. Hieronymi *Tractatus, et Epistolas; eorumdemque tituli indicantur in Tabula. Vide* Hieronymi.

Theophili Monachi Brixiani. *Vide* Brixiani.

Theophili Protospatarii Medici. Liber de Urinis. *Extat cum* Aphorismis Hippocratis. *Vide* Hippocratis, et Joannitii.

Theophili. Pars. v. Vitarum SS. Patrum, *una cum* Sergio, *et* Elchino composita, *italice. Extat cum P. I. II. III. et IV. et* aliis Scriptoribus. *Vide* Vitae SS. PP. patrum.

Theophrasti. Opera, *quorum Elenchus graece primum, ac deinceps latine, hoc pacto excuditur in prima voluminis pagina:*

Eorum quae in hoc libro continentur,
nomina et ordo
Theophrasti de historia plantarum. Libri decem.
Eiusdem de causis plantarum. Libri sex.
Aristotelis problematum. Sectiones duo de quadraginta.
Alexandri aphrodisiensis problematum libri duo.
Aristotelis metaphysicorum. Liber unus.
Theophrasti metaphysicorum. Liber unus.

In eodem folio averso Epistola imprimitur, qua Aldus Manutius Alberto Pio Principi Illu. S. P. D. *In secundo folio recto* Historia plantarum *incipit cum proprio titulo uncialibus litteris, quemadmodum ceteri, expressa. Opus hoc, cum sequenti de* causis plantarum, *primam foliorum numerationem implet; secunda pertinet ad* Aristotelis Problemata; *tertia ad* Problemata Alexandri Aphrodisaei; *in quarta reperitur* Aristotelis Mechanica; *quinta ad* Aristotelis *et* Theophrasti Metaphysicorum *libros spectat. Penultima voluminis pagina continet foliorum* Registrum, *et post graecam Typographi notitiam, latina ista legitur:* Exscriptum Venetiis in domo Aldi Manutii Calēdis Junii. MIIID. Et in hoc ĩpetratū ē a dominis Venetis quod ĩ caeteris nostris graece ĩpressis.
In folio.. XVII. G. 15.

Hoc volumen recensetur IV. operum *Aristotelis* editionis Aldinae, quamvis principem locum *Theophrastus* in eo obtineat. Signaturae instructae cernuntur litteris graecis, et latinis, sociatae Romanis numeris, et Arabicis notis. Numeri foliorum in quinque series dividuntur, scilicet *1-226. 1-116. 1-42. 1-12. 1-121.* In superioribus marginibus opera indicantur: initiales, ornamenta maeandrica, et reliqua omnia, ut in voluminibus operum Aristotelis, quibus hoc adhaerere debet, reperiuntur.

—— Exemplar alterum.. XVII. G. 17.

—— De plantarum historia lib. x. *et* de causis plantarum lib. vi. *a* Theodoro Gaza *latine redditi. In fronte primae paginae expressum legitur:* THEODORI GRAECI THESSALONICENSIS AD NICOLAVM VINTVM (sic) PONT. MAX. *Dein incipit Epistola nuncupatoria, in qua Papae gratulatur, quod pace ab ipso reddita,* urbes Italiae nunc litterarum ornamentis exhilarentur, quibus prius orbatae, deformes, et veluti lugubri quadam veste indutae, modo viduarum degerent, consistant; nunc augeantur majorem in modum coetus Philosophorum, Oratorum, Poetarum, denique Professorum omnium liberalium artium, ipsoque auctore mirum in modum ingenia hominum excitentur. *Ipsum dein magnopere laudat, quod tot pecunias tum ad viros litteratos sustentandos, tum ad libros latinos comparandos, ac Graeci idiomatis in latinum transferendos impendat. Dedicatoria Epistola in aversa folii primi pagina, ad lineam xxix. finitur, eamque mox excipit ejusdem* THEODORI GRAECI THESSALONICENSIS PRAEFATIO IN LIRROS THEOPHRASTI DE PLANTIS QuOS EX GRAECA LINGUA LATINOS FECIT. *Qua finita in folii tertii postica pagina, initium sumit* THEOPHRASTI DE HISTORIA PLANTARVM LIBER PRIMVS PER THEODORVM GAZAM IN LATINUM EX GRAECO SERMONE VERSVS. *Ad finem libri x. qui duodecim solum lineis constat, legitur:* Theophrasti liber decimus cuius paucula quaedam habentur: et quod apud graecos habetur: id Theodorus traduxit. *Librum istum in aversa folii lxxvii. pagina sequitur Epistola, qua* Georgium (sic) Merula alexandrinum (sic) Dominico Sanuto patricio Salutem *dicit. Sequentia sex folia Index, seu argumenta librorum occupant. In folio lxxxiv. incipit:*

THEOPHRASTI DE CAVSIS PLANTA4 LIBER I.

In prima folii clvi. pagina opus terminatur, cui sequentia subjecta habentur: THEOPHRASTI DE CAVSIS PLANTARVM LIBER SEXTVS ET VLTIMVS EXPLICIT. IMPRESSVM TARVISII PER BARTHOLOMAEVM CONFALONERIVM DE SALODIO. ANNO DOMINI. M. CCCC. LXXXIII. DIE XX. FEBRVARII. *Huic subscribitur* Antonij Seripandi ex Jani Parrhasij testamento. In folio.. IX. E. 14.

Editio haec quoad externam formam praestantissima est. Typus enim Romanus, ac perelegans; charta alba admodum, ac levigata cernitur. Paginas Typographus signavit litteris, Romanisque notis: haud vero custodes, ac foliorum numeros ibidem expressit. Initiales litterae parvae adparent. Tituli librorum capitalibus litteris sunt excusi. In primo libro de *Plantarum Causis* per primum plagularum fasciculum solummodo notae marginales exhibentur.

—— Exemplar alterum.. IX. E. 15.

—— De piscibus, vertiginibus, lassitudinibus, odoribus, et sudoribus, *Graece. Extant in volum. ii. Operum* Aristotelis, *graece. Vide* Aristotelis.

—— De igne, de ventis, et de lapidibus, *graece. Extant in volum. iii. Operum* Aristotelis. *Vide* Aristotelis.

—— Theophrasti vita ex Laertio, *graece. Extat in volum. ii. Operum* Aristotelis. *Vide* Aristotelis.

Theophylacti. Epistolae, *graece. Extant in collectione Aldina. Vide* Epistolae variorum Auctorum.. XVII. G. 36.

Theramo Jacobi de. *Vide* Ancharano.

Therasiae. Epistola, *quam cum* Paulino ad Sebastianum *scripsit. Vide* Paulini.

Thesaurus. Cornucopiae, et Horti Adonidis, *sive* Grammaticorum Graecorum *collectio, graece. In prima pagina operis titulus hoc pacto legitur:*

ΘΗΣΑΥΡΟΣ
Κέρας ἀμαλθείας καὶ κῆποι Ἀδώνιδος
THESAURUS
Cornucopiae et Horti Adonidis.

His verbis subditur graecus Elenchus Auctorum, qui ita latine imprimitur in postica facie.

HAEC INSUNT IN HOC LIBRO.

Aelii Dionysii de indeclinabilibus verbis
Ex Comentariis Eustathii, ac aliorum grammaticorum electa per ordinem litterarum
Formationes verborum sūm et ēo utilissimae
De iis quae sedēre significant
Quot sint quae īre significant
Ex scriptis Herodiani excerpta de magno verbo, scitu dignissima: et quae non passim invenies.
Ex scriptis eiusdem deductiones difficulter declinatorum verborum
Choerobosci ad eos q̃ in oībus verbis regulas quaerūt et similitudines.
Eiusdem in quibus ob malesonantiam attrahatur.
De anomalis et inaequalibus verbis secundum ordinem alphabeti.
Herodiani de inclinatis, et encliticis, et coencliticis dictiunculis.
Ex scriptis choerobosci de iis quae inclinantur et encliticis.
Aelii Dionysii, de iis quae inclinantur et encliticis.
Sine nomine de iis quae inclinantur.
Ex scriptis Joannis grammatici de idiomatibus.
Eustathii de idiomatibus quae apud Homerum.
Item aliter de idiomatibus ex iis quae a Corintho decerpta.
De foemininis nominibus quae desinūt in omega.

In folio secundo recto incipit Epistola latina rotundis elementis perelegantibus expressa, quemadmodum adlatus Elenchus. Inscriptio praefigitur eidem: Aldus Manucius Basianus Romanus studiosis omnibus S. P. D. *In hac Epistola* Aldus

adserit in praesenti opere lucubrando primum laborasse Varinum Camertem, *et* Carolum Antenorum Florentinum, *adjuvante* Angelo Politiano, *quorum studiis ipse curas proprias adjecit, omnia recognoscendo, quaedam addendo, et alia immutando, opitulante* Urbano, *ex ordine Franciscanorum, viro in graecis litteris doctissimo. Huic Epistolae adcedit alia, qua* Angelus Politianus Varino Camerti suo. S. D. *eaque amicum hortatur, ut inclinationes graecae linguae a se per ordinem litterarum digestas in lucem proferat; atque Epigramma graecum eidem transmittit, operi, si libuerit, praefigendum; quod revera occurrit in fronte quarti folii. Deinde tria alia subjecta sunt, quorum Auctores*, Aristobalus, Apostolides, Scipio Carteromachus Pistoriensis, *et* Aldus. *In pagina sequenti Epistola graeca* Carteromachi *laudati ad* Varinum Camertem *extat; et in folio quinto recto alia graeca Epistola* Varini ad Petrum Medicem, *quae in folio sexto averso terminatur. In folio igitur septimo recto* Aelii Dionysii *opusculum incipit, quod in decimo recto absolvitur. In aversa ejusdem folii pagina Elenchus Auctorum, graece primum, et dein latine sic excuditur, tribus columnis distinctus.*

GRAMMATICI EX QVIBVS ELECTA, QVAE IN HOC LIBRO.

Methodius.	Heraclides.	Herodianus.
Horus.	Apollonius.	Porphyrius.
Zenobius.	Seleucus.	Theodosius.
Aristarchus.	Ambron.	Technicus Georgius.
Choeroboscus.	Aelius Dionysius.	Orion.
Joannes charax.	Choeus.	Sidonius Dionysius.
Philoxenus.	Ascalonites.	Bisantinus.
Pausanias.	Eulogus Scholasticus.	Alcmaeus.
Athenaeus.	Didymus.	Aristonicus.
Tryphon.	Theognostus.	Rhomanus.
Dipnosophista.	Philon.	Tyrannion.
Xenodotus.		

Collectio exinde initium sumit in folio xi; *et penultimum voluminis, necnon pars sequentis paginae a Registro occupatur, cui Typographus* ΤΕΛΟΣ *subdit, et sequentia verba:*

Venetiis in domo Aldi Romani summa cura: laboreq3 praemagno. Mense Augusto. M. IIII. D. Ab Ill. Senatu. V. concessum est ne quis etc. ut in caeteris.
Vale qui legeris.

In folio.. XVII. G. 8.

Praesens editio una est e rarissimis, quae prodierunt ex hac officina. *Periergus* in suo *Catal. pag. 79.* haec adfirmare non dubitat *Collectio haec grammaticorum graecorum primis, iisque rarissimis editionibus Aldinis adnumeratur.* In Epistola Nuncupatoria, operi praefixa, *Aldus* fatetur se provinciam imprimendi libros latinos, et graecos jam a septem annis suscepisse, ex quo conjici potest tempus impressionis *Musaei*, quem in Tom. II. pag. 158. excusum fuisse anno 1494. suspicati sumus; si enim, ut *Maittairus* censet, primum *Aldi* laborum specimen *Musaeus* fuit, circa annum 1489. vel 1490. prodiisse adparet. Sollertissimus *Aldus* in hoc volumine cudendo charactere graeco eleganti, et charta firma adhibitis, diligentiam non modicam ostendit. Ex iis, quae marginibus adpingi solent, nihil praetermisit, adeo ut reperiantur numeri foliorum, qui decem excludunt priores plagulas, custodes in ultimis paginis scaporum, et signaturae. Initiales minoribus litteris supplentur; tituli vero expressi sunt litteris quadratis; lineae tandem 30. in paginis plenis numerantur.

Thesaurus Novus Sermonum. *Vide* Sermones Thesauri novi de tempore.

Thettali Rinucii. Versio latina centum Fabularum Aesopi, *et ejusdem Auctoris* Vitae, *per* Maximum Planudem *conscriptae. Extant cum* Aesopi *textu. Vide* Aesopi.

—— Versio latina Epistolarum M. Bruti, *et* Hippocratis. *Extant cum Epistolis* Diogenis, *a* Francisco Accolto Arretino *versis. Vide* Diogenis, *et vide insuper* Bruti.

Thienis Caietani de. Recollectae super octo libros physicorum Aristotelis. *Prima columna a titulo hoc incipit, qui operi praecedit:* Gaietani d' thyenis vicētini philosophi preclarissimi rcolecte (sic) sup̄ octo libros physico4 Aristotelis incipiunt feliciter. *Terminatur in secunda columna folii xciii. recti ad lineam xv. et protinus legitur sequens notitia typographica:* Finis recollectarum Gayetani de tyenis philosophi preclarissimi sr̄ libris octo physicorum Ar. ad laudem dei amen 1477. *In aversa pagina occurrit* Tabula librorum, *quae desinit in sequenti folio averso, cui ad calcem subscribitur,* deo gratias.
In folio parvo.. VIII. C. 18.

Deest huic editioni locus impressionis, nec non nomen Typographi; ipsam vero frustra quaesivi penes Bibliographos, et Catalogorum Scriptores. Duabus columnis, quarum quaelibet constat lineis 48. est impressa. Typus gallo-francus est, et chartae satis firmae, et politae inhaeret; custodes, et numeri foliorum in nullo occurrunt margine; signaturae autem inferioribus insunt, et serie absolvuntur litterarum cum Arabicis notis; initiales tandem vel desunt, vel parvis elementis repraesentantur.

—— Alia editio, *quae in summitate primae columnae folii primi recti hunc titulum habet:* Gaietani de thienis Vincētini philosophi p̄clarissimi recollecte super octo libros physico4 Ar. incipiunt feliciter. *Ad calcem:* Impressum est hoc opus p̄ Henricum de sancto urso in Vicētia anno domini. M.ccccLxxxvii. die xxiii. Aprilis. *Sequitur* Tabula librorum, *cui post verba* Deo gratias, *imprimitur Typographi signum. In ultima pagina visitur* Registrum istius operis.
In folio parvo.. VIII. E. 7.
—— Exemplar alterum.. VIII. C. 17.
—— Expositio in libros Aristotelis de Coelo, et mundo. *In postica pagina folii primi extat* Tabula, *et in secundo folio recto incipit Prologus, qui textui, et Commentario praefigitur. Ad voluminis calcem:* Gaietani vicētini phi-

losophi prestantissimi in libros ar. de celo et mundo expositio cum ipso textu ar. accuratissime emendata per eximium artium et medicine doctorem Magistrū Joannem Antonium Sicanum Veronensem. Ac diligentissime Venetijs Impressa per Otinum Papiēsem de Luna āno gratie. M. ccccxcviij. die tertio octobris. Sumptu et impensa Benedicti Fontana Veneti. Ducante inclyto principe Augustino Barbadico. *Registrum postremo loco adparet.*

In folio.. IX. F. 15.

Duplici columna, charactere gallo-franco excusa est praesens editio, et textus inter Commentarii sectiones locum obtinet. Lineas 68. Expositionis typus complectitur, qui minor est eo, qui in textu occurrit. Signaturae *a* - n. cum numeris Romanis adsunt; custodes, et foliorum numeri nullo pacto reperiuntur. Pro initialibus in spatiis parvas inveni litteras, et in marginis ora superiori voluminis libri indicantur.

—— Commentarium in libros Aristotelis de Anima. *Tabula imprimitur in folio primo averso; in secundo autem recto opus incipit, ut ex hoc titulo, rubro colore praefixo, adparet:* Incipit expositio clarissimi et celeberrimi philosophi Gaetani Thienēsis super libros de anima Aristotelis philosophorū principis grecorum sapientissimi. *Ad calcem legitur:* Preclarissimi philosophi Gaetani Tiennensis (sic) vicentini: cōmento in tria volumina Aristotelis de anima deo favente maximo finis impositus est: Antonij de strata de Cremona impensa ingenioq3 diligenter impresso: et per clarissimos artium doctores magistrum Gasparem et Johannem Antonium de Sicilia cōterraneos sollerti cura emendato. Venetijs Anno ab īcarnatōe domini. 148i. 2. Cal' Octobris.

In folio.. VIII. E. 14.

—— Alia editio. *Post Tabulam, quae occurrit in primo folio averso, in secundo recto* Incipit expositio clarissimi, et celeberrimi philosophi Gaetani Thienensis sup̄ libros de aīa Aristotelis philosopho4 principis grecorum sapientissimi: *In fine:* Preclarissimi philosophi Gaetani Tiennensis (sic) Vicentini: cōmento in tria volumina Ar. de Anima deo favente maximo finis impositus est Henrici de Sanco (sic) Urso impensa ingenioq3 diligenter impresso et sollerti cura emendato: Vicē. Anno ab incarnatione domini M. cccc. lxxxvj. xj. Cal.' Octobris.

In folio.. VII. A. 40.

—— Alia editio, *in qua praeterea adcedunt ejusdem* Gaetani Quaestiones de sensu Agente etc. etc. *et* Expositiones Joannis de Gandavo in libros de substantia Orbis. *Ad calcem notantur haec verba:* Subtilissimis qōnibus in libellum omentatoris de sub'a orbis cū expositione text' eiusdē libelli a solertissimo ph'yce veritatis īdagatore Joāne de gandavo editis: quas una cū libris de aīa Aristotelis cū expositione clarissimi doctoris Dn̄i Gaetani: cū qōnibus eiusd' de sensu agēte et de ꝑpetuitate ītellect' diligentissime correxerūt venerādissimi viri. v3. dn̄s magister. Secundus Contaren' Venet' sacre theologie ꝑfessor et magister studij ovētus frat4 heremita4: fraterq3 Paul' Panormita: filij veri patris fratrnm Heremita4 Doctoris sctē matris ecclesie Augustini Thagastēsis. Finis imposit' est Impēsa nobilis Dn̄i Octaviani Scoti Civis Modoetiēsis per Bonetū Locatellū Bergomensem decimo Kal. Januarias i493. *In ultima pagina occurrunt* Registrum, *et signum* Octauiani Scoti.

In folio .... VIII. F. 40.

—— Quaestiones de sensu agente, de sensibilibus communibus, et de intellectu. *Adcedunt* Joannis de Gandavo Expositio libri de substantia Orbis, *et* Quaestiones *in eumdem. Titulus prioris* Quaestionis Gaietani *hoc exprimitur pacto:* Incipit questio de sensu agente disputata p' Gaetanū de Tienis artiū et medicine doctorem famosissimum. *Nulla inscriptio praeest* Expositioni Johannis de Gandavo. *Ad calcem vero voluminis haec leguntur:* Subtilissimis ac difficillimis qōnibus in libellū cōmentatoris de substantia orbis a solertissimo physice veritatis indagatore Joh'e de Janduno cōpilatis: deo optimo maximoq3 favente finis feliciter imposit' est. Impensa ingenioq3 Antonii de strata de Cremona summa cū diligētia impressis Venetijs. Anno ab incarnatiōe domini 1481. Cal.' novēbris. *Registrum duplex in ultima extat pagina, alterum scilicet pertinens ad volumen descriptum* Commentarii in libros de Anima, *et alterum praesens, cum quo illud conjungi solet, et unicum efficit, uti in sequentibus editionibus videre est.*

In folio .... VIII. E. 14.

—— Exemplar alterum .... IX. F. 30.

—— Alia editio, *cujus titulus in summitate primae columnae sic extat:* Incipit questio de Sensu Agente disputata per Gaetanum de Thiennis artium et medicine doctorem famosissimum. *Desinit:* Et sic est finis questionis de perpetuitate intellectus ī quo difficultates multe theologie et philosophie subtiliter disputantur. *Adcedit* Expositio super libro de substantia orbis de Johanni de Gandavo, *uti in praecedenti editione; et ad calcem totius voluminis:* Subtilissimis ac difficillimis questionibus in libellum commentatoris de substantia orbis a solertissimo physice veritatis indagatore Johanne de Gandavo compilatis. Deo optimo maximoque favente finis feliciter impositus est: Impēsa ingenioq3 Henrici de sancto Urso summa cum diligentia impressis Vicentiae annis dñi ab incarnatione. M. cccc. lxxxvj. xvij. Cal.' novembris. *Subnectitur Typographi signum, et in ultima pagina* Incipit Registrum.

In folio .... VII. A. 40.

—— Alia editio, *in qua adcedunt, ut supra innuimus,* Johannis de Gandavo Expositio de substantia orbis, *et in eundem librum* Quaestiones. Venetiis Impensa nobilis viri dñi Octaviani Scoti Civis Modoetiēsis per Bonetū Locatellū Bergomensom decimo Kal. Januarias 1493.

In folio .... VIII. F. 40.

—— Expositio Regularum solvendi sosphismata Guillelmi Hentisberi. *Opus incipit absolute a verbis:* Regulas solvendi sospismata ī h.° p.° tractatu det'mīat' de p'ponib.' *Ad calcem typographica nota hujusmodi legitur:* Finis egregie hentisberi regularū et sophismatū expōnis (sic) per eximium sophistam et philosofum sumū (sic) magistrum gayetanum de tiēis Emendate p' acutissimum artiū et medicine doctorē. m. Frāciscū agubiēsē māe mediciē theōicā Papie legētē ac a yheronimo (sic). d' durantibus rogatu iussu atq3 ope. M. Pauli aurelii flochi de firmo ibidem īpresse diligenter M.° cccc.° lxxxiii.° pridie Klēdas februaīas. Ad laudem virginis. Amen.

In folio parvo.. VII. A. 3.

—— Declaratio super regulas Tractatus de sensu composito, et diviso Gulielmi Hentisberi. *Vide Tom. 1. pag. 368. hujus Catal. Art.* Hentisberi.

—— Declarativa quaedam in Consequentias Rodulphi Strodi. *Opusculo praeit titulus :* Incipiũt quedā declarativa ɔsequentia4 Strodi edita ab eximio philosopho4 Monarcha dño magr̄o Gayetano de Tienis artiũ et medicine doctore famosissimo. *Ad calcem:* Expliciũt quedam declarativa cōsequētiarũ Strodi edita ab eximio philosophorũ monarcha dño magistro Gayetano de Tienis : artiũ et medicine doctore famosissimo : sũma cũ diligentīa ꝑ fratrē Mattheũ campagnā revisa. Deo gratias. *Sub eadem signaturarum serie protinus* Incipiunt consequentie Strodi feliciter ; *quibus absolutis, legitur :* Consequentijs eximij doctoris magistri Rodulphi Strodi : per fratrē Mattheum campagnā de cherio : sũmo cum labore correctis . finis adest Venetijs impressis. M. cccc. lxxxviij.

In 4.°.. VII. B. 2.

—— Alia editio. *Titulus, ut in praecedenti editione. In fine voluminis :* Impressa fuerunt que in hoc volumine continentur per Bonetum Locatellũ sũptibus Nobil' Viri dñi Octaviani Scoti Civis modoetiēsis Venetijs. M.CCCC.LXXXXIII. Tertio idus Februarij. *Adcedunt* Registrum , *et signum Typographi.*

In 4.°.. VIII. A. 10.

—— Exemplar alterum.. VIII. B. 50.

—— *Vide insuper Art.* Strodi.

—— Expositio super Consequentias Ricardi de Ferabrich. *Ad calcem:* Expliciunt quedā utilia super ɔñtijs ferebrich anglici edita per Gaetanũ de Tiennis: Deo gratias. Amen. *Exinde :* Eximij doctoris domini Gaetani de Tiēnis in consequentias Ferebrich expositionum. Finis. *Tandem :* Impressa fuerunt que in hoc volumine continentur per Bonetum Locatellũ sũptibus Nobil' viri dñi Octaviani Scoti Civis modoetiēsis Venetijs. M. CCCC. LXXXXIII. Tertio idus Februarij. *Sequuntur* Registrum , *et signum Typographi.*

In 4.°.. VIII. A. 10.

—— Exemplar alterum.. VIII. B. 50.

THILARETI. *Vide* Johannitii.

THOMAE (S.) AQUINATIS. Opera , *quae in voluminibus editionum Saeculi xv. hujus Regiae Bibliothecae, separatim , vel conjunctim impressa sunt , sequenti ordine recensebimus.*

—— Summa Theologiae Partes tres ; *ast* secunda pars *deest huic nostro exemplari. In fronte Partis primae, legitur:* Incipit prima ꝑ. summe Theologie edita a scō Thoma de aquino angelico doctore ordinis predicato4. *Ad lineam xlii. secundae columnae folii aversi clxx. occurrit sequens typographica notitia :* Excellētissimi sacre theologie doctoris sancti Thome de aquino ordinis praedicatorum prima pars hic feliciter. summa cum diligentia Baselee (sic) impressa. Anno dñi. M. cccc. lxxxv. *Deinde :* Incipit tabula prime partis summe super totam theologiam fratris sancti Thome de aquino ordinis predicatorum ; *quae* Tabula *quatuor alia occupat folia , una cum* Registro. *Tertiae parti*

nullus inest titulus, et incipit absolute : Quia salvator noster dominus iesus etc. etc. *Haec terminatur in folio clv. averso, ad lineam lvi. secundae columnae, nam prima est vacua, (forsan ob Excusoris incuriam), et subduntur verba:* Laus optimo maximo. *Sequitur* Quaestionum Index, *qui in nostro exemplari mutilus est, et tantummodo pertingit ad quartum articulum* Quaestionis lxxxii. In folio majori.. II. I. 6.

Editio prima, quae omnes comprehendit partes, quam maxime a Bibliographis *Maittairo p. 467. Weisl. pag. 348. Braun P. II. pag. 116. Grass. p. 83. De la Valliere Tom. I. p. 191.* et *in Bibl. P. Nol.* commendata. Typus est gallo-francus, ac satis luculentus. Charta est firma admodum, sed minus polita. Fasciculi *Primae partis* signati cernuntur litteris *a* – 73. *Tertiae partis* insigniti sunt litteris *A.-Vv3.* Pagina quaelibet in duas est distincta columnas, quae dummodo integra sit, continet lineas 62. Custodes, ac paginarum numeri desiderantur, nec non initiales, quae aliquando suppletae cernuntur rubro colore, aliquando sua spatia tantum exhibent. In superiori margine quaevis quaestio est indicata.

—— Alia editio. *Typis gallo-francis majoribus sequentia verba extant excusa in prima pagina :* Prima pars summe sacre theologie angelici Doctoris sancti Thome de Aquino. *In aversa pagina incipit* Tabula *materiei, ordine alphabetico disposita, quae desinit in folio averso xiv. In folio xv. recto,* Incipit p̄ma pars summe theologie edita a sancto Thoma de Aquino angelico doctore ordī p̄dicato4. *Ad calcem:* Excellentissimi sacre theologie doctoris scī Thoma de Aq̄no ordīs p̄dicato4 p̄ma pˢ hic finē h.ᵗ feliciter. *Deinde* Incipiunt capitula p̄me partis etc. etc. *quibus absolutis, adcedit* Registrum, *cui subnectitur notitia typographica :* Preclara in urbe Venetiarū mādato et expēsis nobilis viri dn̄i Octaviani Scoti civis Modoetiensis. Sub p̄cipe serenissimo et excellentissimo domino Augustino Barbadico. Ducatus sui Anno nono. A virginali aūt partu salutifero anno quadrīgētesimo nonagesimo q̄nto supra Millesimū. Kalēdis septēbribus. Per Bonetū Locatellū Bergomensem : finis huic operi impositus est favente deo optimo maximo : qui sit benedictus in secula. Amen. *Signum Typographi ultimo loco visitur.* Secunda pars *titulum habet in prima pagina, etiam gallo-franco majori charactere excusum :* Prima secunde sancti Thome de Aquino ordinis predicatorum. *Post albam paginam, in folio sequenti,* Incipiunt capitula p̄me partis secunde p̄tis etc. *In fine hujus :* Explicit prima pars secunde partis sacre theologie doctoris eximij et luminis ecclesie preclarissimi sancti Thome de Aquino ordinis fratrum predicatorum. magna cum diligentia : maximoq3 studio Venetijs impressa per Bonetum Locatellum bergomensem iussu et expensis nobilis viri domini Octaviani scoti civis modoetiensis. Anno ab incarnatione domini nonagesimo quinto supra Millesimum et quadringentesimum Kalendis quintilibus : Regnante Inclito domino Augustino Barbadico serenissimo Venetiarum Principe. *Sequuntur* Registrum, *et signum* Octaviani Scoti.

Secunda Secunde sancti Thome de aquino ordinis predicatorum. *Is titulus habetur majoribus gallo-francis characteribus impressus in prima pagina. In secundo folio recto incipit* Tabula quaestionum secundi libri scdᵉe ꝑtis bt̄i Thome de aquino, *quam excipit* Registrum *in folio quinto averso. In folio sexto :* Incipit secundus Liber secūde partis etc. etc. *In fine hujus :* Liber secūdus ꝑtis secūde bt̄i Thome de Aq̄no ordinis p̄dicato4 finit : īpressus Venetijs ꝑ Bonetū

locatellum Bergomēsem. Impēsis nobilis Viri dñi Octaviani scoti civis Modoetiensis: 1495. 4. Kal' Julias: regnāte Augustino Barbadico Serenissimo Venetia4 pcipe. *Signum typographicum adcedit.*

Tertia pars summe sancti Thome. *Hic titulus, etiam majoribus typis gallo-francis excusus cernitur in prima pagina. In secundo folio recto* Incipit tertia pars summe sancti Thome de Aquino, *quae terminatur hac conclusione*: Explicit illud qd' habetur de tertia parte summe sancti Thome de Aquino ordinis fratrum predicatorū qui preventus morte eam perficere non potuit. Laus deo. *Sub eadem signaturarum serie, et foliorum numeratione incipit tractatus* de partibus penitentie in speciali et primo de otritione. *Ad hujus calcem*: Expliciunt additiones tertie partis Summe sancti Thome de Aquino de ordīe fratrum predicatorum: Impresse Venetijs ductu Boneti Locatelli: Impendio vero Nobilis viri Octaviani Scoti Modoetiensis. Anno Saluberrime redēptionis. MCCCCXCIII. Sexto Idus Quintilis. *Huic notae subnectuntur versus:*

Genitori genitoq3 Laus et iubilatio
Salus honor Virtus quoq3 sit et benedictio
Procedenti ab utroq3: cōpar sit laudatio
AMEN.

Sequitur Tabula capitum tertiae partis, quam excipit Registrum; *et in ultimo folio recto habetur signum Typographi.*
In folio Tom. 4. duobus voluminibus.......................... II. H. 11-12.

Censemus hanc *tertiam partem*, cum suo *Supplemento* praecessisse impressionem *primae*, et *secundas partis*: verum omnes res typographicae adamussim conveniunt in singulis partibus; nam idem typus, qui gallo-francus est, eadem chartae qualitas, eademque typographica oeconomia.

—— Summa Theologiae Pars prima. *In summitate primae columnae* Incipit sūma theologie edita a fratre thoma de aqno ordinis pdicatorum. *In fine notatur*: Explicit op' p'me p'tis sancti Thome d' aq'no. diligēter emēdatū ab excellētissimo sacre theologie doctore magr'o Francisco de Neritono ordinis p'dicatorum p magr'm Albertum de stendael. Anno domini M.cccc.lxxiii. die v. mēsis octobris. *Post folium vacuum Tabula occurrit, quinque complectens folia.*
In folio parvo.. II. G. 25.

Sine loci indicatione. *Albertum de Stendael*, vel *de Stendalia* artem typographicam exercuisse *Patavii* anno 1475. et *Venetiis* ab anno 1472. ad 1474. discimus ex *Maittairio Tom. 1. pag. 365.* et ex *Guillaume de Bure, fils aîné Catal. de la Valliere Tom. 1. pag. 195.* et *196.* Laudatus Typographus usus est in hac editione litteris semi-gallo-francis non inelegantibus, quae lineas 48. implent in singulis columnis; nam paginae duabus sunt distinctae: omisit autem custodes, et foliorum numeros; initialibusque adpingendis spatia reliquit, quae revera Illuminator implevit rubris, et caeruleis litteras. Signaturas in extremitate marginum inferiorum exsculpsit, adeo ut plurimae a ferro Bibliopegi abscissae fuerint.

—— Exemplar alterum...................................... II. H. 20.

—— Alia editio. *Praecedit Tabula, quae primum occupat fasciculum; eamque statim excipit opus, titulo rubro colore impresso, praeditum :* Incipit prima pars summe theologie edita a sācto Thoma de aquino angelico doctore ordinis predicatorum. *In fine haec leguntur:* Excellētissimi sacre theologie doctoris sancti Thome de aq'no ordinis p̄dicato4 p̄ma pars hic finem hab' feliciter: sūma cū diligentia Venetijs impressa per Antonium de strata de Cremona: anno ab incarnatōe. M.cccclxxxij. tertio idus Augusti: Johanne mocenico inclyto venetorum duce regnante. *In penultima pagina habetur* registrum.

In folio parvo.. II. H. 18.

Editio, uti videtur, Bibliographis ignota. Ejus character gallo-francus duabus columnis distinctus, lineas 58. complectitur. Pro initialibus spatia tantum extant; in superioribus marginibus notantur *Quaestiones*; in inferioribus vero occurrunt signaturae *a-aa* cum Arabicis numeris, et nil aliud margines referunt.

—— Alia editio, *cui praecedit folium vacuum, et sequuntur alia 17. folia Tabulam alphabeticam complectentia. Operis initium in folio xix. recto occurrit, cujus in margine superiori notatur* Quaestio I. *litteris nigris, et numero rubro; ruber item praefigitur* Summae *titulus, hoc pacto :* Incipit prima pars summe theologie edita a sancto Thoma de aquino angelico doctore ordinis predicatorum. *Typographus haec adnotavit in fine*: Excellentissimi sacre thelogie (sic) doctoris sancti Thome de aquino ordinis predicatorum p'ma pars hic finem habet feliciter: sūma cū diligētia Venetijs impressa per Antonium de strata de Cremona anno ab incarnatione. M. cccclxxxix. die 24. decembris. *Quatuor plagulae accedunt* Capitulorum, *et* Quaestionum Tabulam *complectentes, cui* Registrum *additur.*

In folio.. II. G. 29.

Gallo-franca sunt elementa in duas columnas divisa, et in utralibet lineae 64. comprehenduntur; numeri in lateralibus marginibus occurrunt; quaestiones etiam in superioribus indicantur; initiales modo litteris parvis supplentur, modo desunt; sed Illuminator eas vel adpinxit, vel majores reddidit diverso colore; numeri foliorum, et reclamantes nulli existunt; signaturae autem habentur excusae litteris, et notis arabicis.

—— Alia editio, *cujus prima pagina titulum habet hoc pacto:* Prima pars summe sacre theologie angelici Doctoris sancti Thome de Aquino: *In aversa facie incipit* Tabula *alphabetica rerum, quae desinit in folio xiii. averso. Operi praefigitur titulus, ut in praecedenti; et ad calcem post Indicem capitum, et Registrum, sequens nota typographica legitur:* Preclara in urbe Venetiarū mādato et expensis nobilis viri dn̄i Octaviani Scoti civis Modoetiensis sub p̄cipe serenissimo et excellentissimo domino Augustino Barbadico. Ducatus sui Anno nono. A virginali aūt partu salutifero anno quadrīgētesimo nonagesimo q̄nto supra Millesimū. Kalēdis septēbribus. Per Bonetū Locatellū Bergomensē finis huic operi impositus est favēte deo optimo maximo: qui sit benedictus in secula. Amen. *Signum Typographi subnexum cernitur.*

In folio.. II. H. 11.

—— Prima pars secundae partis Summae Theologiae. *In fronte primae columnae folii primi sequens inscriptio rubro colore impressa legitur:* Prima pars Secūdē partis. Edita a fratre Thoma de aquino ordine (sic) Predicato4. *In prima*

folii recti clxxii. columna, ad lineam xlii. opus terminatur verbo, Explicit. *Protinus* Sequitur tabula Questionum, *quae incipit in secunda columna, ad cujus finem in folio clxxv. averso, sequens subscriptio, nigro colore expressa, invenitur:* Preclarū hoc opus prime secūde sancti thome de aquino. Alma in urbe moguntina; inclite nationis germanice. quā dei clementia tam alti ingenij lumine. donoq3 gratuitu. ceteris terra4 nacōib' pferre illustrareq3 dignata ē. Artificiosa quadā adinvencōe impmēdi seu caracterizandi absq3 ulla calami exaratione sic effigiatū. et ad eusebiā dei industrie est consummatū. p petrū schoiffer de gernsshem. Anno dñi millesimo quadringentesimo septuagesimo pmo. Octava die novembris. Sit Laus deo. *Subjecta sunt* Schoifferi *insignia, rubro colore expressa, alibi a nobis jam notata.*

In folio majori... XIII. G. 7.

Editio est rarissima, et hujus operis omnium prima, cujus nec *Quetif*, nec *Maittairius* notitiam habuere. Litterae, quibus ipsa impressa est, sunt gallo-francae minusculae, sed nitidae, et elegantes. Quaevis pagina in duas est distincta columnas, quarum quaelibet 61. complectitur lineas. Charta est alba admodum, et firma. Desunt signaturae, custodes, paginarum numeri, tituli Quaestionum, et initiales, pro quibus quadrata spatia extabant, antequam Miniculator eas supplevisset colore modo rubro, modo caeruleo; sed prima operis quam maxime fulget auro, aliisque coloribus. Nostrum exemplar extat optime conservatum, pereleganterque compactum.

—— Alia editio, *quae in fronte haec verba gerit:* Prima pars secunde partis sūme theologie eximij doctoris scī Thome de Aqno ordinis pdicatorū. Questio prima. *Ad calcem secundae columnae folii cclxxii. aversi:* Explicit prima ps secunde ptis sacre theologie doctoris eximij et luminis ecclesie pclarissimi sancti Thome de Aqno ordinis fratrū pdicato4: Impssa Venetijs p Frācīscum de Hailbrun et Petrū de Bartua Anno domini. M. cccc. lxxviij. *Adcedit Tabula* Quaestionum, *et* Capitulorum, *ad cujus finem haec habentur:* Tituli questionū et capitulo4 pme partis secūde partis sūme theologie scī Thome de aquino ordinis fratrū predicato4 finiunt feliciter. Deo gratias. *Opus concludit* Registrū quinterno4 ejudem libri.

In folio... II. H. 21.

Prima cujuslibet quaestionis, vel paragraphi linea, charactere gallo-franco majusculo, reliquae minori excusae sunt. Quaestiones in superiori margine sunt adnotatae. Litterae initiales, custodes, et paginarum numeri desiderantur. Fasciculi signati cernuntur litteris, Arabicisque numeris. Quaevis pagina in duas est distincta columnas, et quaelibet earum constat lineis 47. Charta est alba admodum, et firma.

—— Alia editio, *quae incipit a precedente titulo:* Prima pars secūde partis summe theologie eximii doctoris sancti thome de aquino ordinis p'dicatorum. Questio prima. *In fine typographica notitia hoc exprimitur pacto:* Explicit prima pars secūde partis sacre theologie doctoris eximij et luminis ecclesie p'clarissimi sancti Thome de Aquino ordīs frat4 p'dicato4: magna cū diligētia maximoq3 studio Venetijs imp'ssa p' Andream de torresanis de Asula: Bartolomeū de blaviis de Alexandria: et Mapheum de peterbonis de salodio socios: Anno dñice incarnationis. M. cccc. lxxxiij. Johanne Mocenigo inclyto Venetia4 Duce p'ncipante. *Adcedunt sex folia, quorum quinque priora Tabulam capitulorum,*

54

Registrum, et typographicae officinae signum rubrum complectuntur, sextum vacuum superest.
In folio .... II. G. 26.

Columna duplex inest cuivis paginae gallo-francis plena characteribus, usque ad summam linearum 60. In superioribus marginibus notantur Quaestiones; in inferioribus signatura e *a* - *R* cum Arabicis numeris; nec custodes, nec numerationem foliorum, nec aliud praeter notata in marginibus expressit Typographus. Miniculator colore vel rubro, vel caeruleo supplevit partem initialium, quae deerant; reliquas, et quae parvis elementis expressae erant, majores reddidit; at primam operis litteram, et margines folii primi, eleganter decoravit auro, aliisque coloribus.

—— Alia editio, *in cujus prima pagina typis majusculis Excusor notavit:*

Prima Secunde Sancti
Thome de Aquino
Ordinis predi
catorum.

In folio secundo recto Tabula capitum incipit, et in quarto averso absolvitur; opus vero in quinto recto exordium sumit, sed praefigitur eidem titulus: Prima pars secunde partis summe theologie eximij doctoris sancti Thome de Aquino ordinis Predicatorum. Quaestio prima. *In fine verba sequentia locum obtinent:* Explicit prima pars secunde partis sacre Theologie doctoris eximij et luminis ecclesie p'clarissimi sancti Thome de Aquino ordinis fratrum predicatorum: Impressa Venetijs per Joãnem rubeum Vercellensem: Anno ab incarnatione dñi. 1497. die ultimo Julij: Regnante Inclito dño Augustino Barbadico serenissimo Venetiarum Principe. Registrum *exinde occurrit.*
In folio .... II. G. 29.

—— Secunda pars secundae partis. *Operi praemittitur, saltem nostro exemplari,* Quaestionum *Index, cui finis imponitur in secunda columna folii sexti recti, linea quinquagesima. Deinde sequens notitia adjecta legitur:* Explicit ordo et signacio questionũ scd'i libri scd'e ptis beati Thome de aquino bñdictus de'. Amen. *Subnexa huic cernuntur sequentia ineptissima verba, Miniatoris manu rubro colore conscripta, duabus lineis distincta:*

Quotto rubrice ostendit tibi quotto folio
quelib' distintio sive questio ponatur.

Initio operis nulla adspicitur inscriptio, aut titulus impressus, qui etiam in contextu desideratur; sed idem Miniculator illum supplevit, etiam rubro colore, nempe: Incipit scdã scdẽ sctĩ thome de aquino; *exinde initium sic sonat:* P.) ost omnem consideracõem de virtutibus et vicijs etc. etc. *In aversa folii ccxlv, pagina, ad lineam lx.* Questio *ultima terminatur, et ejusdem Miniatoris manus, adamussim, typum imitando, inscripsit:* Argentorati 1466.
In folio majori .... XIII. A. 15.

Antiquissima, ac rarissima est praesens editio; num etiam omnium prima sit, vix ullum nobis superest dubium. *Petrus Schoiffer* licet anno 1467. idem opus typis evulgasset, de quo mox dicemus; quod tamen haec nostra editio praecesserit, haud spernenda adducere possumus argumenta. De *Argentinensis* typographiae origine, satis superque dixit *Jo. Daniel* SCHOEPFLINIUS in *Vindiciis suis typographicis*, ibique validis documentis demonstrare studuit, JOANNEM GUTTENBERGER *Moguntinum*, *Argentinae* typographicam artem invenisse, eamdemque JOANNEM MENTELLIUM, et HENRICUM EGGENSTEIN, qui in publicis documentis jam anno 1447. cives adparent, docuisse. SCHOEPFLINIO quidem KOELERUS; et WUERTWEIN, qui typographiae *Moguntinae* evulgavit historiam, cum aliis obsistere conati sunt, eius tamen argumentorum vim enervem non reddiderunt. Dicendum mihi videtur, non *Moguntinos* solum, sed et *Argentinenses* a JO. GUTTENBERGIO artem illam plane divinam didicisse, eamdemque in utraque civitate excoluisse. Inscriptiones quidem primis libris a *Moguntinis* impressis adjectae, typographiae inventae palmam FAUSTO; et SCOEFFERO, adeoque *Moguntiae* praebere videntur; pro *Argentinensibus* tamen qui suis operibus illas adponere necesse haud putabant, cum quilibet illis temporibus impressionis locum facile potuisset discernere, non spernenda pugnant argumenta. In *Chronico SS. Pontificum et Imperatorum Romae anno 1476.* impresso, cujus *Maittairus* meminit *Tom. IV. pag. 365.*, ad annum *1458.* legitur: *Sedente* PAPA PIO II. JACOBUS cognomento GUTENBERGER *patria Argentinus — Moguntinus et quidam alter, cui nomen* FAUSTUS, *imprimendarum litterarum in membranis cum metallicis formis periti, trecentas chartas quisque eorum per diem facere innotescunt apud Moguntiam Germaniae civitatem.* JOANNES *quoque* MENTELINUS *nuncupatus apud Argentinam eiusdem provinciae civitatem, ac in eodem artificio peritus totidem chartas trecentas per diem imprimere agnoscitur.* MENTELLIUS igitur eo tempore, ut fortasse contemporaneus testatur, eam imprimendi facilitatem diuturniori exercitio sibi comparavit, ut uno die trecentas chartas typis excudere valuerit. FRIDERICUS IV. Imperator insignia gentilitia, quae in lapidea tabula formae quadratae oblongae in aedis Divi *Guilielmi* peristylio a MENTELLIO ipso anno *1473.* posita; conspiciuntur, JOANNI MENTELIN anno *1466.* concessit, certe non alia ex causa, quam ob merita jam inde per typographicam artem comparata. Reperitur illud quoque aeri incisum in JACOBI MENTELII *Paraenesi pag. 102.* et *Excursu* de *Inv. typograph.* ad NAUDEUM *pag. 7.* cum hac epigraphe: *Insigne Schottorum* (MARTINUS enim SCHOTT. erat JO. MENTELII gener) — *familiae* a Federigo Rom. Imp. Jo. Mentelio *primo typographiae inventori, ac suis concessum anno Ch.* m. cccc. lxvi. Plura ergo atque nobiliora eo tempore opera, quam *Moguntini*, quibus talis praerogativa concessa nusquam legitur, MENTELLIUS typis commisisse videtur. Hoc idem docent GEBWILERUS in *Panegyri* CAROLO V. dicata anno *1521.* et SPIEGELIUS in *Comment.* ad *Bartholinum*, qui adfirmant, per JOANNEM MENTELIUM typographicam artem esse inventam. Quid aliud tot clara virorum tam aetate, quam doctrina illustrium testimonia demonstrant, quam MENTELIUM, si divinam hanc typographiae prolem non procreavit, primis jam saltem annis aluisse, et ad provectam aetatem educasse? Etsi autem JOANNES MENTELIUS nuspiam impressionis locum, annum, aut nomen suum adjecerit; libros tamen recens ab ipso impressos, Emptores Rubricis per Miniatorem significare curabant; quod in *Bibliis* a *Schelhornio in Amoen. liter. Tom. III. pag. 29.* citatis, illorum Possessor, germanicis quidem verbis hoc pacto exposuit: *A 1473. ego Jo. Gmist, dictus Brünzler hunc librum emi absolvique curavi rubricandos ligando, orichalceisque bullis muniendo, sicque prorsus perfectus est die Sabbathi post luciae supradieti anni.* MENTELIUS typographicis suis operibus notam anni, loci, ac Typographi domum nomen adjicere coepit anno *1573.* uti scribit. *Schoepflinius* in *Vind. Typogr. pag. 47.* Libros typis ejusdem sine nota anni impressos quamplurimos, longa serie recenset *Panzer Tom. I. pag. 67-76.* Inter libros typis MENTELII sine nota anni, loci, et Typographi excusos numerantur *Biblia germanica* anni *1466. S. Thomae Aquinatis secunda secundae* anni *1466. Astesani summa* anni *1469. S. Augustini confessionum libri* anni *1470.* et *Pauli de S. Maria Scrutinium Scripturarum* anni *1472.* in quibus omnibus nota anni, et loci manu scripta exhibetur, vel atro, vel rubro colore. Ad hunc usque annum, scilicet *1472.* juxta *Schoepflinium* charactere gallo-franco majusculo, et minusculo, et quidem *sculpto* usus est MENTELIUS; anno vero 1473. quo quatuor *Speculi Vincentii Bellovacensis* tomos evulgavit, et ad quarti tomi calcem, annum, locum, et nomen suum adposuit, *Romanum*, et *fusum* characterem adhibuit. Omnia itaque opera typo gallo-franco sculpto, et mobili excusa ad annos saltem *1458-1472*: Romano, et fuso impressa ad annos *1473-1478.* quo supremum obiit diem, referenda videntur. Integrum hoc opus 244. folia impressa complectitur. Pagina quaelibet in duas columnas, quarum quaevis 50. continet lineas, divisa est. Initiales litterae nullae extabant, antequam Miniculator

eas adpinxisset vario colore: nulli custodes, aut signaturae, nullique paginarum numeri. Charta est alba, firmaque, sed minus polita. Praeter punctum, nullum aliud occurrit distinctionis signum. Typus est gallo-francus minusculus sculptus, ac idem omnino quo laudatus MENTELIUS usus fuit pro libro quarto *de Doctrina christiana S. Augustini*. Hinc insigniores Bibliographi huic Typographo non dubitant adscribendum esse hoc opus.

—— Alia editio, *cui nullus inest titulus in principio operis, et incipit absolute :* (P) ost omunē consideracōnem de virtutibus et vicijs etc. etc. *Ad secundam columnam ultimi folii aversi, post lineam xxiii. sequentia verba Excusor impressit :* Hoc opus preclarū secūda secūde Alma in urbe moguntina inclite nacionis germanice. quā dei clemētia tam alti ingenij lumīe. donoq3 gratuito. ceteris terrarum nacōnib3 pferre illustrareq3 dignatus est. Artificiosa quadā adinvencōne imprimendi seu caracterizādi absq3 ulla calami exaratione sic effigiatū. et ad eusebiā dei industrie est osummatū per Petrum schoiffher de gernszheim. Anno dñi. M. cccc. lxvij. die sexta mens.' marcij. *Sequitur Tabula* Quaestionum, *in qua extant ad calcem sequentia verba :* Explicit ordo et signatio questionum sēdi libri secunde ptis b'ti thome de aquino. bñdictus de'. Amen.
In folio majori.. XIII. H. 20.

Exemplar membranaceum rarissimae, et venustissimae editionis, quae ut ut non princeps, saltem secunda est hujus operis; nam *Argentinensem Mentelii* praecessisse satis superque superius demonstravimus. In hac editione, et in aliis posterioribus libris *Maguntiae* impressis solus *Petrus Schoefferus* occurrit; Lues enim, quae anno 1466. vexavit *Lutetiam*, *Faustum* abstulisse videtur. Laudatus Typographus usus est litteris gallo-francis parvis, sed non inelegantibus, ac iisdem omnino, quibus anno 1473. impressit *Commentaria* in opus de *Civitate Dei S. Augustini*. Lineae 59. implent singulas columnas, nam paginae duabus sunt distinctae: omisit autem Typographus custodes, signaturas, et foliorum numeros; initialibusque adpingendis spatia reliquit, quae revera Illuminator implevit rubris, et caeruleis litteris, in quarum principe *S. Thomae* icon adparet e cathedra docentis; et in eadem pagina, quae hujusmodi iconem exhibet, margo internus coloribus variis insignis conspicitur. Membranae hujus voluminis nitidissimae sunt; et nostrum exemplar optime conservatum, eleganterque compactum.

—— Alia editio. *Praeit Tabula* Quaestionum *sex foliorum, et in folio septimo recto opus incipit a verbis :* Questio prima de fide quantum ad eius obiectum. R'iea. *Ad lineam xli. secundae columnae penultimi folii aversi opus absolvitur, cui subnectitur sequens typographica notitia :*

Finit Secunda scd'e Illuminati docto
ris Sancti Thome d'acquino (*sic*). Impressa
hac in urbe Roma totius mūdi regina
ac dignissima Imperatrice p Egregios
viros Symonem nicolay Luceñ. et ma
gistrum Vdalricum gallum Alamanū.
Anno dñi. M. CCCCLXXIIII.
die prima mensis Octobris. Sanctissi
mi dñi nostri Sixti pape quarti. Ponti
ficatus anno quarto.

In ultimo folio recto habetur Registrum, quatuor columnis impressum.
In folio majori.. XIII. H. 1.

Tanta est hujus editionis raritas, ut ipse *Audiffredus* non dubitaverit fateri *pag. 148. Catal. Histor. Critic. Roman. Edit. Saec. xv.* se nunquam eam vidisse, nec aliud exemplar novisse, quam quod extat *Paris.* in Regia Bibliotheca, quodque recensetur a *Labbeo Nova Biblioth. mss. pag. 347.* a *Quetif* et *Echard Tom. 1. pag. 322.* et ab Auctore Catalogi ejusdem Regiae Biblioth. *Tom. 11. Theolog. pag. 12.*, qui quidem doctissimi Bibliographi imperfectam tradunt hujusmodi editionis notitiam, et descriptionem. Ipsa enim excusa est eo charactere Romano, cujus usus familiarissimus fuit *Udalrico Han* ab inita cum *Simone* societate, qui character medio loco habendus est inter elegantem, et inelegantem; quod peritus quisque, qui eum inspexerit, facile concedet. Duplex columna in quavis pagina extat, quae lineas complectitur 61. Foliorum numeri, reclamantes, et signaturae desunt; pro initialibus autem vel parva elementa, vel spatia reliquit Typographus, sed Minicularius rubro colore eas majores reddidit, vel adjecit. Pro distinctionis nota punctum tantummodo apparet. Totum volumen complectitur 353. folia, ut ea enumerando expertus sum.

—— Exemplar alterum.. II. I. 1.

—— Alia editio, *cui, post vacuum folium in principio, occurrit Tabula* Quaestionum, *implens septem alia folia; in nono autem recto* Incipit secundus liber secunde p'tis btī Thome de Aquino ordinis predicatorum. *In fine notavere Typographi;* Liber secundus partis secūde beati Thome de Aq'no finit: Venetijs imp'ssus īpendio Joh'is Colonie agrippinēs' Johānisq3 manthen gheretzen socio4: Anno salutis christiane. M. cccc. lxxx. xiij. Calendas Augusti. *Adcedit* Registrum chartarum.
In folio.. II. G. 21.

Gallo-franca sunt elementa in duas columnas divisa, et in utralibet lineas 56. comprehendunt. In marginibus superioribus *Quaestiones*, et earum numerus exprimuntur; desunt custodes, et foliorum numeri; sed signaturas adposuit Typotheta iunctas Arabicis numeris. In duobus exemplaribus extantibus in hac Regia Bibliotheca initiales adjecit Miniculator, qui principem operis litteram, ac internum marginem primae paginae auro, aliisque coloribus adfabre decoravit.

—— Exemplar alterum.. II. G. 28.

—— Alia editio, *in cujus prima pagina notantur sequentia verba:* Secunda Secunde sancti Thome de aquino Ordinis predicatorum. *In folio secundo recto Tabula incipit, quae desinit in folio sexto recto, nam eidem averso impressum est* Registrum. *In septimo igitur folio* Incipit secundus Liber secūde partis beati Thome de Aquino ordinis predicatorum. *Opere absoluto, nota haec typographica legitur:* Liber secūdus ptis secūde btī Thome de Aq'no ordinis pdicato4 finit: īpressus Venetijs p Bonetū locatellum Bergomēsem. Impēsis nobilis Viri dñi Octaviani scoti civis Modoetiēsis: 1495. 4. Kal.' Julias: regnāte Augustino Barbadico Serenissimo Venetia4 p'ncipe. *Huic subnectitur signum Typographi.*
In folio.. II. H. 11.

—— Exemplar alterum.. II. H. 27.

—— Alia editio, *quae incipit absolute, sine ullo titulo, a verbis:* (P) omunem considerationem de virtutib' et viciis etc. etc.: *In fine ad lineam xl, secundae columnae ultimi folii aversi, haec notata reperi:* Divo Lodovico illustri mantuanorum principe regnante. Religiosissimus vir sacre pagine magister D. frater Lodovicus de cremona ordinis carmelitarum civis mantuanus sua impensa perficiendum opus hoc curavit. Imprimente magistro Paulo de Puzpach

germanico eius artis perito Absolutumq3 est mantue. *Sequitur Tabula* Quaestionum, *quae in penultima pagina desinit.*
In folio.. II. G. 6.

In duas columnas dividitur semi-gallo-francus character satis elegans hujusmodi editionis, et lineas 58. in quavis plena occupat; margines ampli nulla praediti sunt impressa nota. Initialibus adpingendis spatia Typographus reliquit, quae revera ab Illuminatore repleta fuere; charta spissa, alba et optime levigata est; et foliis 397. totum constat volumen. *Dux Ludovicus* obiit anno 1478. hinc eruditissimus *Leopoldus Camillus Volta* ad annum 1475. hanc editionem refert.

—— Tertia pars summae, *quae incipit sine titulo a verbis:* (Q) UIA SALvator nr̄ dn̄s iesus xps etc. etc. *Opere absoluto ad lineam xxxii. secundae columnae ultimi folii recti, nota haec typographica legitur, quatuor lineis distincta:* Finit feliciter tercia pars summe sācti Thome de aquino: impressa Tarvisy per magistrū michaelem manzolo de Parma Anno etc. M.CCCC.Lxxvi. *Post vacuam paginam,* Incipiunt tituli tercie ꝑtis summe sancti Thome de Aquino; *et ad calcem* : Explicit tabula sancti Thome de Aq̄no suꝑ ejus terciam partem.
In folio.. XIII. F. 17.

Editio raritatis est plane eximiae, a nobis primum excitata, quam illustriores Bibliographi ignorarunt. Quare eruditissimus *Affò*, qui in opere *Sulla Typografia Parmense del Secolo xv. pag. xxxix.* summo studio recenset editiones *Tarvisii* excusas a *Michaele Manzolo*, hanc nostram penitus omisit. Character est semi-gallo-francus, valde nitidus, ac idem omnino; quem laudatus Typographus adhibuit pro impressione operis *Francisci de Mayrone super lib. Sententiarum*, hoc eodem anno ibidem exarati. Lineae 52. in columna qualibet, ex duabus, quibus paginae conflantur, existunt. Custodes, foliorum numeri, et signaturae absunt; initialesque nonnisi a Miniculario pictae cernuntur. Foliis impressis 119. constat opus.

—— Exemplar alterum.. II. H. 10.

—— Alia editio, *cum* Supplemento tertiae partis Summae. *In summitate primae columnae legitur titulus.* Incipit tertia pars summe sācti Thome de Aq'no. Questio p'ma de cōveniētia incarnationis. *In fine notatur:* Explicit illud quod habetur de tertia p'te summe sancti Thome de Aquino ordinis fratrum predicatorum qui p'ventus morte eam perficere non potuit. Laus Deo. *Sequitur Tabula operis* S. Thomae, *quae folia quinque occupat; sextum in antica facie* Registrum cartarum 3. p'tis summe sancti Thome, *in postica nil refert expressum. Exinde* Supplementum *incipit a prima Quaestione, scilicet,* De partibus pnīe ī spāli: et p'mo de cōtritione. *Ad calcem integri operis excusa fuere sequentia verba:* Expliciunt additiones tertie p'tis Sūme sancti Thome de Aquino: d' ordine frat4 predicatorū. Impresse ductu ac impēdio providorū virorū Jo. de Colonia. Jo. q3 Mathen de Gheretzem sociorum anno salutis dominice. M.° cccc.° lxxviij.° p'die idus madij. Laus Deo. Registrū cartarū additionū *sequitur, quod excipit Tabula Quaestionum* Supplementi, *quinque plagulas occupans, excepta ultima pagina, quae est alba.*
In folio.. II. G. 22.

Columna duplex inest cuivis paginae gallo-francis plena characteribus, usque ad summam linearum 54. In superioribus marginibus notantur Quaestiones, in inferioribus signaturae; nec custodes, nec numerationem foliorum, nec aliud praeter notata in marginibus expressit Typographus. Initiales ut plurimum omittuntur, quas adjecit Miniculator; reliquae parvis supplentur elementis.

—— Alia editio, *cujus prima pagina continet haec verba, gallo-francis majoribus litteris excusa:* Tertia pars summe sancti Thome. *In secundo folio recto*, Incipit tertia pars summe sancti Thomi de Aquino: Questio prima de convenientia incarnationis. *Hac absoluta eadem conclusione, ut in praecedenti editione, sequitur* Supplementum; *quod desinit hac nota typographica:* Expliciunt additiones tertie partis Summe sancti Thome de Aquino de ordīe fratrum predicatorum: Impressa Venetijs ductu Boneti Locatelli. Impēdio vero Nobilis viri Octaviani Scoti Modoetiēsis. Anno Saluberrime redēptionis. MCCCCXCIII. Sexto Idus Quītilis. *Sequuntur versus:*

Genitori genitoq3 Laus et iubilatio
Salus honor virtus quoq3 sit et benedictio:
Procedenti ab utroq3. cōpar sit laudatio.
AMEN.

qui excipiuntur a Tabula Quaestionum, a Registro, et a signo Typographi.
In folio .... II. G. 23.

—— Exemplar alterum .... II. H. 12.

—— Alia editio, *quae sequentem titulum sibi habet praefixum in capite primae columnae:* Incipit Tertia pars beati Thome de Aquino ordinis pdicato4. *Ad calcem ejusdem legitur:* Tertia p's summe theologie Angelici doctoris Thome de Aquino ordinis pdicatorū per Anthoniū. Koberger in imp'iali civitate Nurnberg non sine exacta diligentia impressa: Anno incarnate deitatis. M.cccc.xcvj. die xv. mensis Januarij: finit feliciter. *Huic adcedit* Tabula sup Tertiā p'tem sancti Thome de Aquino ordinis predicato4.
In folio parvo .... II. H. 22.

—— Scriptum super lib. I. Sententiarum. *Priora duo folia occupant* Capitula primi libri Sententiarum. *In folio tertio* Incipit scriptū sancti Thome de Aquino ordinis predicato4 sup primo libro sentētiarum: cū textu singulis distinctionibus antepositis. *In fine ultimae distinctionis sequentia verba habentur:* Explicit scriptū sancti Thome de aquino ordīs predicatorū sup primo libro sentētiarū singulis distinctiōib' antepositis. Impressum Venetijs p magistrū Antoniū de strata Cremonēsem. Anno domini i486. die 21. Junij. *Adjectum est* Registrum cartarum hujus operis, *et* Tabula pmi scripti snīa4 scī Thome.
In folio parvo .... III. G. 11.

Duplici charactere impressum est opus; textus nimirum *Magistri Sententiarum* gallo-franco majusculo, *S. Thomae* vero *Expositio* minusculo. Litterae initiales parvae in expositione occurrunt, in textu omissae sunt. Custodes, et paginarum numeri desiderantur. Paginas, quae in duas sunt distinctae columnas, litteris signavit Typographus. Charta est alba admodum, ac laevigata. In superiori margine distinctionum numerus legitur adnotatus.

—— Scriptum in lib. II. Sententiarum. *Quatuor priora folia desunt in nostro exemplari, quae continent forsan titulum, Tabulam, et operis initium. Ad calcem ultimae distinctionis sequentia habentur:* Explicit scriptum Angelici doctoris sancti Thome aquinatis ordinis predicatorum in secundū sententia-

rum acuratissime (sic) emendatum : per venerabilem patrem fratrem Paulum Soncinatem ex eodem ordine sacrarum litterarum perspicacissimum baccalariū : Nec nō diligentissime revisum : p venerabilem patrē fratrē Marcū de Benevento ordinis sancti Benedicti Congregatiōis Celestino4 : artiū becalariū (sic). Impressum Bononie impensis Benedicti Hectoris bononiensis. Anno xpi M.cccclxxxxiiii. die. vigesimo septimo madii. Joane (sic) bentivolo scd'o reipu. Bononiensis habenas feliciter moderante. Laus Deo. *Deinde* Incipiunt tituli seu articuli secundi libri sententiarum, *quibus Typographi symbolum subjectum est.*
In folio parvo.. III. I. 16.

Impressum est hoc opus in duabus columnis, quarum utraque continet 65 lineas, praestante charta, et gallo-franco charactere, qui major est in textu *Magistri Sententiarum*, et minor in commentario *S. Thomae*. In marginibus nulli exhibentur custodes, nullique paginarum numeri : et initiales litterae parvae sunt adjectae.

—— Scriptum super lib. IV. Sententiarum. *In fronte operis legitur :* Sancti Thome de Aquino ordinis predicato4 super quarto libro sententia4 preclarum opus feliciter incipit. *Ultima* Distinctione *finita, legitur subnexum :* Opus pcla4 sacre pagine doctoris eximij sancti Thome de aquino super quartum sententia4 impendio Johannis de Colonia : Nicolai Jenson sociorūq3 summa cū diligētia Venetijs impssum finit. Anno salutis dñice. Mccccl xxxj. octavo calendas Julii. Laus deo. *His subjecta sunt Typographorum insignia, rubro colore expressa. Addita est* Tabula hujus libri *alphabetica, septem foliis comprehensa. Ultimi folii primam paginam* Registrum *occupat.*
In folio parvo.. III. G. 10.

Opus istud praeclarum 31. plagularum fasciculis, litteris, Arabicisque figuris signatis contentum, papyro albae admodum ac laevigatae in duabus columnis 66. linearum charactere gallo-franco, eoque nitidissimo impressum est. Quaelibet Distinctio in superiori margine est indicata. Desunt custodes, paginarum numeri, ac initiales litterae, quae suppletae cernuntur vario colore a Miniculatore, qui margines prioris paginae adfabre floribus, et gentilitio stemmate pictis ac deauratis exornavit, et in principe Operis littera ipsum S. Doctorem scribentem adpinxit.

—— Exemplar alterum.. III. G. 16.

—— Quaestiones de XII. Quodlibet. *Praecedunt* Tituli quaestionum de duodecim quodlibet Sancti thome de aquino. ordinis predicato4 S'm ordinē alphabeti assignati. Tituli *occupant septem folia, et in octavo recto* Questiones de quodlibet sancti Thome de aqno ordinis frat4 pdicato4 incipiunt felicit'. *Ad lineam X. ultimi folii aversi opus terminatur, et sequens habetur notitia :* Immensa dei clementia finitur Quodlibet. liber sancti Thome de Aquino ordinis fratrum predicato4 in eiusdemq3 gloriam compositus. Impssus Vlm per Johannē cziner de Rutlingen. Anno dñi. Millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto. Pro cui' consummatione Rex regū laudetur in secula benedictus Amen.
In folio parvo.. XIII. E. 13.

Meminerunt hujusmodi editionis *Quetif Tom. I. Script. Ord. Praedic. pag. 290. Maittairus Tom. IV. pag. 356.* et *Baur Tom. II. Suppl. Bibl. Univers.* qui eam rarissimam adpellant. Duae aliae hanc, teste *Quetif*, praecessere ; prima anno *1471. Coloniae* ex *Arnoldi ther Hoernen*, secunda ex *Andreae Frisner*, et *Joan. Sensenschmid* officina, *Norimbergae* anno *1474.* in lucem pro-

dierunt. Quaestiones istae, foliis 224 comprehensae, papyro firmae quidem, sed non albae admodum, gallo-franco typo crasso, qui in quavis integra pagina replet 34. lineas, impressae sunt. Lati margines carent signaturis, reclamantibus, et foliorum numeris. Initiales litterae ligno incisae, a Miniculatore illuminatae conspiciuntur.

—— Alia editio, *cui praeit* Registrum *in postica* pagina *folii primi*, *et in secundo recto* Incipiūt tituli q̃stionū de duodecim q̃d'libet sc̄i Thome de Aq̄no ordinis p̄dicato4 ūm ordinē alphabeti assignati. *Desinit haec Tabula in folio sexto recto*, *et post albam paginam*, *in folio septimo* Questiones de quodlibet sancti Thome de Aq̄no ordinis fratrum p̄dicato4 incipiūt feliciter. *Ad calcem:* Finit' q̃d'libet liber sancti Thome Venetijs imp̄ssus impensis Johānis de Colonia sociiq3 eius Johānis Manthen d' Gherretzem. 1476.

In 4.° .... I. B. 5.

Charactere gallo-franco rudi, et inaequali in duas columnas diviso, quarum quaelibet constat lineis 40., excusum est opus. Initiales typis minoribus expressae sunt. In superioribus marginibus *Quodlibeta* notantur, haud vero foliorum numeri; in inferioribus tantummodo signaturae visuntur instructae litteris, Arabicisque notis. Praesens editio parum obvia notatur a *Denis* in *Suppl. pag.* 69. et a *Rossi pag.* 48.

—— Exemplar alterum .... I. B. 6.

—— Alia editio. *Folium vacuum praecedit; sequitur Tabula quinque folia*, *excepta vacua pagina*, *complectens. Operi*, *quod exinde incipit*, *titulus praefigitur huiusmodi :* Questiones de quodlibet sancti Thome de Aquino ordinis fratrum predicatorū incipiunt feliciter. *Ad calcem*, FINIS. *legitur*, *ac deinde :* Finitur quodlibet sc̄i Thome venetjis impressus īpensis dn̄i Frācisci de madijs p' Hānibalē Parmēsem et Marinū saracenū sociusq3 (*sic*) ei' anno dn̄i. i486 die V.° ultimo mēsis madij.

In 4.° .... I. B. 7.

Excusa praesens editio est gallo-franco charactere, duabus columnis distincto. Initiales litteras parvis formis in quadratis spatiis impressas, majores reddidit Illuminator, colore modo rubro, modo caeruleo. Custodes, et numeri foliorum in nullo visuntur margine; superiores enim *Quodlibeta* tantum indicant, et inferiores signaturas, cum litteris, et Arabicis notis; ac tandem lineae 39. cuivis insunt columnae.

—— Exemplar alterum .... I. B. 17.

—— Exemplar tertium .... I. D. 19.

—— Alia editio, *cui deest in nostro exemplari primum folium. Volumen incipit a Tabula*, *quae duas plagulas occupat; hasque excipit initium operis*, *cujus titulus :* Questiões de quodlibet sancti Thome de Aquino ordinis fratrū predicato4 incipiunt feliciter. *Ad calcem*, *post verbum Finis*, *Typographus notavit:* Impressum Venetijs per Joannem et Gregorium de Gregorijs fratres. Anno Dn̄i. Mccccxxxxv. die iij. Septembris. *Huic subnectitur* Registrum.

In folio .... II. H. 15.

Typus hujusmodi editionis gallo-francus est, qui in duas columnas divisus, perficit in qualibet earum summam linearum 65. Initiales vel florentes ligneae, vel typis minoribus expressae sunt. In superioribus marginibus *Quodlibeta* notantur, et numeri foliorum: custodes existunt in inferioribus, et signaturae.

—— Alia editio. *Folia quinque praecedunt*, *Tabulam* quaestionum *complectentia*; *exinde incipiunt* quaestiones, *quarum titulus rubro colore ms. hic est* INCIPIV̄T QVODLIBETA. SCĪ. THOME. D̄. AQ̄. NO Ō. P̄. *Desinit opus integrum ad lineam 33. ultimi folii recti, hisce verbis:* beto videlicet tercio. q. xxiii. Et tātum de istis. Explicit. *Leguntur exinde antiqua manu, sequentia verba rubro colore conscripta:*

A. 1471.
M. Dm̄in. de fatisbonis
De snt°o. ō. p̄dicato4.

In folio.. XIII. G. 17.

Absque indiciis typographicis, *Romae* excusa praesens editio fuit, uti autumat *Audiffredus pag. 355.* nam idem omnino character in hac observatur, quo impressae fuere *Homiliae S. Johannis Chrysostomi an. 1470.* de qua editione ipse agit *pag. 70.* Editio revera magnifica, amplis marginibus, charta praestantissima, tam spissitate, quam albedine; typo rotundo conspicuo, sed paullo inaequaliter disposito, qui lineas 33. in pagina plena occupat. Plagulis 217. impressis opus constat signaturis, custodibus, et numeris plagularum destitutum. Initiales, et titulum adjecit Minicularius, qui in tribus exemplaribus, extantibus in hac Regia Bibliotheca, principes paginas, nec non margines floribus, aliisque variis ornamentis elegarter decoravit.

—— Exemplar alterum.. II. H. 3.
—— Exemplar tertium.. III. G. 24.

—— De veritate Catholicae fidei contra errores Gentilium lib. IV. *ex recognitione* Joannis Francisci Veneti, *et cum ejusdem Epistola ad* Marcum Barbum Cardinalem, *cujus inscriptio hoc pacto habetur:* Joannes Frāciscus venet' et theolog' ordīs p'dicato4 ad reverendissimū Barbū. D. Marcū Cardīalē sācti Marci. *Editoris Epistolae, quae occupat totam primam columnam primi folii aversi, (nam rectum vacat) cum dimidio secundae, proxime subnectuntur argumenta IV. librorum operis, quae alia quinque integra folia occupant. Opus autem ipsum in folio septimo recto initium sumit a titulo in summitate primae columnae praefixo:* Incipit liber de veritate catholice fidei cōtra errores gētiliū. Editus a fratre Thoma de Aquino: ordīs p'dicato4. Capl'm' primū p̄hemiū Quod sit officium sapientis. *Ad calcem verbum* FINIS *praecedit his verbis:*

IMPRESSIT CLARUS AC DILIGENTISS.
ARTIFEX ARNOLDUS PANNARTZ
NATIONE GERMANUS
IN DOMO VIRI NOBILIS
PETRI DE MAX. CIVIS ROMANI. Anno
INCARNATI VERBI. M. CCCCLXXV.
DIE VERO. XX. SEPTEN (sic)
SEDENTE. SIXTO IIII.

PONT. MAX. ANNO
EIUS
V.

In sequenti pagina, ultima scilicet voluminis, adest Registrum huius libri.
In folio.. XIII. G. 20.

Miratur in Epistola Dedicatoria hujus operis Editor, quod in sua tempestate tot aliorum Sanctorum, et Doctorum scripta jam typis vulgata fuissent, opera vero *S. Thomae* omissa fuerint: ait enim: *Plurimis itaque tum Sanctorum tum aliorum Doctorum libris professionem pene omnem per se ferentibus quasi e somno ingenua arte in lucem editis, mihi mirum visum est pariter, et indignum, quod divini doctoris Aquinatis Thomae praeclarissima volumina nebuloso huic, et rudi seculo permaxime necessaria omitterentur.* Sed quomodo id accipiendum sit eruditissimus *Audiffredus pag. 186.* non satis adsequi ingenue fatetur; quum editiones scriptorum *S. Thomae* jam plures extiterint anno 1475. Anno enim 1474. editum fuerat in ipsa urbe *Romae* per *Nicolaum Lucensem et Udalricum Gallum* praeclarum volumen *Secundae*, quod antea jam vulgatum fuerat *Argentorati 1466. et Moguntiae 1467.* ubi et biennio post, sive anno *1469.* lucem aspexit ejusdem *S. Doctoris Scriptum in iv. Sententiarum;* et anno *1471. Prima Secundae.* Anno autem *1470. Sweynheym* et *Pannartzius* impressere *Romae Continuum S. Thomae;* et sub eumdem annum *Georgius Laver* evulgavit ejusdem *Quodlibeta.* Hoc ipsum opus contra *Gentiles*, si fides habenda sit *PP. Quetif*, et *Echard* vulgatum fuit in ipsis incunabulis typographiae, ut mirum videatur Editorem nostrum scribere potuisse, praeclara volumina *S. Thomae* ante se neglecta fuisse, seu praelis non fuisse supposita. Porro de hac nostra forsan error irrepsit in *Catal Pinnellianum num. 944.* ubi legitur librum hunc *Romae prodiisse anno 1476.* Constat hoc opus 299. plagulis impressis typo rotundo quidem, sed rudi, et inaequali, qui in duas columnas dispescitur, habita cujusvis paginae ratione; et in qualibet columna 42 lineae visuntur: charta albedine praestans est: custodes, initiales, foliorum numeri, et signaturae nullo pacto notantur.

—— Alia editio. *In folio primo averso* Incipit tabula capl'o4 etc. etc. *et in secundo recto* Incipit liber primus de veritate catolice fidei ɔ errores gentilium: editus a venerabile fratre Thoma de Aq'no d' ordine fr'm p'dicato4 doctore egregio. *In fine operis Typothetae cura haec fuere impressa*: Divinum opus errores in omnes gentilium atq3 hereticorum: christianam fidem suis argumentis impugnantium: Divi Thome acquinatis (sic) predicatorum. Petrus Cantianus venetus: theologus patavinus: eiusdem professionis religiosus emendavit (sic) castigavitq3. Impressum vero dedit. vir prestantissimus Nicolaus Jenson gallicus. florente Re. prin. Venetorum. Joannē Mozenigo duce. Anno salutis. Mccccl xxx. ydibus Juniis. Venetijs feliciter. *In penultima pagina extat Correctoris Epistola, quae incipit:* Reverendissimo patri. dño petro frigerio veneto theologo Excellentissimo Archiepiscopo. Corkirēsi ordinis predicatorum. Frater Petrus albus sancti canciani venetus: inter Reverendos theologos patavinos minimus eiusdem professionis. S. P. D. *In hac epistola (cujus postrema verba hic referre libet, quae ad Typographi commendationem praecipue spectant) loquitur* Petrus *de labore in hoc scripto emendando ope codd. mss. et consilio doctorum virorum, ait enim:* Eam insuper correctionem novam Nicolaus Jenson Gallicus vir imprimis catholicus: erga omnes gratus: beneficus: liberalis: verax: constans: pulchritudine: magnitudine: fidelitateq3 imprimendi: in toto terrarum orbe: pace omnium dixerim: primus: mira etiam celeritate: nostra hac tēpestate veluti: singulare munus celeste: nobis ĩpresũ venetiis dedit. Anno salutis. Mccccl xxx. ydibus Junij feliciter. Vale. *Post vacuam paginam habetur* Registrum.

In folio parvo.. II. G. 24.

Character gallo-francus hujus voluminis in duas columnas dividitur, et quaevis columna in 55. lineas. Superiores margines libros operis indicant; inferiores sunt praeditae signaturis cum litteris, et Arabicis numeris: custodes tamen, plagularum numeri desiderantur, nec non initiales, quae a Miniculatore sunt suppletae, qui primam operis litteram floribus, auro, coloribusque decoravit.

—— Alia editio. *In aversa pagina folii primi* Incipit tabula etc. etc. *quae priora sex folia occupat. In folio septimo* Incipit liber p'm' de v'irate catholice fidei c̄ errores gētiliū. editus a venerabile (sic) frē Thoma de Aq'no de ordine fratrum predicato4 doctore egregio. *Ad calcem operis:* Explicit q̄rt' liber et totalis tractatus de vitate (sic) catholice fidei c̄ errores gentiliū. edit' a venerabili frā Thoma de Aq'no ordīs fratr4 ꝓdicato4 doctore egregio. Impssus Venetijs ꝑ Franciscū Hailbrun et Nicolaū de frankfordia socios. Laus deo.
In 4.°.. I. D. 9.

Inter editiones hujus operis a *Quaetif* recensitas, haec non invenitur, et perpauci Bibliographi de ea mentionem fecerunt, ex quo insignis ejusdem raritas elucescit. Deest nota chronologica, sed inter annos 1470-1475. typis opus hoc fuisse commissum, inde suspicari licet, quod *Maittairus Tom. iv. pag.* 220. tantum usque ad annum istum hos duos viros typographicam simul exercuisse artem, ostendat. Opus in duabus columnis, papyro albae admodum, ac firmae; charactere gallo-franco, nitidoque impressum folia 285. complectitur. Columnae singulae potissimum 42. exhibent lineas. Initiales litteras adpinxit Miniculator; reclamantes, signaturae, et paginarum numeri desiderantur.

—— Exemplar alterum.. I. D. 10.
—— Summa de articulis fidei, et Ecclesiae Sacramentis. *Praeit titulus in summitate primae paginae:* Incipit Summa edita a Sancto Thoma de Aquino de articulis fidei et ecclesiae Sacramentis. *Ad lineam xix. folii recti xxii. post verbum* Amen, *subjungitur*: Explicit summa edita a sancto Thoma d' Aq̄no de articul' fidei et eccl'ie sacramētis. Anno Jubilei. MCCCCLXXV.
In 4.° parvo.. XIII. D. 18.

Romanam esse hanc editionem, non indicato insuper Typographo, censent *Audiffredus, pag. 444.* et *Denisius pag. 56.* qui eam tribuunt *Johanni Scherener de Bopardia*, quod reapse produnt ejusdem rudiusculi characteres, qui lineas 25. metiuntur in paginis; initiales litterae desunt, et spatia tantum extant. Plagulis 22. constat libellus absque signaturis, custodibus, et numeratione.

—— Exemplar alterum.. XIII. D. 27.
—— Alia editio, *cui praefigitur titulus:*

Incipit summa edita a sancto Thoma de Aqui
no de articulis fidei: et ecclesie sacramentis

Terminatur ad lineam iv. folii xii. recti verbo, Finis.
In 4.° parvo.. XIII. D. 32.

Editio est charactere gallo-franco *Stephani Plannk*, sine signaturis, reclamantibus, et plagularum numeris. Lineae 33. numerantur in paginis plenis, et pro initialibus spatia tantum occurrunt. Praesens editio latuit Bibliographis, et ab *Audiffredo* memoratur in *Supplemento pag. 48.*

—— Alia editio, *in qua opusculum sub nomine* Tractatus ad Archiepiscc-

pum Panormitanum *directum, in duo dividitur; quum opus* de Sacramentis *separetur a* Tractatu de Articulis fidei. Mediolani 1488. *Vide* Opuscula, *infra describenda.*

—— Alia editio, *in qua opusculum unicum censetur, ut in superioribus Romanis descriptis.* Venetiis 1498. *Vide* Opuscula.

—— Quaestiones de Veritate. *Postica pagina folii primi in prima columna continet Epistolam Nuncupatoriām ejusdem Editoris, qui superiori anno curavit editionem operis contra* Gentiles, *quam supra notavimus; eidemque dicavit Mecoenati; is enim est titulus praefixus:* Joannes Franciscus Venetus et theologus ad Reverendissimū. D. Marcū Barbū Cardinalē sancti Marci. *Sequitur deinde* Tabula huius libri, *trium foliorum; post quam incipit opus ipsum, quod desinit in folio recto, ad cuius calcem, post verbum* FINIS, *legitur sequens subscriptio:*

> IMPRESSIT ROME INGENIOSVS VIR ARNOL
> DVS PANNARTZ NATIONE GERMANVS IN DO
> MO CLARI CIVIS PETRI DE MAX. ANNO INCAR
> TI (sic) VERBI. MCCCCLXXVI. DIE VIGESIMO MENSIS
> JANVARII. SEDENTE. SIXTO IIII. PONT. Maxi.
> ANNO EIVS. V.

Eodem autem folio averso habetur Registrum huius libri.
In folio parvo.. XIII. F. 7.

Excusum est hoc praeclarum opus eodem minori charactere rudi, et inaequali, quo opus *contra Gentiles*, superius notatum. Is character in duas columnas divisus; lineas 42. complectitur in qualibet earum. Charta albedine micat, sed in marginibus nullo pacto observantur signaturae, custodes, foliorum numeri, et initiales, pro quibus spatia tantum extant.

—— Exemplar alterum .... II. H. 1.

—— Postilla in Job. *Nullus materiarum Index inest, saltem huic nostro exemplari, in principio. Opus a Praefatione initium sumit, cuius titulus:* Postilla fratris thome de aquino In job feliciter incipit, *quae in aversa folii primi pagina terminatur, ad lineam xvii. Sequitur protinus:* Capitulū primū. *Opus in 42. capitula divisum est; et capitulo xlii. absoluto in folio recto ciii. ad lineam xvii. legitur sequens typographica notitia:*

> Explicit postilla in job fratris thome de aquino Anno millesimo quadrigentesimo septuagesimo q̄rto. per discretum Conradum fyner d' gerhussen artis impressorie magistrum.

In folio parvo.. XIII. E. 7.

Sine loci notitia; ast cum *Conradum Fyner* solum *Eslingae* prelum habuisse constet; hoc opus ibidem impressum fuisse haud dubitandum erit. Hac de editione oppido rara nec *Maittairus*, nec quamplurimi alii magni nominis Bibliographi mentionem fecerunt. Opus hoc, foliis 103.

constans, charactere gallo-franco impressum, caret signaturis, reclamantibus, paginarum numeris, et litteris initialibus, quae rubro adpictae sunt colore. Charta est quidem firma, sed minus alba, et polita; ac tandem lineae 42. in quavis pagina integra numerantur.

—— Catena in IV. Evangelia *ex recensione* Jo. Andreae Episcopi. *Praeit* Continuum in librum Evangelii, secundum Matthaeum, et Marcum. *Titulus praefixus hic est*: Divi Thome Aquinatis continuum in lib4 Evangelii Scd'm Matthеū. *Haec verba sequitur S. Doctoris Epistola ad* Urbanum IV. P. M. *cui primum dicavit librum; hanc excipit in averso folio ad lineam XI. ejusdem Praefatio, quae terminatur in fine folii tertii recti; et protinus in postica pagina primum* Glossae in Mattheum *capitulum inchoatur. In ultimo folio averso* Incipiunt Capitula Evangelii Matthei per ordinem. *Succedunt duo alia folia, in quibus notatae sunt lectiones eiusdem Evangelii, quae vertente anno leguntur; hae vero lectiones non occupant nisi totum primum folium, et lineas* 25. *secundi. Post duo alia folia alba incipit* Continuum in librum Evangelii secundum Marcum, *cui nullus praescriptus est titulus; praeit tamen S. Doctoris Epistola dedicatoria* Reverendo in xpo patri dño Anibaldo: Basilice. XII. Apostolorum venerabili presbytero cardinali etc. etc., *quae ad lineam XXIX. ejusdem paginae terminatur, et incipit protinus* Glossa in S. Marcum. *Hac absoluta legitur subscriptio:*

Aspicis illustris lector etc. etc.

. . . .

Conradus suueynheym: Arnoldus pannartzque magistri
Rome impresserunt talia Multa simul.
Petrus cum fratre Francisco Maximus ambo
Huic operi aptatam contribuere domum.
M. CCCC. LXX.

Post hanc subscriptionem in sequenti folio occurrit Tabula lectionum S. Marci, *haec vero Tabula constat lineis* 22. *Sequitur* Super Evangelio Sancti Luce continuum Sancti Thome. *In calce;*

Recognitum Rome a Jo. Andrea. Epo Alerieñ. et
absolutū Die decima Octobris. M. CCCC. LXX.
LECTOR VALE

Adcedit: Beati Thome Aquinatis Continuum in Evangelium Sancti Johannis. *In his tribus continuis nulla habetur Tabula argumentorum capitum Evangeliorum, quemadmodum in* continuum in Matthaeum. *Absoluto* Continuo in Evangelium Johannis, *incipit Tabula lectionum* Evangelii Lucae; *eique subjungitur tabula lectionum* Johannis, *in qua duae Tabulae per modum unius impressae sunt. Ad calcem hujus extat sequens subscriptio:*

Jo. Andreas Epus
Alerieñ recognovit.
Impssū Rome opus in domo Petri et Francisci de Maximis
Juxta campum Flore : presidentibus magistris Conrado
Suueynheym et Arnoldo pānartz Anno dominici natalis
M. CCCC. LXX. die VII. decēbris S. D. N. Domini
Pauli. II. Veneti Pont. Max. Anno. VII.
Vrbe et Ecclesia florente.

In folio magno; volumina 4.° .... XIII. H. 16-19.

Editio princeps hujus operis, cujus typus elegantissimus rotundus praestanti chartae imprimitur. Desunt custodes, signaturae, et foliorum numeri. Lineis 46. paginae instructae sunt; initiales litterae deerant, sed Miniculator eas vel rubro, vel caeruleo colore supplevit; ac insuper primas IV. voluminum paginas picturis auro, coloribusque fulgentibus exornavit.

—— Exemplar alterum, *duobus voluminibus compactum, pari ornatu decoratum* .... XIII. G. 12-13.

—— Alia editio. *In prima folii primi columna, sine titulo, seu inscriptione.* Divi Thome aquinatis continui in librum evangelij s'm mattheum *ad* Urbanum IV. incipit. *Caetera, ut in praecedenti editione. Ad calcem:* Beati Thome Aquinatis Continuū in quatuor evangelistas finit feliciter: magna cura diligentiaq3 emendatū atq3 correctum: impressum Venetiis impensa ingenioq3 Andree de asula et Thome de alexandria sociorum Anno dñici natalis. M. CCCCLXXXVI. XV. Kl's maij. *His adcedit* Registrum.
In folio .... II. H. 2.

Duplici charactere gallo-franco, in duabus columnis, quarum quaelibet 69. lineas exhibet, hoc opus impressum est: Textus Evangeliorum majusculo; catena vero, seu expositio, minori. In superiori margine potissimum Evangelistae nomen, et capitis numerus adnotatus adspicitur. Signaturae observantur, haud vero foliorum numeri, custodes, et initiales.

—— Exemplar alterum.................................... II. H. 7.
—— Exemplar tertium .... II. H. 16.

—— Alia editio, *quae praecedenti admodum similis est, paucis tantum exceptis; nempe litteris initialibus, quae in hac xylographicae sunt; custodibus, et foliorum numeris extantibus proprio loco; et nota typographica, quae sic habetur:* Beati Thome Aquinatis Continum (sic) in quattuuor (sic) evangelistas finit feliciter: magna cura diligentiaq3 emeneatum (sic) atq3 correctum: impressum venetiis arte ingenioq3 Boneti locatelli impensa nobilis viri Octaviani scoti modictiensis (sic) 1493. pridie nonas iuniarum (sic). *Subnectuntur* Registrum, *et notum signum* Octaviani Scoti.
In folio .... II. H. 8.

—— Alia editio, *in qua idem opus diverso ordine dispositum est, uti eruitur ex verbis, quae in prima voluminis pagina impressa extant; legitur nempe:*

Catena aurea angelici diviniq3 doctoris. Sancti Thome de aquino Sacri or-

dinis praedicatorū nuper redacta super oīa evangelia dominicalia et ferialia: nec non super quedā de Sanctis. Per religiosum Patrē fratrē Petrū de Vincentia Sacri eiusdem ordinis in alma venetiarum civitate.

Innocētius Papa. In sermone: Ecce plusq̄ Salomon hic. De doctore Thoma de aquino. Sic dicit.

Huius Doctoris sapiētia Pre ceteris. Excepta canonica. Habet. proprietatem verborum. Modum dicendorum. Veritatem sententiarū. Ita ut nunq̄ qui eum īveniatur A tramite Veritatis Deviasse: Et qui eū impugnavit. Semper fuit. De veritate. Suspectus.

In prima columna aversae paginae incipit Confirmatio et approbatio doctrine sancti doctoris Thome de aquino ordinis predicatorum, *quam in secunda columna ejusdem paginae excipit* Epistola universitatis parisiēsis in favorem doctrine sancti doctoris, *quae desinit in secunda columna folii secundi recti. In postica pagina habetur* Proemium āgelici doctoris sancti Thome de aquino Sacri ordinis predicatorū ad Urbanū papam quartum. In librum quattuor evangelistarum, *quod sequitur Praefatio in ipsum opus, cui adcedit* Auctoris libelli Proemium.[1] *In folio quinto recto a titulo in summitate primae columnae hoc pacto praefixo initium sumit* Opus aureū āgelici doctoris Sācti Thome de aq'no. Sacri ordinis. Fratrum praedicatorum super evangelia dominicalia et ferialia. A Dominica in lxx. (sic) usq3 ad dominicam pasce (sic) inclusive secundum consuetudinem eiusdem ordinis. *Secunda pars incipit* A dominica prima post octavam pasce usq3 ad dominicam in lxx. exclusive: *Exinde* sequitur pars tertia scilicet de quibusdam festivitatibus sanctorum. *Ad calcem hujus sequentia verba habentur:* Catena aurea angelici doctoris Sancti Thome de aq'no Sacri ordinis predicatorum. Diligēter. Fideliterq3 nuper redacta labore non modico super omnia evangelia dominicalia et ferialia: ac etiam super quedam evangelia de sanctis. Per Religiosum Patrem. Fratrem. Petrum de Vincentia. Sacri eiusdem ordinis. Quam vir hac in arte imprimendi singularis. Joānēs rubeus vercellensis. Miro modo. Admirabiliq3 ingenio his nostris temporibus: uti quoddam singulare munus celeste nobis impressum. In Alma Venetiarum civitate. benedicti a fonte impensis dedit. Anno dominice salutis. M. cccc. lxxxxiiij. xxviiij. Aplis. *Denuo imprimitur eadem* Innocentii Papae *attestatio, quam vidimus in prima pagina; quaeque reperitur etiam in fine primae, et secundae partis.*

In 4.° .... I. B. 12.

—— Exemplar alterum .... I. B. 14.

—— Sancti Thome de Aquino super epistolas Sancti Pauli Cōmentaria preclarissima. Cum Tabula ordinatissima. *Laudata verba majoribus gallo-francis elementis excusa cernuntur in prima voluminis pagina. Tabula ipsa incipit in postica facie, et desinit in averso folio xii. In folio xiii.* Angelici Doctoris Sancti Thome de aquīo in Epistolas Sancti Pauli. Cōmentaria Feliciter incipiunt. *Ad calcem:* Finit explanatio sancti Thome de Aquino ordīs frat4 predicato4 in omnes epl'as beati Pauli apl'i: caracteribus Boneti Locatelli Bergomensis impssa: Ductu vō et impensis Nobilis Viri Dñi Octaviani Scoti Civis Modoetiensis in medium data. Anno a partu virginis salutifero millesimo quadrigentesimo nonage-

simo octavo. Die vo vigesima secūda mēsis decēbris. In īclita Urbe Venetia4 Augustini Barbadici ducis invictissimi Tempestate. *In ultima pagina occurrunt* Registrum, *et Typographi signum*.................................. II. H. 17.

—— Opuscula. *Praeit prolixa Epistola prooemialis, cum inscriptione:* Ad reverendissimū in Christo patrem: et Illustrissimum D. Dn̄m Ascanium Mariam: Sphortiam vicecomitem Tituli Sancti viti Diaconum Cardinalem. ac dignissimū bononie legatum apostolicum › Fratris Pauli soncinatis ordinis praedicatorum vite regularis: in opuscula. Divi Thome aquinatis eiusdem ordinis prohoemialis epistola. *Haec in tertio folio recto desinit, et post vacuam paginam:* Incipiunt preclarissima opuscula Divi Thome aq'natis sacri ordinis predicatorū: in quibus omnis ph'ie et divina4 scripturarū theoremata ē ꝯplexus. Prīo aūt ad regē Cipri de regimine prīcipū. sapientissime scribit. *Ad calcem postremi opusculi, scilicet* De natura loci, *typographica notitia hujusmodi exprimitur:* Expliciūt p'clarissima opuscl'a divi thome aq'natis sacri ordīs p'dicato4 maxīa cū diligētia castigata p̄ fr'em Paulū sōcinatē ei'dē ordīs vite regl'aris p'fessorē ml'i īp'ssa p̄ magr'os Benignū et Joh'. antoniū fr'es d'bonate anno salutifere nativitatīs mccclxxxviij. (*sic omisso uno C.*) *In sequenti pagina* Tabula opusculorū *extat, in qua tituli breviter, ac nonnunquam paulo diverse exprimuntur ab illis, qui* Opusculis *praefiguntur. Illam referre opere pretium est, sed pro verbis, quibus ordo* Opusculorum, *sive numeri notantur, Romanis notis utar.*

De regimine principū.	Opus I.
Contra errores grecorū.	Opus II.
Compendium theologie.	Opus III.
Expositio or'onis dominice.	Opus IV.
Expositio salutationis ang.	Opus V.
Expositio symboli apl'orum.	Opus VI.
Declaratio quorumdam articulorum contra armenos et sarracenos.	Opus VII.
De decē p'ceptis et lege amoris.	Opus VIII.
De articulis fidei.	Opus IX.
De ecclesie sacramentis.	Opus X.
Questōes ī Boetiū D' trinitate.	Opus XI.
Scriptū sr' Boetio de ebdōadib'.	Opus XII.
De angel' sive sb'ijs sep'atis.	Opus XIII.
De unitate ītellect' c̄ averroystas.	Opus XIV.
De regimine iudeorum.	Opus XV.
De forma absolutionis.	Opus XVI.
Expositio prime decretalis.	Opus XVII.
Expositio secunde decretalis.	Opus XVIII.
De sortibus.	Opus XIX.
De iudiciis astrorum.	*Ista duo opuscula carent nu-*
De eternitate mundi.	*mero suo.*
Contra impugnantes religionem et dei cultum.	Opus XX.

In hoc indice notandum est Typographi sphalma, nam pro opusculo Contra doctrinam retrahentium homines a Religionis ingressu, *quod* XXI. *est, ob omissionem numeri in duobus opusculis, quae ab eodem Typographo notantur, illud sub titulo* de perfectione Christianae Religionis *refertur, quod nullo pacto in volumine existit. Operis Registrum in antica facie postremi folii continetur, nil in postica excuditur.*

In folio.. II. H. 19.

Typus hujusmodi editionis gallo-francus non inelegans duas implet in paginis quibusvis columnas. Signaturarum ordo exprimitur litteris, notisque Arabicis. Initiales, ut plurimum, typis minoribus notantur, nam desunt interdum; sed Miniculator vel eas majores reddidit, vel supplevit colore ru-

bro; neque desunt foliorum numeri, et custodes, qui in nulla pagina conspiciuntur. Titulus, et numerus cujuslibet opusculi notantur id superioribus marginibus; et lineae 60. columnas integras implent.

—— Exemplar alterum, *in quo haud reperitur omissio centenarii* C. *in nota chronologica, uti in praecedenti*........................... II. E. 9.

—— Alia editio, *in qua* Tabula omnium opusculorum, (*diverso ordine digestorum, quam in praecedenti*) *in aversa pagina folii primi conspicitur, nam prima vacua est. In folio secundo recto incipit:* Antonij pizamani patricij veneti doctoris clarissimi in divi Thome aquinatis vitam prefatio ad Augustinum barbadicum veneto4 pncipem illustrissimum. Legenda sancti Thome, *et ejusdem S. Doctoris* Officium *terminantur in secunda columna folii* XII., *et protinus in sequenti pagina legitur*: Antonij Pizamani Patricij veneti doctoris clarissimi in divi Thome Aquinatis opuscula pfatio ad Reverendissimū in christi patrem dn̄m dn̄m nicolaū francum Tarvisinum episcopū ac legatū apostolicum *In folio* XIII. Incipiūt preclarissima opuscula divi Thome aquinatis sacri ordinis pdicato4 in quibus oīs phy'e et divina4 scriptura4 theoremata est cōplexus. Primo aūt ad Urbanū quartū pōtificem maximum ɔtra errores graecorum sapientissime scribit. *In fine sequentia habentur :* Expliciunt pclarissima opuscula eximij ac divini doctoris sancti Thome de aquino ordinis fratrum pdicato4 q3 diligētissime emēdata atq3 correcta. Et impressa Venetijs ingenio ac impēsa Hermanni lichtenstein Coloniēsis. Anno salutis. Mcccc. xc. vij. Idus septembris Augustino barbadico Venetiarum principe illustrissimo existente. Laus deo. *Additus est alphabeticus materiarum Index, cui subnexum est chartarum* Registrum. In folio parvo.. I. D. 7.

Plagularum fasciculi, litteris signati, 51. in hoc volumine numerantur. Pagina quaevis in duas est distincta columnas gallo-franci characteris refertas. Initiales litteras parvas adjecit Typographus. Paginarum numeri nulli conspiciuntur, nullique custodes.

—— Exemplar alterum...................................... I. D. 2.
—— Exemplar tertium...................................... I. D. 3.
—— Alia editio, *cujus prima pagina sequentia verba continet, gallo-francis majoribus litteris excusa:*

Opuscula Sancti Thome : quibus alias impressis nuper hec addimus. v3.
Summā totius logice.
Tractatum celeberrimum de usuris nusq3 alias impressum.

Caetera uti in praecedenti editione. Ad calcem Tabulae alphabeticae extat nota typographica, scilicet: Impressum Venetiis mandato et expēsis Nobilis Viri Dn̄i Octaviani Scoti Civis Modoetiensis. Cura et ingenio Boneti Locatelli Bergomēsis. ii.° Kal'. Januarias 1498. *His subnectuntur signum Typographi, et* Registrum.
In folio .... III. G. 9.
—— Exemplar alterum .... II. H. 4.

—— Exemplar tertium .... II. H. 5.
—— Exemplar quartum .... II. H. 9.
—— Exemplar quintum .... II. H. 14.

—— Logica sancti thome de aquino: *Laudata verba occurrunt in prima pagina, et in secunda legitur Nuncupatoria Epistola, qua* Hieronimus Monopolitanus Theologo4 minimus ordinis pdicatorum Antonio Pizamano Patricio Veneto et Arciū doctori Celeberrimo. S. D. P. *In prima columna folii secundi incipit.* Divi Thome Aqnatis Ordinis Predicatorum Totius Logice Aristotelis summa. *Hac absoluta, legitur post verbum,* FINIS., *sequens nota typographica:* Impressum Venetijs per Symonē dictū Bivilaqua Papiensem. Anno. M.cccclxxxxvj. die. xx. Maij.
In 4.° .... VIII. B. 68.
—— Alia editio. *Vide* Opuscula .... III. C. 9.

—— Cōmētaria divi Thome Aquinatis.
Ordinis predicato4 ī libros perihermenias et posteriorum Aristotelis et
eiusdē fallacia4 opus.
Qōnes magistri dominici de Flādria
eiusdē ordinis in libros posteriorum
Aristotelis. et in fallacias sancti Thome de Aquino.

Laudata verba in prima pagina pingui gallo-franco charactere expressā leguntur. In summitate primae paginae impressae, quae secunda est voluminis, occurrit Tabula xylographica, exhibens S. Thomam *in cathedra sedentem, habitu Dominicano indutum, pectore irradiato, coram auditoribus disputantem. Subnectitur textui* Aristotelis *titulus, nempe:* Aristotelis Stragyrite peripatheticorum principis textus primi libri Perihermenias. *Ad calcem secundi libri:* Expliciunt preclarissima cōmentaria : divi Thome aquinatis sacri ordinis predicatorum : in libros perihermenias Aristotelis completa per fratrem Thomam de vio Caietanum sacre theologie : ac eiusdem ordinis professorem ab eo loco ubi prefatus doctor sanctus Thomas morte preoccupatus desiit cōmuni (*sic, forsan* commentari) : terrenis ac tēporalibus in eterna et celestia cōmutatis feliciter. Amen. *Secundo opusculo praefigitur titulus :* Aristotelis stragyrite : peripatheticо4 principis : Textus primi libri posteriorum Analethycorum. *Post textus verba, incipiunt* divi Thome Aquinatis sacri ordinis predicatorum : in primum librum posteriorum Analethycorū Aristotelis : preclarissima Cōmētaria , *quae desinunt hac conclusione :* Expliciūt preclarissima omentaria divi Thome aquinatis sacri ordinis predicato4 in libros posteriorum Analeticorum Aristotelis. *Exinde:* Clarissimi Artium et sacre theologie doctoris fratris Dominici de flandria sacri ordinis fratrum predicatorum in cōmentaria divi Thome de aquino super libris Posteriorū analeticorū Aristotelis ad fratrem Ambrosium de Alemania eiusdem ordinis questiones perutiles feliciter incipiunt. *Terminantur verbis :* Expliciunt

perutiles questiões fratris Dominici de flandria ordinis predicatorum sacrarum litterarum eximii professoris in secundum librū posteriorū analeticorū Aristo. sm̄ ordinem lectionū divi Thome aquinatis eiusdem Ordinis totius ecclesie luminis ac splēdoris. Amen. *Adcedit* Tabula qōnum et articulo4 pn̄tis operis, *qua absoluta, protinus* Incipit opusculum insigne divi Thome aquinatis ordinis predicatorum nutu quorumdam nobilium ab ipso editum. Quod ad sophisticas argumentationes dissolvendas plurium suffragatur. *In fine:* Explicit preclarum opusculum fallaciarum divi Thome Aquinatis sacri ordinis predicatorum: nec non et commentaria eiusdem in libros posteriorum, et perihermenias Aristotelis: summa cum diligentia castigata per quēdam fratrem eiusdem ordinis vite regularis professorem. Deo gratias. *Ultimum opusculum titulum praesefert:* Clarissimi Artium, et sacre theologie doctoris fratris dn̄ici de flandria sacri ordinis predicato4 in divi thome aquinatis fallaciarum opus perutile questiones incipiunt. *Harum ad calcem legitur Privilegium a Typographo obtentum a* Senatu Veneto *pro huius operis impressione, deinde:* Incipit Tabula questionum magistri Dominici de Flandria super fallaciis sancti Thome aquinatis, *quae hanc notitiam typographicam ad calcem habet:* Impresse (sic) sunt hec opera per Otinū Papiensem. Anno Domini. M. CCCCXC VI. die XXVIII. Septembris. *In ultima pagina occurrit* Registrum huius operis, *cui subnexa cernitur imago lignea* Gabrielem Archangelum *exhibens*.

In folio .... VIII. E. 5.

Sine loci indicatione, sed *Venetiis*, ubi *Otinus de luna*, *Papiensis*, impressit, uti evincitur etiam e privilegio supra notato. In hoc opere Textus *Aristotelis* inter commentarii sectiones locum obtinet; lineasque 72. Expositionis typus complectitur, qui gallo-francus est, sed minor est eo, qui in textu occurrit. Adsunt signaturae, litteris Arabicisque numeris expressae; custodes, foliorum numeri, et litterae initiales, pro quibus spatia tantum extant, nullo pacto reperiuntur.

—— Alia editio operis Fallaciarum. *In summitate columnae primae* Incipit preclarum opusculum fallaciarū scī Thome qd' ad instantiā quorūdam nobiliū fecit. Sine quo evadere sophisticas argutias hn̄ poterit nemo. *Ad calcem*: Impressus est Venetiis per Bernardinum de choris de Cremona, et Simonē deluero die 7. mensis novēbris. 1489. *Adcedit* Registrum.

In folio *Extat cum* Mayrone .... VIII. E. 28.

—— Exemplar alterum .... VIII. E. 45.

—— Commentaria in libros physicorum Aristotelis. *In prima columna statim adparet titulus operi praefixus, rubro colore expressus:* Cōmētū Angelici ac subtilissimi doctoris sancti Thome de aq̄no almi p̄dicato4 ordīs in libros phīsico4 Ar. Lect. p̄ma. *In fine Excusor addidit:* Explicit comentum editū ab eruditissimo ac subtilissimo sacre theologie magistro ac divo thoma de aq̄no sacri p̄dicatorum ordinis. Anno incarnationis i. 4. 80. *In penultima pagina adest* Registrum.

In folio parvo .... VIII. C. 28.

Sine loci indicatione, ac Typographi nomine; sed *Venetiis* praesentem editionem fuisse excusam autumant *Maittairus pag. 414. Seemiller Fasc. II. pag. 51.* Gallo-francus est character, qui lineas 48. in qualibet ex duabus columnis paginarum implet. Initiales vel minoribus litteris, vel spatiis tan-

tum indicantur; in superioribus marginibus liber, qui in subjectis paginis exponitur, notatur; custodes, et foliorum numeri omnino desunt.

—— Alia editio, *in qua textus* Aristotelis *occurrit. In prima pagina legitur:* Commentaria sancti thome super libros physico4. *In averso folio exculitur initium Epistolae Nuncupatoriae, cum epigraphe*: Ad reverendū doctissimūq3 virum dominū dominicū Grimanū patriciū venetū protonotarium Apostolicum; fratris theophili Cremonensis sacri ordinis praedicatorum vitae regularis congregationis lumbardiae pro singulari impressione omnium cōmentariorum divi thomae in aristotelis libros aquinatis ejusdem ordinis proemialis epistola; *quae absolvitur in quarta pagina; dataq3 est* Venetiis nono chalendas februarias. M. ccccIxxxxij. *Opus incipit in pagina quinta a textu, cujus titulus rubro colore excusus:* Aristotelis stagyrite peripatetico4 principis de physico auditu text⁹ libri primi. *Titulus Commentarii pariter rubro colore exprimitur, sed minori typo:* Divi Thome aquinatis sacri ordinis predicato4 Aristotelis clarissimi ac fidissimi cōmentatoris: in primū librū physicorū preclarissima cōmentaria. Lectio prima. *Ad calcem legitur:* Expliciunt preclarissima cōmentaria divi Thome Aquinatis ordinis predicatorum Aristotelis fidissimi cōmentatoris in viii. libros physicorum correctioni cum ipsis textibus q3. diligētissime tradita: sūmoq3 studio singulariter ordinata per frēm Theophilum cremonēsem. Impressa vero in inclita venetiar⁹ urbe per Joānem et Gregoriuū (sic) de Gregoriis fratres. Anno a nativitate dñi M. cccc. lxxxxij. vij. idus mai. *Registrum in sequenti pagina occurrit, et Typographi signum, alibi notatum. Tandem errorum correctiones in penultima pagina adparent.*
In folio parvo.. VIII. E. 1.

Majori, et minori charactere impressum est opus duplici columna. Lineas 70. Commentarii character in columnis integris occupat; signaturae litteris, Romanisque numeris adsunt, nec non foliorum numeri; custodes autem nullo pacto reperiuntur; initiales parvae occurrunt; litterae in ora marginis superiori libros indicant, in lateralibus vero Commentarii sectiones, quibus textus inseritur.

—— Expositio Aristotelis librorum de Coelo, et mundo. *Opus in secundo folio recto incipit (nam primum vacat) et eidem praenotatur hujusmodi inscriptio*: Incipit utilis expō super libro de celo et mūdo Ar. scd⁹m mētem sancti thome de aquino verissimi Ar. expositoris. *Haec, opere absoluto, pro coronide sunt adjecta verba:* Explicit aureum opus divi thome de acquino (sic) sup⁹ libro de celo et mundo emendatum per eximium artium et medicine doctorem dominum magistrum Franciscum de bobio ordinariam de mane legentem in felici studio papiensi. Et impressum per Magistrū Antoniū de carchano 1486. die viij. mensis novembris. LAUS DEO. *Registrum extat in penultima pagina.*
In folio parvo.. VII. A. 50.

Etsi loci expressa notitia careat, opus tamen excusum fuit *Papiae*, ubi laudatus *Antonius de Carchano* impressit. Columnae duae cuivis paginae insunt, et unaquaeque impletur 48. lineis gallofranci characteris. Praeter signaturas expressas litteris, et Arabicis numeris, nil aliud in marginibus visitur impressum: adeo ut supervacaneum sit custodes, et foliorum numeros quaerere.

—— De generatione, et corruptione. *Praefigitur titulus in prima columna*

folii secundi recti : Incipit utilis expositio super libris de generatione et corruptione scd'm mētem sancti thome de aquino verissimi ari. expositoris etc. *Ad calcem :* Laus deo . Explicit op' aureum divi thome aq̄natis super libris de gn̄atōe et corruptiōe. In presum (*sic*) anno domini M. cccc. lxxxviij. die iij. mēsis decembris. Finis. *Sequitur Registrum.*
In folio parvo .... VII. A. 50.

Sine Typographi nomine ; ex forma tamen characteris , ex qualitate chartae , et ex typographico artificio adparet fuisse eundem *Antonium de Carcano*, qui praecedentem editionem impressit.

—— Expositōes textuales dubio4 atq3 luculentissime explanatōes in libros de Celo et mundo de Generatiōe et corruptōne Metherologo4 ac Parvo4 naturaliū Aristotelis : varijs ex ingenijs. primū tn̄ et potissime ex probatissimis cōmentarijs angelici doctoris Thome aq̄natis compendiario sermone transsumpte (*sic*) ad ꝑfectum studentiū ingenua4 artium famosissimi gymnasii Coloniensis. qd' vulgo bursa montis dicit'. Quib' facile dilucideq3 intelligēt reparativo ꝓcessu irrefragabilē ac invictissimā tanti doctoris sancti viā. quē magis pluris spiritussancti unctio q̄3 lectio. plus oratio q̄3 ratio docuit. *Huic titulo, excuso charactere gallofranco in prima pagina, subnectitur lignea tabula , quae* S. Thomam *sedentem, discipulis stipatum repraesentat. Super humerum, ejus Spiritus Sanctus in Columbae specie visitur , et circa ipsius caput extat schedula, quae ex uno latere habet verba :* S. Thomas ; *ex altero vero :* Thomiste eius discipuli. *In margine interno tabulae legitur minutissimo charactere :* Innocēti' papa in s'mone cui' thema ē Ecce plus q̄3 salomō h' d' Scō Thoma de aq̄no sic inq̄t. Hui' doctoris sapīa p̄ ceteri' (excepta canonica) h3 ꝓprietatem v'bo4 modū dicēdo4 v'itatē snīa4 itaut nūq3 q' eū tenuit īveniat' a tramite v'ītatis deviasse et q' eū īpugnavit sp fuit de v'itate suspect'. *In inferiori margine eiusdem ligneae tabulae:*

Qui fueris cupid' sophie mox carpere flores
Scripta Thome divi ꝑlege doctus eris.

In aversa pagina occurrit Epistola Stephani Parisiensis. Episcopi , *cuius titulus:* Epistola universitatis Parisiensis in favorem et laudem maximā atq3 extollentiā (*sic*) sane ac invictissime doctrine Thome Aq'natis. q̄ nil sensisse. nil docuisse. nil deniq3 scripsisse reperit' qd' veritati vel bonis moribus adversetur. quapropter nomē eius splendidissimū ꝑ orbē terre longe lateq3 p̄dicat'. usq3 adeo q' a nōnullis doctor cōis appellat'. Incipit feliciter. *Data* apud Bertiliacum anno domini. M. ccc. xxv. Die iovis ante sacros cineres. *Epistolae subnectitur sequens Epigramma :*

Si sint palladie mortalia dona corone
Et regale decus quod statuere viri
Debent' Thome. nā clarus et arte domoq3
Sed tamē hec meritis cuncta minora suis
Maius habet celum. testat' Juppiter ip̄e
Phebus et astrivago casta Diana polo

Mons simul iste tuus semp frondentis olive
Laudib⁹ altisonis sidera celsa ferit
Agrippina novas cui suffert machina frondes
Semina doctrine plantat alitq3 tue
Semp ut antiquā ne ignorēt germina matrē
Mons petit et priscos vera ꝓpago viros
Ad laudem Thome
Aquinatis hec Cecinit
A.

In secundo folio incipit Praefatio, et partitio operis de Coelo et mundo Stephani Episcopi Parisiensis; *et in secunda columna folii tertii recti opus initium sumit a textu* Aristotelis, *cui protinus* S. Thomae commentaria *subnectuntur. In fine libri quarti:* Hec de textuali declaratione ac dubio4 resolutōne circa librū de celo et mundo Aristotelis iuxta preclarissimā et invictissimā doctrinā sancti Thome Aquinatis. ac ūm reparativū ꝓcessum magistro4 Colonie gymnasium montis regentium collecta sufficiant et grata sint ob amorē tāti doctoris sancti. V. L. Sequuntur tituli questionum in libros de celo et mundo etc. etc. *Secundum locum occupant duo libri* de generatione, et corruptione, *quibus adcedit* Tabula questionū principaliū etc. etc. *Adcedunt.* I. Tractatus aureus sancti Thome Aquinatis de ente et essentia seu de quidditatib⁹ re4 intitulatus. II. Tractatus Gerardi de monte artium et sacre theologie professoris eximii. ad favorabilē dirigēs concordiam. quedam problemata inter sanctum Thomam et venerabilem Albertum magnū. ex quorum otentiosa disputatōē nōnullis olim dabatur fomentū odij. aliis vero occasio detrahendi utriq3 doctori. III. Apologia Gerardi de Monte. IV. Tractatus de sensu, et sensato. V. Liber de memoria et reminiscentia. VI. Liber de somno et vigilia. VII. Liber de longitudine et brevitate vite. *Ad calcem hujus:* Explanatio textualis in quatuor libros parvorum naturalium Aristotelis partim ex commētarijs sancti Thome Aquinatis partim vero ex aliis doctrine cōformis q̄3 aptissime trāssumpta ad ꝓfectum studentium gymnasij montis. Qua diligens lector longe melius. Longe deniq3 facilius ītelligere ac eloq̄ poterit in his libris contenta iuxta invincibilem et irrefragabilem tanti doctoris sententiam cuius in hoc opere sicut et in aliis fideliter probatissima imitatus sum vestigia. V. E. *Adcedunt tandem libri* Metherologorum, *quorum in calce legitur sequens nota typographica*: Expositio et textualis declaratio quatuor librorū Metherologorū Aristo. iuxta comētatōem doctoris sancti et ipsi⁹ ꝓbatissimā viā ad profectū studētiū gymnasii Coloniensis qd⁹ trito sermone bursa Montis dicit⁹. studio magistrorum eiusdem laboriosissimie (sic) ac vigilantissima cura congesta finit feliciter. Et per honestum virum Henricū quentel Agrippineñ Colonie civem nitidissime impressa Anno incarnatiōis millesimo quadringentesimo sup nonagesimū septimo Decimo Kalendas octobris.

In 4.º .... VIII. A. 36.

Editio parum obvia, quam ignorarunt *Quetif*, et *Echard*, nec non *Panzer*, aliique rei Bibliographicae Scriptores. Textus *Aristotelis* majusculo typo exprimitur, Commentaria minori, qui lineas 62

occupat in qualibet ex duabus columnis paginarum, sed uterque gallo-francus est. Signaturae litteris Romanisque numeris instructae in marginibus inferioribus videntur, nullo pacto custodes. In supremis, tituli cujuslibet opusculi, et numeri foliorum missalibus litteris indicantur, scilicet *Folio i.* — *Folio ii.* Initiales desunt, spatiis ea de causa relictis, exceptis primis cujuslibet opusculi, quae xylographicae sunt.

—— Sanctus Thomas super libros de generatione et corruptione Aristotelis cum textu. *Laudata verba occurrunt in prima pagina majoribus gallo-francis elementis excusa. In postica pagina extat Epistola, qua* Frater Eugenius Brutus Venetus Ordinis predicatorum sacre Theologie professor Magnifico eruditissimoq3 Viro Dño Aloysio Bono patritio Veneto. S. P. D. *Opus incipit in sequenti folio a titulo primae columnae praefixo:* Divi Thome aquinatis sacri ordinis Predicatorum Aristotelis clarissimi ac fidelissimi Cōmētatoris ī libros de generatiōe et corruptione preclarissima cōmētaria. *Ad calcem post verba,* Laus deo, *legitur:* Explicit Aureum Opus divi Thome Aquinatis in libros Aristotelis de generatione et corruptione fidissime emendatum in conventu Sanctorum Joannis et Pauli de Venetiis. Per reverendum Sacre Theologie professorem fratrem Eugenium Brutum Venetum ordinis predicatorum. *Exinde:* Impressum Venetijs Mandato et expensis nobilis Viri domini Octaviani Scoti Civis Modoetiensis. Per Bonetum Locatellum Bergomensem Anno salutis nonagesimo octavo supra millesimū quaterq3 centesimum undecimo kalendas Januarias. Augustino Barbadico inclito Venetiarum. *His adcedit* Registrum, *et deinde signum Typographi.*
In folio .... VIII. E. 4.

—— Tractatus de unitate intellectus: *In prima columna folii primi occurrit sequens titulus:* Tractatus perutilis et subtilis valde de unitate ītellectus editus a doctore sācto fratre Thoma de Aquino cōtra comētatorem Averoim. *Desinit ad lineam quartam secundae columnae folii* XIII. *aversi, et post quatuor linearum spatium, Typographus sequentia verba signavit:* Gratia altissimi dei huic tractatulo de de (sic) unitate intellectus edito a doctore sancto fratre Thoma de aq̄no finis īpositus est per me Joanvem (sic) de hassia theotonicum ī tarvixina civitate 21. augusti. 1476.
In folio parvo .... VII. A. 57.

Editio ignota, ignotus pariter ejus Typographus. Charta firma admodum, et alba; character, qui semi-gallo-francus est, in quavis ex duabus columnis, quibus paginae constant, lineas ut plurimum 44. occupat. Initiales imprimere neglexit Typotheta; signaturas item, custodes, et foliorum numeros omisit.

—— Alia editio, *quae titulum gerit in summitate primae columnae folii primi:* Tractatus perutilis et subtilis valde de unitate ītellectus editus a doctore sancto fratre Thoma de aquino cōtra comentatorem Averoim. *Desinit hac conclusione, post lineam septimam secundae columnae folii aversi* XII. Gratia altissimi dei huic tractatulo de unitate intellectus edito a doctore sancto fratre Thoma de aquino finis impositus est sine quo non cadit foliū exarbore q̄ sit benedictus in secula seculorum amen. Papie die viiij. octubris. (sic). Finis.
In folio parvo .... VII. A. 50.

Sine nota Chronologica, et Typographi nomine. Convenit praesens editio in omnibus cum duabus editionibus supra notatis, ab *Antonio de Carchano Papiae* excusis; utrum vero haec illas praecesserit, nec ne, haud facile est definire.

—— Alia editio. *Vide* opuscula.

—— Commentaria in Parvorum Naturalium libris. *In prima pagina legitur:* In presenti volumine lector subscripta reperies opuscula phōrum prīcipis Aristotelis per divini thome aquinatis cōmentaria cōpendiose exposita.

De sensu et sensato.
De memoria et reminiscentia.
De somno et vigilia.
De motibus animalium.
De longitudine et brevitate vite.
De iuventute et senectute.
De respiratione et inspiratione.
De morte et vita.
De bona fortuna.

Ultimo altissimi proculi de causis cū eiusdem. S. Thome omētationibus. *In tertia pagina incipiunt Opuscula, et commentaria quibus titulus praefixus est:* Incipit expositio libri de sensu et sensatu Aristotelis s'm eximiū doctorē Sanctum Thomā de aq̄no. *Ad calcem voluminis legitur:* Parva hec Aristotelis naturalia cū sancti Thome aq̄natis expositione. Dilligētissime (sic) emēdata fuere per Clarissimum artiū et medicine doctorē Magistrū Onofrium de suntana Placentinum ac Impēssa Padue per Hieronimum de durantis. Anno dn̄i Mccccclxxxxiij. die xxiiij. mensis May ad laudē eterni dei eiusq3 glīosissime mrīs v'ginis marie. FINIS. *Privilegium Typographo concessum a Dominio Veneto his subditur: sequitur exinde penultima pagina Registro praedita.*

In folio .... VIII. E. 28.

Liber *de Bona fortuna* spurium est opus, ut ait *Fabricius* in *Bibl. Graeca*. Editio gemina columna impressa est, cuius typus gallo-francus major et minor reperitur; minor lineas 66. in columnis integris amplectitur. Textus Commentarii sectionibus, vel articulis inseritur; initiales parvae occurrunt; custodes, et foliorum numeri desiderantur; in ora superiori marginis Tractatus vel Opuscula indicantur: signaturae tandem instructae litteris cum notis Romanis videri possunt.

—— Exemplar alterum .... VIII. E. 9.

—— Exemplar tertium................................ VII. A. 37.

—— Alia editio, *excusa* Coloniae per Henricum Quentel Anno 1497. *Vide supra* Expositiones Textuales etc.

In 4.° .... VIII. A. 36.

—— Opusculum de ente et essentia. *In aversa pagina folii primi legitur Prooemium, cujus titulus:* OPUSCULUM PRAECLARUM BEATI THOMAE AQuInatis. Quod de esse et essentiis tum realibus tū intentionalibus inscribitur Cuius emēdatissima instauratio ad instantiam generosi viri Francisci bollani:

Olim clarissimi candiani oratoris ac patricii Veneti: qui in utraq3 sapientia profunde scripsit: per celeberrimū ludovicum rigium decore variarum sciētiarū ornatū confecta est foeliciter incipit. At primū eiusdem lodovici in libellum Prohoemium et argumentum. *In secundo folio recto* liber primus beati Thomae aquinatis de esse et essentia reali incipit. Tractatus primus vel divisio prima De dispositiōe intētiōis. Capl'm. i. (*quod revera est Nuncupatoria Epistola, nam sub hac epigraphe inscribitur:* Inclito principi primogenito Regis Hierusalem et Ceciliae Duciq3 Calabriae ac regni vicario generali Thomas ordinis predicato4 frater domino suo felici. S. P. D.
Opusculo absoluto sequitur Tabula capitulorum, cui subnectitur sequens notitia typographica:

Opusculi huius sacri videlicet doctoris Aquinatis de
esse et essentiis Impressione Joānis lucilli santri-
ter de fonte salutis : et Hieronymi de Sanctis
Veneti sociorum. Impensis quoq3 munificētis-
simis generosi viri Francisci Bolani olim
Candiani splēdidissimi oratoris: patri
tii quoq3 Veneti foelix impositus est
finis. xix. Kalendas Martii. Anno.
salutis. M. cccc. lxxxviii.
Venetiis.

Signum Typographi, alibi notatum, his adcedit.
In 4.° .... VII. B. 5.

Formis rotundis hoc opus describitur, quae in pagina integra lineas occupant 36. Signaturae indicantur litteris, et Romanis notis; foliorum numeri, et custodes omnino desunt; Initiales habentur florentes xylographicae.

—— Exemplar alterum .... VII. B. 15.
—— Exemplar tertium .... VII. B. 39.
—— Alia editio, *quae in fronte primae columnae titulum habet:* Incipit tractatus de ente et essentia sancti Thome de aquino. *Extat hoc opusculum excusum cum aliis* de Orbellis, Mayronis, Antonii Andreae, Boneti, *et* Scoti. *Ad calcem:* In hoc volumine, habes summulam Nicolai de orbellis, una cum textu Petri hispani: deinde passus frācisci mayronis : et tria principia Antonij andreae et formalitates Boneti et Scoti : nec non fallacias sancti Thome ac tractatus de ente et essentia qui impressus est Venetiis per Bernardinum de choris de Cremona et Simonē de Luero. Die 7.° mensis novēbris. 1489. *Adcedit* Registrum.
Io folio .... VIII. E. 28.
—— Alia editio, *cujus titulus:* Incipit tractatus de ente et essentia sancti Thome de aqno. *In calce :* Impressum in inclita Civitate Ferrarie regnante Hercule Duce secundo per Magistrum Laurencium de rubeis de valentia Anno do-

mini. M. cccc. lxxxx. V. Idus Madij. *Adcedunt* Registrum cartarum, *et signum Typographi, de quo* Orlandius n.° 35.
In 4.° parvo.. VIII. B. 48.

—— Alia editio, *cum duobus Commentariis* Thomae de Vio, *et* Armandi de Bellovisu. *Prima voluminis pagina exhibet tabulam ligneam*, Archangelum Raphaelem *repraesentantem, et huic subnectuntur verba :*

Aureum opus de ente et essentia
divi Thome aquinatis cũ cō
mētariis fratris Thome
Caietani sacre theolo
gie doctoris et fra
tris Armandi
eiusdem ordi
nis docto
ris cla
rissi
mi.

In postica facie legitur Epistola Nuncupatoria, cum inscriptione : Cōmētaria fratris Thome de vio Caietani ordinis predicato4 eiusdē ordinis ac sacre theologie ꝓfessoris ī opus īsigne de ente et eēntia divi Thome aq̲natis ad clarissimũ artiũ doctorē. D. Benedictum tyriacam mantuanum logicen Mathematicamq3 publice in Patavino studio profitentem Amicorum optimum. *In sequenti folio* Divi Thome aquinatis sacri ordinis predicatorũ Aureũ et insigne opus de ente et essentia feliciter incipit cũ cōmētariis fratris Thome Caietani eiusdem ordinis ac sacre theologie doctoris super eodem. Prohemium. *In folio xxxvi. averso*

Expliciunt cōmentaria fratris Thome ca
ietani sacre theologie ac ordinis pre
dicatorum professoris in libellũ
divi Thome aq̲natis de ente
et eēntia anno xp̄iane salu
tis. M. ccccIxxxxv.

In folio sequenti Eximii sacre theologie doctoris frīs Armandi de belvisio (*sic*) sacri ordinis predicatorũ ī insigne et aureũ opusculum de ente et essentia divi Thome aquinatis eiusdē ordinis preclarissima cōmentaria incipiunt feliciter. *His absolutis, sequuntur* Tabula questionũ et notabilium presentis operis, *et Privilegium Excusoris a* Senatu Veneto *obtentum, cui subnectitur sequens nota typographica :* Impressum est hoc opus per Otinum Papiensem Anno domini. M. ccccxcvi. die. xiiii. Otobris (*sic*). *His adcedit* Registrum hujus operis.
In folio.. VIII. E. 30.

Textus *S. Thomae* majusculo typo exprimitur, reliqua minori, qui 66. lineas occupat in qualibet ex

duabus columnis paginarum, quum binae occurrant, sed uterque gallo-francus est. Signaturae excusae litteris, et Romanis numeris, in marginibus inferioribus videntur; nullo autem pacto custodes; in supremis, foliorum numeri, et capitula indicantur; initiales denique parvis supplentur formis.

—— Interpretatio in metaphysicam Aristotelis. *Praemittitur titulus in summitate primae columnae:* Subtilissimi doctoris sancti Thome de Aquino clarissima interpretatio in methaphisicam Aristotelis. *Ad lineam XIII. secundae columnae folii CLIII. recti opus absolvitur hac conclusione:* Explicit subtilissima interpretatio methaphisice Aristotelis secundum sanctum thomā de Aquino ordinis predicatorum totius fontem ph'ice ac theologice veritatis attentissime correctum (sic) et impressum Papie per magistrum franciscum de girardenghis Anno domini. M. cccc. lxxx. die xv. Octobris.

In folio parvo .... VIII. A. 31.

—— Quaestiones de Anima. *Tabula quaestionum visitur in postica pagina folii primi, et in antica sequentis folii opus initium sumit a titulo:* Questiones dignissime de aīa edite ab angelico dīnoq3 doctore Sancto Thoma de Aquino. Almi ordinis frat4 predicato4 feliciter incipiunt. *Hae terminantur in folio LXII. recto, ad lineam XIV.: et protinus subditur sequens notitia:*

Questiões de aīa sancti Thome
de Aquino feliciter expliciunt
M. CCCC. LXXII.

In folio parvo .... XIII. C. 17.

Deest nomen Typographi, nec non loci impressionis. Opus hoc, quod foliis 62. constat, eodem typo Romano minusculo, ac pereleganti impressum, quo *Roberti Caraccioli Quadragesimale anno 1472. Venetiis* excusum habetur. Charta tam albedine, quam firmitate superbit. Signaturae, custodes, paginarum numeri, et litterae initiales desiderantur. Pro distinctionis signis occurrit tantummodo punctum, et in qualibet integra pagina lineae 36. numerantur. Praesentis editionis mentionem fecerunt *Maittairus pag. 772. Denisius* in *Supplem, pag. 18. Morellius* in *Catal. Pinell. Tom. 1. pag. 279.* et *Poggius Notizie pag. 54.*

—— In libros tres Aristotelis de Anima. *Inscriptio operi imminens in primi folii recti prima columna est huiusmodi:* Incipiunt commentaria gloriosissimi doctoris sācti thome de aquino almi ordinis predicato4 sup libros aristotelis de aīa. *In fine legitur:* Explicit commentū sancti Thome de aquino de ordine predicatorū super libros aristotelis de anima: Venetiis impressum per magistrū Raynaldum de Novimagio almanū. Anno christi. M. cccc. lxxxi. die vigesima secunda maij. *Sequitur* Registrum.

In folio parvo .... VIII. A. 40.

—— Alia editio. *Titulus, qui primae columnae praefixus est, sic legitur:* Incipiunt cōmentaria gloriosisimi (sic) doctoris sancti Thome de aquino ordinis predicatorū super libros aristotelis de anima. *Nota typographica in prima columna ultimae paginae hoc pacto habetur:* Explicit commentum sancti Thome de aquino ordinis predicato4 super libros aristotelis de anima. Papia (sic) Impres-

sum per Martinũ de lavalle de mõferato. Anno christi. M. cccc. lxxxviij. die ultima mensis setembris (sic). *Subnectitur Registrum.*

In folio parvo.. VIII. F. 26.

—— Exemplar alterum.................................. VIII. F. 33.

—— Commentaria in Boetii Opus de Disciplina scholarium. *Vide* Boetii *Tom. 1. pag. 100. et seq.*

—— Commentum super lib. Boetii de consolatu philosophico. *Vide* Boetii *Tom. 1. pag. 100. et seq.*

—— Commentaria in VIII. Politicorum libris Aristotelis, *ex versione* Leonardi Aretini. *In secunda folii primi pagina occurrit Epistola, qua* Augustinus Piccolhomineus Magistro Ludovico Ordinis Predicatorum Procuratori Digniss. Praeceptori suo. S. P. D. *In duobus sequentibus foliis tria Prooemia leguntur, quorum primum hunc habet titulum:* Magister Ludovicus Valentia Reverendissimo in Christo patri et domino: domino Francisco de Piccolhominibus Cardinali Senensi. S. P. D. *Secundum est* Leonardi Arretini Proemium in Libros Politicorum, *quod majori typo excuditur iis, quibus primum, et tertium impressa cernuntur. Tertium:* Proemium divi Thome in octo Politicorum Aristotelis libros. *Prooemiis absolutis, in quarto folio recto incipiunt opus, et commentaria, quibus nullus titulus praefixus est: Cuilibet libro subiungitur:* Epitoma per conclusiones Excellentissimi Theologi professoris Magistri Ludovici valentiae Procuratoris Ordinis Praedicato4 ad Reverendissimũ in Christo patrem et dominum dñm F. Cardinalem Seneñ. *Opere absoluto, Epistola occurrit, cujus inscriptio:* M. Nimireus Arbensis Archidyaconus Magistro Ludovico Valentiae Ferrariensi Theologo: atq3 philosopho excellentissimo Praeceptori suo. S. P. D. *Huic Epistolae subnectitur Epigramma:*

M. NIMIREUS LECTORI. S.

Qui cupis Imperio populis dare jura sagaci
    Et qui non tristi fronte parere cupis.
Si te perpetuo nullis quaesita triumphis
    Pax iuvat et pietas Urbis: et alma fides.
Accipe Aristotelis preclara volumina lector
    Seu pareas: seu tu sceptra verenda tenes.

Impressum est hoc opus Romae per Magistrum Eucharium Silber: Alias Franck. Absolutumq3 die Jovis xiiii. Kal⁹ Aug. Anno dñi. M. cccc. xcii. *His adcedit* Registrum.

In folio.. VIII. G. 11.

Editio oppido rara, eodem duplici charactere excusa, quo prodierunt *Fasti Ovidii*, cum *Antonii Constantii Fanensis Commentariis* (de quibus dictum est in Tom. II. pag. 219.) cum signaturis, et foliorum numeris tantum. Ex Registro signaturarum colligitur folia esse 256. In qualibet integra pagina numerantur lineae 49.; initiales parvis formis supplentur; et in superiori marginum ora libri indicantur. Quae de *Aristotelis Politicorum libris*, hoc anno *Romae* editis, leguntur in *Specimine P. Laire*, eiusmodi sunt, ut inde suspicari liceat, duplicem eorum factam fuisse editio-

nem. Sic enim legitur pag. 274.: *Aristotelis Politica cum Commentariis Ludovici de Valentia.* Haec nova editio *a P. Laire* notata, cum aliis Commentariis ab iis, qui occurrunt in editione a nobis descripta, quique sunt *S. Thomae*, ignota est Bibliographis fere omnibus. Refertur vero hujus editionis *P. Laire*, (ipso testante, citato loco) *Exemplum in Indice Dominici de Gagnat. n. 835.* in membranis excusum. Verum titulus, qui legitur in citato *Indice n. 835.* est huiusmodi: *Aristotelis Politicorum libri VIII. cum commentariis D. Thomae de Aquino, et Magistri Ludovici de Valentia* etc. etc. Insuper idem *P. Laire pag. 282.* aliam hujusmodi operis editionem *Romae* ab eodem *Euchario Silbero anno Mccccxcv.* excusam recenset. *Ex Catalogo Osbornii Londini impresso anno 1753. Tom. 1. pag. 152.* At in citato *Catalogo Osbornii*, quem nuperrime ex Britannia accepi, munere Nobilissimi *Comitis Barham*, haec lego: *Aristotelis Politico lat. comment. Th. Aquinatis exemp. pulch. impress. super memb. comp. in corio turcico etc. etc. Romae 1492.* In memorato *Osbornii* Catalogo praeter citatam editionem anni *1492.* haud invenire mihi contigit hanc alteram anni *1495. Augustinus Piccolomineus, Francisci Cardinalis Senensis* Nepos Auctor fuit hujusmodi venetae editionis. Ipse enim reperto in *Etruria* Commentariorum *D. Thomae* in *Aristotelis Politica* mendoso admodum, et depravato codice, rogavit per litteras *Ludovicum Valentiam de Ferraria*, praeceptorem quondam suum, ut illos recognosceret, et emendaret: ut, si forte *Leonardi Aretini Politicorum Aristotelis* versioni eos adnectere libuisset, potuisset uno eodemque tempore *Aristoteles* mendis carens, et *D. Thomas* in tenebris iam latitans in lucem emitti. Petitioni doctissimi juvenis annuit *Ludovicus*; ac opus a se tum quoad versionem *Leonardi*, (quae tunc extabat *Leonardi* versio, typis excusa, mendosa admodum erat) tum quoad Commentarios *S. Thomae* expolitum, eidem in lucem emittendum tradidit *Francisco* patruo ab ipso *Ludovico* dicatum. *Ludovicus Valentia de Ferraria Politicorum Aristotelis* libros minime explanavit; sed ut eorum lectio facilior, utiliorque evaderet, ad calcem uniuscujusque libri addidit *Epitomam per Conclusiones* digestam, quibus ea, quae in opere fuse tractantur, distincte, et paucis ante legentis oculos sistuntur.

—— Exemplar alterum.................................. VIII. G. 12.

—— Tabula super omnia opera Doctoris S. Thomae Aquinatis. *Vide* Bergomo Petri de. *Tom. 1. pag. 69.*

THOMAE DE ARGENTINA. *Vide in Append.* Argentina Thomae de.

THOMAE DE HIBERNIA. *Vide* Hibernia Thomae de.

THOMAE DE KEMPIS. *Vide* Gersonis.

THOMAE MAGISTRI. Vita Aristophanis, *et collectio* Scholiorum *Veterum in novem eiusdem* Comoedias. *Extant cum iisdem* Comoediis. *Vide* Aristophanis.

THOMASII PETRI. *Vide* Ravennatis Petri.

THUCYDIDES. Historia belli Peloponnesiaci, *latine*, Laurentio Valla *Interprete. Secundo folio recto, nam primum vacat, inest Interpretis Prooemium, sub hac inscriptione:* LAVRENTII VALLENSIS AD SANCTISSIMVM NICOLAVM QVINTVM PONTIFICEM MAXIMVM IN THVCIDIDIS HISTORICI TRANSLATIONEM PROOEMIVM. *Hoc desinit in aversa facie, et in tertio recto folio sumit exordium* THVCIDIDIS HISTORIARVM PELOPONNENSIVM LIBER PRIMVS. *In fine ultimi libri legitur:* THVCIDIDIS ATHENIENSIS HISTORICI GRAVISSIMI LIBER OCTAVVS ET VLTIMVS. FINIT LAVS DEO. *Adcedit Epistola* Parthenii, *qui versionem hanc recognovit, graeco exemplari adhibito: eidem praefiguntur verba:* BARTHOLOMEVS PARTHENIVS BE-

NACENSIS FRANCISCO THRONO LVDOVICI. F. VENETI EXERCITVS PROVISORI. S. *Sequitur*: EX MARCELLINO GRAECO THVCIDIDIS ATHENIENSIS VITA BARTHOLOMEO PARTHENIO BENACENSI INTERPRETE. *Penultimum folium in antica facie vacuum, et in postica inest Registrum.* In folio parvo.. XII. F. 33.

Sine notis typographicis. Editio vetus, et prima hujus operis, paulo ante annum 1500. excusa; quum *Thucydides* nec graece, nec latine antea prodierit. *De Burius*, qui eam describit, inquit: *Edition peu considérée des Savans, mais assez recherchée des Curieux, parcequ' elle est la premiere...... On croit communément que cette Edition a été publiée par les soins d' un Savant appellé en latin Bartholomaeus Parthenius Benacensis, selon le discours particulier de cet Editeur, que l' on apperçoit a la suite du Texte de ce livre.* Eius typus rotundus, ac elegans est, impletque in quacumque pagina integra lineas 47. Signaturae constant litteris, numerisque Romanis; sed nullus custos, aut foliorum numerus occurrit; et initiales nonnisi spatiis indicantur.

—— Exemplar alterum.................................. XIX. G. 11.
—— Exemplar tertium.................................. XIX. G. 12.

THYNDARI DE PERUSIO. *Vide* Tyndari.

T I

Tibulli Albii. Carmina. Tibulli Vita *praecedit in folio primo averso, et in secundo recto incipiunt* Carmina, *praeeuntibus verbis:* Albii Tibulli. eq. Ro. Poetae Cl. liber Prim' q sp'tis divitiis et militia Deliā amet et amori s'viat. *Ad calcem* Tibulli *brevis eiusdem vita extat sub titulo:* Summa vitae tibulli, *quam excipiunt* Epitaphium Tibulli, *et* Ovidii Nasōis epl'a ī qua cōq'rit' d' morte tibulli. Catulli Carminibus *praefiguntur brevis Poëtae Vita, et hexastichon* Guarini, *quod retulimus in Tom. 1. pag. 169. Inter* Catulli, *et* Propertii carmina *vacua pagina, et* Propertii vita *occurrunt; in fine vero operis Typographus notavit:* Propertii Aurelii naute poetae finis Clarissimo4 poeta4 Tibulli: Catulli: et Propertii: et eo4 vita opa Regii Lepidi accuratissīe īpssa: Auctorib' Prospo odoardo et Alberto marzali regiēsib'. Anno Sa. i48i. i9. Kl'. octo. D. H. est d. s'o.
In folio parvo.. X. G. 1.

Character rotundus elegans lineas 42. in plenis paginis occupat, et amplum marginibus spatium relinquit, qui a nullo signo occupantur, exceptis signaturis, quae litteris, et Arabicis numeris sunt excusae: initiales vero parvis litteris supplentur in spatiis. Siglae in calce typographicae notae forsan explicandae sunt: *Diei hora est de sero.* Exemplar nostrum, quod *Antonii Seripandi ex Jacobi perilli munere*, olim fuit, postillis mss. in marginibus refertum est.

—— Exemplar alterum, *iisdem postillis instructum*........... X. G. 2.
—— Exemplar tertium.. X. G. 41.
—— Alia editio, *cum* Commentariis Bernardini (Cyllenii) Veronensis. *Praemittuntur* Cyllenii *Elegia, cuius inscriptio:* Bernardinus Veronēsis clarissimo viro Baptistae Ursino aerarii pontifi. custodi et almae urbis Gymnasii vice rectori benemerito. S. plu. dicit, *et* Tibulli vita, *per eumdem scripta.* Tibulli *textus incipit a titulo:* ALBII TIBULLI EQuTIS ROMANI POETAE CLARISSIMI LIBER PRIMUS. *Ad calcem textus* Tibulli *quinque subijciuntur Carmina in ipsum* Tibullum, *cum* Summa Vitae *ejusdem, ad instar Commentarii ad latus marginis. Ad calcem quinti Epigrammatis, legitur:* Brixiae impressum per Boninū de Boninis de Ragusia anno salutis. M. CCCC. LXXXVI. die xviii. Februarii. *Ultimum folium rectum totius voluminis exhibet* REGISTRUM.
In folio parvo.. X. G. 6.

Editio quodammodo rara, memorata ab *Audiffredo in Specim. Hist. Italic. Edit. saec. xv. pag. 152.* Excusa cernitur duplici rotundo, elegantique charactere; major siquidem micat in textu, minor vero in Commentariis, qui cum textu, (uti frequentius fieri solet) consociati fuere. Nullum adposuit Typotheta custodem, aut foliorum numerum, sed signaturas notavit litteris, quibus adjecit Romanos numeros. Pro initialibus spatia extant; et quaelibet integra pagina impressa constat 58. lineis.

—— Alia editio, *cum iisdem* Commentariis. *Primam folii primi paginam occupat Epistola pedestri sermone scripta a* Bernardino Veronensi ad Baptistam Ursinum Aerarii pontificii custodem. *In aversa incipit* POETAE VITA, *quae*

in prima secundi folii pagina terminatur, in aversa ejusdem inchoatur ALBII TIBULLI EQUITIS ROMANI POETAE CLARISSIMI LIBER primus. *Caetera, ut in praecedenti editione. Ad calcem post verbum,* Finis , *legitur :* Impressum Venetiis per magistrum Andream de palthascichis Catarēsem. M. cccc. lxxxvii. decimo octavo Kalen. Januarias. *Adcedit* Registrum.
In folio .... X. A. 18.

Typus, qui Romanus, ac perelegans est, chartaque alba admodum ac polita haud parum praesentem commendant editionem. Initiales litterae nullae conspiciuntur, nulli custodes, aut paginarum numeri, sed tantum signaturae instructae litteris, Romanisque numeris.

—— Exemplar alterum .... X. G. 8.
—— Exemplar tertium .... X. G. 9.
—— Exemplar quartum .... X. G. 10.
—— Alia editio , *cum iisdem* commentariis. *In prima pagina legitur:* Tibullus Catullus et Propertius cū commento. *In folio averso Nuncupatoria* Bernardini Veronensis *Epistola metrica imprimitur, cui prosaica vita* Tibulli *subjungitur, et huic inscriptioni utraque subditur:* Bernardinus Veronensis clarissimo viro Baptistae Vrsino aerarii pontifi. custodi : et almae urbis Gymnasii vicerectori benemerito. Salutem plu. dicit. *Desinit haec in secundo folio averso, cui junguntur Commentaria, et* Tibulli *textus, quorum ad calcem Epitaphium* Tibulli *adest, ut in praecedentibus notatis editionibus. Sequuntur* Catulli *Carmina, et in eadem Commentaria* Antonii Parthenii; *ac deinde* Propertii *carmina, cum* Philippi Beroaldi Commentariis , *de quibus dictum est in Tom. I. pag. 170, et Tom. II. pag. 377. Ad calcem* Propertii *hendecasyllabon* Beroaldi *extat, cui Typographus impressionis notitiam subjunxit hoc pacto:* Cōmentarii in Propᵉtiū a Philippo Beroaldo editi Anno salutis. M. cccc. lxxxvii. impressi vero Venetiis a Boneto Locatello Bergomēsi. Cui necessaria exhibuit Nobilis vir Octavianus Scotus Modoetiensis. Anno eiusdē salutis nonagesimo primo supra millesimū ac quadringentesimū Quinto Idus decembres. *His verbis additur:*

Sit Christe Rex piissime
Tibi patriq3 gloria
Cum spiritu paraclito
In sempiterna saecula.

Sequens pagina continet Hieronymi salii favētini in invidū carmen, *Signum* Octaviani Scoti, *et* Registrum.
In folio parvo .... X. G. 4.

Opus expressum est rotundo charactere, qui in Commentariis minoris est formae, et lineas 61. in paginis integris occupat. In superioribus marginibus notantur *libri Carminum*, in inferioribus habentur signaturae excusae litteris , Romanisque numeris. Foliorum numerationis , et custodum impressio desideratur; initiales ligneae florentes visuntur.

—— Exemplar alterum .... X. G. 5.

—— Exemplar tertium .... X. G. 7.

—— Exemplar quartum .... X. G. 11.

—— Alia editio, *praecedenti quodammodo similis, exceptis initialibus, quae in hac parvis formis indicantur, et nota typographica, hoc pacto excusa:* Commentarii in Proptiū a Philippo Beroaldo editi Anno salutis. Impressum Venetiis ꝑ Symonē bevilaqua Papiensem. M. cccc. lxxxxiii. die. xxvi. mensis Junii. *Sequuntur versus* sit Christe Rex piissime, *et caetera, ut in praecedenti.* In folio parvo .... X. G. 12.

—— Alia editio, *cujus prima pagina sequentia verba refert:*

Tibullus cum commentariis Cyllaenii Veronensis.
Catullus cum commentariis Parthenii Veronensis et Palladii patavini.
Emendationes Catullianae per Hieronimum Avancium Veronensem et eiusdem in Priapeias castigationes.
Propertius cum commentariis Phylippi Beroaldi.
Annotationes in Propertium: tum per Domitium Calderinum: tum per Joannem Cottam Veronensem.
Haec omnia sunt ex exēplaribus emendatis domini Hieronymi Avācii.

In postica pagina incipit Epistola metrica, et caetera, ut in duabus praecedentibus editionibus, cum quibus adamussim convenit; excepta tantummodo nota typographica, quae in hac sic habetur: Impressum Venetiis per Joannem de Tridino de Cereto alias Tacuinum. M. D. die vero. xix. Maii. Regnante inclyto Principe Augustino Barbadico. *Signum Typographi subnectitur* Registro. In folio parvo .... X. G. 13.

—— Exemplar alterum .... X. G. 14.

Tifernatis Angeli. Vita C. Plinii Caecilii secundi, *et Epistola Nuncupatoria ad* Alexandrum Justinum. *Extant cum Opusculo* Plinii de Viris illustribus *Vide* Plinii.

—— Additio ad Sexti Rufi libellum Historiae Romanae, *et Epistola Nuncupatoria ad* Baptistam de Ursinis. *Extant cum* Rufi *libello. Vide* Rufi.

Tifernatis Gregorii. Hymni et alia Poemata. Praefigitur *titulus:*

PUBLII GRAEGORII TIFERNI POE
TAE ILLUSTRIS HYMNUS
IN TRINITATEM

Caetera sunt: In Beatam Mariam Virginem = Ad Clariss. Vatem Antonium Panormitam = In Malitiam Junonis = Ad Famulum suum = Ad Thomam Reatinum = Triumphus Cupidinis = Ad Angelum Reatinum = Ad Pium Pontificem Maximum = Ad Tortelium = Ad Illustrissimum Franciscum Sforziam Ducem Mediolani = Vaticinium Cladis Italiae = Saphicum In Petrum Bombel-

lum = Saphicum Ad Lodovicum Mantuae Principem = De Vitae Fragilitate = Epitapium (sic) In Sylvinam Puellam = Epi. In Didachum = Epi. In Camillum = Epi. In Sabellum = Epi. In Juliam Puellam = Epi. In Thomam Moronum mediolan. = Epi. In Ladislaum Regem panoniae = Epi. In Pallantē Strotiā eqtem florē = Epi. In Paulum Barbū Patriciū Venetū = Epi. In Valerium Marcellum Adolescentem Venetum = Nenia In Quintillam = Ad Paulum = Ad Amicum Potentem = Ad Philippum Ducem = Ad Petrum Aureolanum = In Virgilium Vatem = In Edes = In Navale Venetorum = In Psitacum = Ad Candidum = *Terminatur opus verbo.* FINIS.
In folio parvo... XII. E. 25.

Desunt omnes notae typographicae. *Saxius*, ut caetera simul collecta post *Parnasianos Grammaticos*, existimat pag. 106. *Venetiis* fuisse impressam hanc editionem anno 1477. Immerito tamen; nam *Tifernatis* Poëmata ac *Probam Falconiam*, *Calphurnium*, *Ovidii Epistolam de morte Drusi*, uno eodemque anno impressa fuisse, quo fuit *Ausonius Peonius*, scilicet *1472*. satis constat, tum ex eadem typorum forma, chartae qualitate, ac Impressionis oeconomia, tum ex Indice, qui huic operi praecedit, et in quo omnes isti Auctores una Oratione conjunctim efferuntur, et plerumque in uno volumine compacti reperiuntur, sicuti extat exemplar nostrum. In postica folii primi facie hujusmodi voluminis occurrit Editoris allocutio, quae desinit siglis B. G. (idest *Bartholomaeus Girardinus*) A NATIVITATE CHRISTI DVCENTESIMAE NONAGESIMAE QUINTAE OLYMPIADIS. ANNO II. VII. IDUS DECEMBRES. VENETIIS In calce vero *Calphurnii* : *Anno* INCAR. DOMINICE M. cccc. LXXII.

—— Alia editio, *quae in aversa facie primi folii refert, quae in* Hoc volumine continentur Opuscula, *scilicet superius notata. His expletis, legitur:* Impressum Venetiis ꝑ Bernardinū Venetū. Anno Domini. M. CCCC. XCVIII. Mensis Junii Die Undecimo.
In 4.° parvo... X. B. 3.

—— Versio librorum VII. Geographiae Strabonis, *scilicet ab XI. ad XVII.* *Vide* Strabonis.

Tilareti. *Vide* Johannitii.

Timaei. De Mundo, *vel* de universitatis natura, *latine versa Interprete* Georgio Valla. *Extat cum* Nicephori Logica, *et aliis operibus a* Valla *pariter translatis. Vide* Nicephori. *Vide* Valla.

Tinctoris Nicolai de Guntzenhausen. Epistola, *et* Carmen ad Johannem Bekenhaub Maguntinum de operibus S. Bonaventurae. *Vide* S. Bonaventurae *Tom. 1. pag. 109.*

Tindari de Perusio. *Vide* Tyndari.

Titi Livii. *Vide* Livii.

T O

Toletani Alphonsi. *Vide* Vargas Alphonsi.

Torni Bernardi. Annotata super quaestionem de motu locali. *Extat cum* Tractatu de sensu composito, et diviso Gulielmi Hentisberi. *Vide* Hentisberi *Tom. 1. pag. 368.*

Torellae Gasparis. Tractatus cum consiliis contra pudendagram seu morbum gallicum. *In titulus adest in prima pagina ; secunda est alba. Nuncupatoria inscriptio hujusmodi praefigitur operi , quod incipit in secundo folio recto :* Ad reverendissimum et illustrissimum in xp°o patrem et d. d. Cesarem de Borgia titulo sancte Marie nove diaconum Cardinalem Valentinum tractatus incipit de pudendagra seu morbo gallico editus a Gaspare Torrella, ep°o sancte Juste natione Valentino. *In hoc Prooemio notanda sunt sequentia verba , quae historiam curationis hujus morbi illustrant:* Quantum enim (ad Valentinum *loquitur*) tibi genus humanum obnoxium sit non est qui ambigat, nam tempestate tua ac tui causa morbus qui ab omnibus imaginabatur incurabilis in presentiarum non solum eius essentia verum etiam curationis modus cognoscitur. *Hoc Prooemium, vel Tractatus desinit his verbis in folio XII. recto:* interim corrigam aliqua consilia particularia cum quibus a mense septembris usque ad mensem octobris inclusive hujus presentis anni M. cccc. lxxxxvij. decem et septem ab hac crudeli egritudine ad pristinam sanitatem perfectissime reduxi iussu R. do. mei Cardinal' valentini quem deus protegat visitet atque defendat. Amen. *Subditur Tetrastichon his verbis, sed prorsae more expressum, hoc est non distinctis versibus :* Ut gaudere solet fessus iam nauta labore Desiderata diu littera (sic) nota vides. Non aliter sc°ptor revisa fine libel (sic). Exultat medio letus et ipse quidem. *In aversa pagina,* Consilia *incipiunt, sive* Curationes *quinque virorum, quorum nomina ibi refert. Opus terminatur cum* Oratione S. Damiani, *hoc pacto :* Superest ut Oratio quam sanctus Damianus genibus flexis in omnibus potionibus per eum exhibitis dicere solebat : finem claudat cuius verba sunt ista. Omnipotens eterne deus : qui dedisti medicinam ad sanandas corporum humanorum infirmitates da benedictionem tuam sanctam de celo : super hanc medicinam ut in cuius corpore introierit : sanitatem mentis et corporis suscipere valeat per Christum dominum nostrum qui vivit et regnat in secula seculorum Amen. Si qui vero faceret dicere hanc orationem ab aliquo devoto presbitero dicta missa pro infirmo super medicinam suspiciendam in presentia infirmi virtutes medicine augerentur et celerius curaretur infirmus. *Adcedit verbum.* Finis: *deinde Typographus notavit :* Impressum Rome per magistrum Petrum de Laturre Anno. M.cccc.lxxxxvij. die xxij. Novembris sedente Alexandro sexto Pontifice maximo. In 4.° parvo .... XII. A. 56.

Librum hunc recenset, et inter rarissimos collocat eruditissimus *Marinius Archiatri Pontificj Vol. 1.*

pag. 263. aeque ac librum *Petri Pintoris*, de quo in Tom. II. pag. 302. loquuti sumus. Hinc mirum non est quoad ipsi *Marino*, et diligentissimo *Audiffredo* editio haec ex aliorum relatione tantum innotuerit. Memorat illam etiam *Hallerus Tom. IV. pag. 179.* Suspicor tamen laudatos Auctores ex *Astrucio* in libro *de Morbis Veneriis* notitiam hujusmodi editionis hausisse, qui extare testatur, ut ipse scribit, eam in *Bibliotheca Regis Galliae*, et *Mazariniana*. Pagina quaevis hujus editionis, dummodo plena, complectitur lineas 32. gallo-franci characteris. Charta est alba, et optime levigata; foliorum numeri desiderantur; signaturae occurrunt absque numeris in priori pagina cujusvis fasciculi tantum: ita ut primus illa careat, quod princeps ejus pagina, excepto titulo operis, quem refert, inter impressas haud computari possit; series igitur signaturarum est *b-f.* nam opusculum sex fasciculis absolvitur, qui omnes constant plagulis 24. Immerito proinde adseritur a *Marinio* octo plagulis opusculum ipsum componi, ed ab *Audiffredo*, et *Astrucio* sex, quum revera sint 24. folia. Custodes Typographus omisit, licet primo intuitu folia XVIII. et XXII. recta facie impressa videantur; nam quod postremis lineis ibidem subjectum visitur, ad textus integritatem pertinet, nec in sequenti pagina iteratur. Litterae initialis sedem indicat spatium quadratum.

—— Alia editio, *quae in prima pagina titulum gerit:* De morbo Gallico cum aliis. *In aversa facie occurrit Epistola, qua nova haec editio ab Auctore nuncupata fuit hac inscriptione:* Reverendo inxpo patri et dño dño Ludovico de Borbonio Epo dignissimo Abrincēsi. Gaspar Eps sancte Juste Salutē. *In sequenti folio recto opus incipit a titulo:* Ad Illustrissimū dñm Cesarem de Borgia ducem Valentineñ Tractatus incipit de pudendagra seu morbo Gallico editus a Gaspare Torrella Episcopo sancte Juste natione valentino. *In postica pagina folii XXII. post* Orationem S. Damiani, *ad lineam XXVII. legitur:* Impressum Rome.

In 4.° parvo.. .... XII. A. 24.

Sine anni nota, ac Excusoris nomine. Ex inscriptione Epistolae ad *Caesarem Borgiam*, ut recte animadvertit *Audiffredus pag. 381.*, quae operi praemittitur, et in qua nec *Cardinalis*, nec *S. R. Ecclesiae Confaronarius* etc. etc. sed tantum *Dux Valentinus* vocatur, apparet novam hanc editionem neque anteriorem esse anno 1498. quo *Caesar Borgia* a *Ludovico XII. Valentino ducatu* donatus fuit, neque posteriorem 29. Martii 1500., quo ab *Alexandro VI.* creatus fuit *S. R. E. Confaronarius. Marinius*, et *Audiffredus*, quibus haec editio innotuit, non bene consentiunt de ejus Typographo; alter enim ad *Besickenium* referendam esse opinatur; alter ad eundem *Petrum de la Turre*, qui primam exaravit, pertinere autumat. Lineis 33. gallo-franci characteris compositae fuere plenae paginae hujus operis. Initiales florentibus ligneis formis expressit Typographus, qui signaturas A-C. cum Romanis numeris insculpsit inferioribus marginibus, omissis prorsus custodibus, et foliorum numeris.

Torrellae Hieronymi Medici. Opus preclarum de imaginibus astrologicis. *Titulus praefigitur primae paginae hoc pacto:*

Hieronymi torrellae medici Va
lentini opus preclarum de ĩma
ginibus astrologicis nō
solū medicis verum e-
tiam litteratis vi-
ris vtile ac ame-
nissimū.

In sequenti pagina incipit Elenchus auctoritatum, et rationum, quibus hoc

opus probatur, et hic desinit ad lineam XVIII. *aversi folii secundi. Sequitur in tertio folio recto Epistola Nuncupatoria, sub epigraphe:* Clementissimo ac Serenissimo Regi Ferdinãdo christianae reipublicae tutori Hispaniae atq3 ĩsula4 maris nr̃i Regi divo Hjeronym⁹ torrella inclitae ac serenissimae Reginae Neapolitanae sororis suae medic⁹ atq3 philosoph⁹ minim⁹ foelicitatẽ: et majestatis suae man⁹ oscl⁹at⁹. *Haec terminatur in quarto folio averso ad lineam sextam, et protinus incipit* Prima pars. *Quatuor partibus constat opus, et in fine quartae partis hoc pacto Auctor illud concludit:* Vale potentissime rex totius saeculi dec⁹ atq3 fundamentũ ĩ eo q̄ mare q̄ terras q̄ sidera fecit. Et ↄpletũ ẽ hoc opuscl⁹m prima mẽsis Decẽbris anno salutis xp̄iane Mccccl xxxxvj. Finis. *Exinde:* Impraessum (sic) est hoc opuscl⁹m Valẽtie ꝑ alfonsum d⁹ orta. *Accedit breve monitum ad Lectorem de erroribus in impressione admissis. Post vacuam paginam sequitur ipsa* Correctio, *quae totum occupat ultimum folium.*

In 4.° .... XII. A. 20.

Editio sine explicita mentione anni, tamen *Panzer Tom. II. pag. 61.* refert ad annum 1496. *Caballerus* in opere *de prima Typographiae Hispanicae aetate pag. 63.* ex *Ximenio* notat hoc opusculum excusum *Valentiae per Alphonsum de Orta 1496. Nicolaus Antonius Bibl. Veter. Hisp. Tom. II. pag. 339. n. 840.* ait: *Completum opus, anno MCDXCVI. editum vero absque anni mentione in 4. Valentiae apud Alphonsum de Orta.* Fortasse sunt duae editiones, altera cum anni notatione, sine anno altera. Semi-gallo-francis elementis impressum est opusculum, quae in unaquaque pagina occupant lineas 32. Typographus exprimere neglexit custodes, et foliorum numeros, qui nunc Calligraphi industria in nostro exemplari visuntur; signaturae autem adpositae sunt *a-m* cum Romanis notis. Initiales xylographicas opportune inseruit, et in marginibus externis nomina Auctorum, eorumque auctoritates leguntur. Totum opusculum componitur 93. foliis impressis.

Torre Ludovici de la. Apologia contra invectivam Fratris Fortunati Perusini. *Vide* Perusini Fortunati.

Tortellii Joannis Aretini. Commentaria grammatica de orthographia dictionum e graecis tractarum. *Prima pagina a nullo impresso charactere occupatur; secunda Editoris Prooemium continet cum Epigraphe:* Fratris Adae de Moltando (sic) genuensis augustiniani sacrae theologiae doctoris: Johannis arretini (sic): ad Philippum archiep⁹m arelatẽn. proemiũ. *In folio secundo recto* Tortellii *Prooemium ad* Nicolaum v. *extat, praecedentibus his verbis gallo-franco majusculo charactere expressis:* Orthographie Joannis Aretini prohemium. *Hoc excipiunt,* ORDO TOTIUS OPERIS, *et notitia, quae lectori indicat,* Ex quibus auctoribus acceptum est opus, *quod in tertio folio recto incipit, subscriptioni subjectum:*

JOANNIS TORTELLII
Aretini Commentariorum Grã-
MATICORUM. DE ORT
Hog⁹phia dictionũ Egraecis Trac-
TARUM. LIBER. PRIM
us incipit ad Nicolaum Quintum
PONTIFICEM. MAXI

mum de numero: et figura atq3 in-
VENTIONE. LITTERA
rum tam graecarum q' latinarum etc.

In fine operis, quod desinit in folio averso 301. Typographorum notitia hoc pacto exprimitur:

Hoc opus exactum est tortellii in-
signe Johannis
Quo sunt scripta soni nomina cun-
cta gravis.
Insculptum est Romae in domo de
taliacoxis Sub iussu Vlrici Galli
Teutonici: et Simonis Nicolai
Lucensis. Anno. do. Mcccclxxi.
Pon. Sixti iiii. Genuēsis anno p'mo.

Post folium vacuum, adparet in priori facie ultimi folii Registrum hujus libri, *instructum primis dictionibus paginarum cujusvis scapi suturae praecedentium; in secunda vero facie nil expressum refert.*
In folio majori... XII. H. 7.

Splendida haec editio est, in qua nova quaedam occurrunt, quae non omnino negligenda sunt. Nova est subscriptionis formula, in qua cum primis annotari meretur vocabulum *insculptum*, quod haud dubie *sculptorum typorum* patronis mirifice gratum, et jucundum erit. Nova sunt nomina *de Taliacoxis*, et *Simonis Nicolai Lucensis*, quae hic primum leguntur. Novus est character ordinarius, qui Romanus est, neque inelegans, (quique duas columnas occupat 53. linearum in paginis singulis) omnino diversus a quocumque alio ab *Udalrico Han* antea adhibito. Nova est paginarum forma, quae cum major est, quam in aliis ejus libris prius impressis, tum etiam bipartita. Postremo nova est, et praecipui operis tituli effingendi ratio, adhibito alternis majori, minorique charactere: quidcirco in descriptione voluminis exhibitus a nobis fuit. Utrum vero Romana haec editio, princeps habenda sit, an vero Veneta, quae hoc ipso anno evulgata fuit, certo dijudicari non potest; quod neutri certa aliqua nota, quae majorem, minoremve ejus antiquitatem demonstret, adscripta sit. Ex quibusdam quidem verbis *Adami* Editoris, quae leguntur in laudata Epistola, colligi posse videretur, hanc esse omnium primam: *Existimavi*, inquit, *ut Jo. Aretini singulare ab eodem digestum opus....excitarem in lucem,* perinda ac si antea opus adhuc in tenebris delituisset. Sed fortasse Veneta editio, jam vulgata, nondum *Adamo Montalto*, cum haec scribebat, innotuerat. Illustris Bibligraphus *Apostolus Zenus in Diario Eruditorum Italiae Tom. 11. pag. 307.* et in *dissertationibus Vossianis Tom. 1. pag. 148.* editionem Venetam primam appellat. Sed ipse Romanam editionem minime agnovit, quia nunquam eam memorat, etsi ejus memorandae causa subesset. Utcunque tamen sit, praesens editio veluti splendidum typographicae industriae monumentum considerari potest. Exprimitur enim typis rotundis elegantibus, in papyro alba, et compacta. Characteres graeci opportune textui miscentur. Plagularum numeros, signaturas, et custodes penitus omisit Typographus. Initiales litterae parvis designabantur formis, sed Illuminatoris cura nunc majoribus expressae cernuntur.

—— Alia editio, *cujus prima pagina impressa sequentem titulum gerit in summitate:* JOANNIS TORTELLII COMMENTARIORVM GRAMMATICORVM DE ORTHOGRAPHIA DICTIONVM E GRAECIS TRACTARVM PROOE-

MIVM INCIPIT AD SANCTISSIMVM PATREM NICOLAVM QVINTVM PONTIFICEM MAXIMVM. *Epistola, sive Prooemium desinit in sequenti folio recto ad lineam xxix., et protinus:* JOANNIS TORTELLII ARRETINI COMMENTARIORVM GRAMMATICORVM DE ORTHOGRAPHIA DICTIONVM E GRAECIS TRACTARVM LIBER PRIMVS INCIPIT. *Ad calcem :*

JOANNIS TORTELLII ARRETINI COMMEMTARIORUM (sic)
GRAMMATICORVM DE ORTHOGRAPHIA DICTIO
NVM E GRAECIS TRACTARVM OPVS PROCV
RANTE HIERONYMO BONONIO TARVISA
NO MICHAEL MANZOLINVS PARMENSIS
S. S. F. C.

(*scilicet*) *suo sumpto fieri curavit :*

TARVISII ANNO GRATIAE MCCCCLXXVII. POSTRIDIE
KALENDAS APRILIS.

Adcedit protinus Epistola Editoris cum hac inscriptione : PRIMARIO LITTERARII ORDINIS VIRO CONSTANTINO ROBEGANO NOTARIO TARVISANO HIERONYMVS BONONIVS P. S. D. *Sequitur deinde* EJUSDEM BONONII CARMEN IN PRIMI IMPRESSORIS COMMENDATIONEM.

Tingere dispositis chartas quicumque metallis
Coepit : et insignes reddidit aere notas :
Mercurio genitore satus : genitrice Minerva
Praeditus aethereae semine mentis erat.
Non illum Cereris : non illum cura Lyaei
Terrenae tenuit non opis ullus amor :
Copia librorum cupidis modo rara Latinis
Cum foret : auspiciis illius ampla venit.
Improbus innumeris librarius ante talentis
Quod dabat : exigua nunc stipe vendit opus.
Historiae venere Titi : se Plinius omni
Gymnasio : iactant Tullius atq3 Maro.
Nullum opus (o nostri felicem temporis artem)
Cellat (sic) in arcano bibliotheca situ.
Quē modo rex : quē vix prīceps mō rar⁹ habebat
Quisque sibi librum pauper habere potest.
Redditus hac etiam nuper Tortellius arte
Plurimus : et scribas qua ratione docet.
Hūc eme qui līgua cultus cupis esse latina
Hūc eme grāmaticus qui cupis esse bonus.
Quae gemināda notis fuerit tibi syllaba : simplex
Quaeve sit : exilis : densave : doctus eris.

Postmodo qui fuerit grato si cōmodus usu :
Has memor assiduis plausibus ede preces,
Artifici semper faveant pia numina sancto
Vtilis effluxit cuius ab arte liber.
L. V. F.

In folio parvo .... IX. C. 11.

Editio tertia hujus operis, excusa nitido minuto charactere latino, qui lineas 44. implet in qualibet integra pagina. Inferiores margines instructi cernuntur tantum signaturis, haud vero reclamantibus; et in superioribus desunt etiam foliorum numeri. Volumen constat 341. foliis impressis.

—— Exemplar alterum .... IX. C. 12.
—— Exemplar tertium .... IX. C. 13.
—— Alia editio, *quae quarta est, ad similitudinem Tarvisinae, modo descriptae expressa. In fine operis*: JOANNIS TORTELLII ARRETINI COMMENTARIORVM GRAMMATICORVM DE ORTHOGRAPHIA DICTIONVM E GRAECIS TRACTARVM OPVS PER STEPHANVM KOBLINGER VIENNENSEM VICENTIAE ACCVRATISSIME IMPRESSVM IDIBVS JANVARIIS MILLESIMO QVADRIGENTESIMO SEPTVAGESIMO NONO. *Sequuntur Epistola, et Carmen* Hieronymi Bononii, *ut in praecedenti.*
In folio parvo .... IX. C. 8.
—— Exemplar alterum .... IX. C. 9.
—— Alia editio, *quae cum praecedenti adamussim convenit. In fine*: JOANNIS TORTELLII ARRETINI COMMENTARIORVM GRAMMATICORVM DE ORTHOGRAPHIA DICTIONVM E GRAECIS TRACTARVM OPVS PER HERMANVM LICHTENSTEIN COLONIENSEM VICENTIAE ACCVRATISSIME IMPRESSVM DIE VLTIMA MENSIS OCTOBRIS ANNO MILLESIMO QVADRIGENTESIMO OCTVAGESIMO. *Sequitur* Hieronimi Bononii ad Constantinum Robeganum *Epistola ; hanc excipit* EIVSDEM HIERONYMI CARMEN IN PRIMI IMPRESSORIS COMMENDATIONEM; *et in fine occurrit* Registrum hujus libri.
In folio parvo .... IX. C. 10.
—— Alia editio, *quae cum praecedentibus convenit, excepta tantum notitia typographica, quae in hac sic habetur:* JOANNIS Tortelli Arretini cōmentario4 grāmatico4 de Orthographia dictionū e graecis tracta4 opus per Hermanū Lichtenstein coloniensem: Venetiis pridie Idus Novembres accuratissime Impressum : Anno salutis. M. CCCC. LXXXIIII. *Sequuntur Epistola, et Carmen* Hieronymi Bononii, *ut in praecedentibus editionibus.*
In folio .... IX. C. 4.

Opus istud 197. foliis contentum, chartae praestantissimae, charactere Romano, ac nitido admodum impressum est. Paginas Typographus signavit litteris, Arabicisque numeris; initiales litterae omissae fuere. Desunt custodes, et foliorum numeri. Haec quinta est hujus operis editio.

—— Alia editio, *cujus prima pagina sequentia verba continet:*

Joannis Tortellii orthographia

Joannis Tortelii Lima quaedam per Antonium Mancinellum.

In postica occurrit Epistola, qua Pyrrhus mantuanus magnifico ac equiti Splendidissimo Francisco Capello patritio veneto Salutem. D. *In secundo folio recto,* JOANNIS TORTELLII Arretini Commentariorum grammaticorum de Orthographia dictionū e Grecis tractarum proemium incipit. Ad Sanctissimum patrem Nicolaum Quintū pontificem maximum. *Hoc desinit in secunda ejusdem folii pagina, ad lineam xx. et protinus* JOANNIS TORTELLII ARRETINI Commētariorum Grammaticorum de Orthographia Dictionum e Graecis tractarum liber primus incipit. *Opere absoluto, accedit* Georgii Vallae *brevis Tractatus de Orthographia, loco* Antonii Mancinelli Lima. *Huic praeponitur Nuncupatorium Epistolium, cum hac inscriptione:* Magnifico adoloscēti D. Antonio Simonetae Georgius valla sal. d. p. *Post* Georgii vallae *Tractatum, adcedit* Registrum hujus operis, *cui sequens typographica nota subnectitur:*

Hoc opus per Philippum de pinciis Mantuanum Venetiis
accuratissime Impressum Feliciter Explicit. Regnāte
Inclito principe Augu. Barbadico
m. cccc. lxxxxiii. pridie idus Aprilis
FINIS

Prima ultimi folii pagina, vacua est; aversa habet sequentem Typographi declarationem:

Licet in fronte hujus operis Anto. Mancinelli limae
extet īscriptio (quā nisi sublata fuisset occasio
impressuri eramus) eā tamē omissimus (sic)
loco cuius apposuimus Georgii Vallae tra
ctatum de orthographia.

In folio.. IX. C. 5.

—— Alia editio. *Sequentia verba in prima pagina leguntur:*

Joannis Tortelii Aretini orthographia
Joannis Tortelii Lima quaedam per
Georgium Vallam tractatum de
Orthographia

In secunda facie Epistola Pyrrhi Pincii *occurrit, et in secundo folio opus incipit; quo absoluto, accedit* Tractatus de Orthographia Georgii Vallae, *cum Epistola Nuncupatoria ejusdem* Magnifico Adolescenti. D. Antonio Simonetae: *et in fine tractatus, Typographus haec notavit:*

Impressum Venetiis per Joannem de Tridino alias Tacuinus
Regnante Inclito Principe Augustino Barbadico
Anno ab incarnatione. M. cccc. lxxxxv.
Die vero xviiii. Mēsis decembris.
FINIS

Accedunt Registrum huius operis, *et Typographi signum, satis notum, cui subnectitur illud,* Antonij seripandi et amicorum.
In folio.. IX. C. 7.

—— Alia editio, *cui deest primum folium et in secundo, initium sumitur ab inscriptione :* JOHANNIS TORTELLII ARRETINI COMMENTARIORUM GRAMMATICORUM DE ORTHOGRAPHIA DICTIONUM E GRAECIS TRACTARUM PROEMIUM INCIPIT AD SANCTISSIMUM PATREM NICOLAUM QUINTUM PONTIFICEM MAXIMUM, *quod desinit in aversa pagina ad lineam xxvi.; et deinde*: JOHANNIS TORTELLII ARRETINI COMMENTARIORUM GRAMMATICORUM DE ORTHOGRAPHIA DICTIONVM E GRAECIS TRACTARUM LIBER PRIMVS INCIPIT. *Desunt huic nostro exemplari tria folia, et tantum superest in fine folium, quod in antica facie Registrum continet.*
In folio.. IX. C. 6.

Comparatione diligenter facta cum editione hujus operis excusa anno 1493. *Venetiis a Philippo de Pinciis*, quam supra notavimus, invenimus unam eamdemque esse characterum formam, papyri qualitatem, ac opificium typographicum; ac proinde ab eodem *Philippo de Pinciis* excusam censemus, sed anno 1496. Eam editionem referunt *Maittairus pag. 630.* et *Panzer Tom. III. pag. 400.*

TORVAMALAE BAPTISTAE. *Vide* Trovamalae.

TOTANI GUILLELMI Sacri ordinis PP. Epistola in laudem operis Petri Reginaldetti, *cujus titulus* : Speculum Finalis Retributionis. *Vide* Reginaldetti.

T R

Tractatus Artis Notariatus. *Vide* Notariatus Ars. *Tom. II. pag. 182.*

Tractatus de moribus, conditionibus, et nequitia Turcorum. *Praefigitur titulus opusculo hoc pacto:* Incipit prohemium in tractatum de moribus condictionibus et nequitia Turcorum. *Prooemio in aversa pagina, linea sexta absoluto,* Incipit prologus, *in quo Auctor anonymus enarrat, quomodo anno 1436. in* Transilvaniae *civitate* Schebesch a Turcis *captus, ac* Endrenpolim *abductus, usque ad annum 1453. durissimum captivitatis jugum pertulerit. Prologum in secunda folii secundi pagina ad lineam tertiam excipit* Primum Capitulum Quomodo Turci terram et Regionem orientalem inceperunt possidere et inhabitare. *Ad lineam XXVIII. folii aversi XXXIII. historia de* Turcarum *secta terminatur. Tunc adfert Auctor* Rationem testimonialem eorum que dicta sunt; *cui adcedunt* duo sermones in vulgari Turchorum, *et deinde* Interpretatio sermōum predictorum in latino. *In penultima pagina extat opusculi* Registrum.
In 4.° .... XIX. F. 17.

Editio notis typographicis destituta, quae fortasse *Norimbergae* ex typis *Conr. Zeningeri* prodiit ante annum 1481. Integrum opus, charactere gallo-franco impressum, constat foliis 36. Caret signaturis, custodibus, et paginarum numeris. Spatia pro initialibus conspiciuntur, et in quavis integra pagina lineae 35. numerantur. *Denis pag. 683.* auctorem hujusmodi opusculi Religiosum Ord. Praedicatorum fuisse autumat.

Tractatus de vino et eius proprietate. *Praecedit brevis Praefatio Auctoris anonymi, cui subjiciuntur tituli XXI. articulorum opusculi. Desinit verbo,* Finis.
In 4.° parvo.... .... XII. A. 48.

Denis in Supplem. pag. 691. suspicatur *Arnaldum de Villanova* auctorum fuisse hujusmodi opusculi, impressi charactere Romano *Johannis Besicken.* Signantur 6. folia in oris superiorum marginum. Alia editio foliorum 8. ab *Audiffredo* excitatur pag. 382. et a *Gras pag. 264.* editio foliorum 4., quae, ut videntur, a nostra sunt diversae.

Tractatus Quid pro quo, *sive* de Medicinis aliis substituendis. *Extat cum operibus* Mesue. *Vide* Mesue.

Tractatus de Sinonymis, *sive* de nominibus sinonymis rei medicae. *Extat cum operibus* Mesue. *Vide* Mesue.

Trallianorum Epistolae IV. ad M. Brutum, *ex latina* Rinucii Thettali *versione. Extant impressae cum epistolis eiusdem* Bruti. *Vide* Bruti.

Trano Goffredi de, Auditor Rotae Romanae. Summa super titulos Decretalium. *Legitur in prima voluminis pagina:* Sūma perutilis dñi Gofredi (sic) super Titu. Decretaliū Una cum Tractatu Jo. monachi denominato Defensorium

Juris. Nec non et Tracta. exceptionū do. Inno. tracta. pscriptionum do. Dy. Tractatus do. Petri Jacobi de monte pessulano de arbi. et arbitra. Differentie le. et Ca. do. Galvani de Bono. Itē et Tracta. do. bar. de tabellionibus. Insunt praeterea Repetitiones solēnes dñi Abba. sicu. Capituli Ecclesie San. Marie etc. etc. Si quis cōtra clericum etc. etc. noviter in lucem reddite et diligenter castigate. *In aversa pagina occurrit* Registrum Rubricarum. *In secundo folio recto* Incipit summa super titulos decretalium cōpilata a magistro Goffredo de Trano dñi papi subdyacono et Cappellano. *Ad calcem:* Summa perutilis Goffredi super libris Decretalium feliciter explicit. Venetijs noviter impressa per Bernardinum de tridino de mōteferrato. Anno salutis. M. cccclxxxxj. die xxvj. Januarij. *Adcedit Registrum; ac deinde alii Tractatus, qui licet cum hac* Summa *unum constituant corpus, seorsim tamen a nobis in hoc Catalogo excitantur.*
In folio majori.. VI. C. 15.

Transito di S. Girolamo. *Vide* Hieronymi.

Trapezuntii Georgii. Compendium ex Prisciano de partibus orationis. *Praefigitur primae paginae titulus:* GEORGII TRAPEZVNTII DE PARTIBVS ORATIONIS EX PRISCIANO COMPENDIVM. *Huic titulo subnexa legitur* ejusdem Georgii *brevis epistola ad* Andream *filium, cujus priora verba:* De partibus orationis brevi compendio Andrea fili ad te scriber̄ cōstitui etc. etc. *Ad calcem folii recti lxxxvii.* Compendium *desinit his verbis:* FINIS GEORGII De octo partibus Oratōnis. *Protinus subjungitur altera Epistola, cujus inscriptio:* GEORGIVS TRAPEZVNCIVS: Colae montano suo salut. dic. plur. *Haec desinit in sequenti folio recto ad lineam iv.* Data Romae. iiii. Kal. Novēbres Mcccclxxi. *Adcedit in eadem pagina Registrum, et in postica sequens notitia typographica habetur:*

HOC
OPVS
IMPRES
SVM EST
DOMINICO
LAPIO BONONI
ENSI PROCVRAN
TE AB EXEMPLARI
IPSIVS GEORGII
TRAPEZVNCII
ANNO DOMI
NI. MILLE
CCCC.
LXXX.
DIE DECIMA JANVARII.
LAVS
DEO.

In 4.° parvo .... IX. A. 43.

Editio haec tertia hujus operis, post duas Mediolanenses ann. 1472. et 1474. latuit Bibliographos fere omnes, penes quos frustra eam quaesivi. Deest locus impressionis, sed supplendum, *Bononiae*, ubi laudatus Typographus impressit ab anno 1476. ad annum 1482. Ipse vero paginis huius libelli nullam signaturis, numeris foliorum, et custodibus exprimendis formam aptavit, idcirco margines vacui omnino sunt. Rotundus est character, sed rudis, et inaequalis; paginasque implet numero 26. linearum. Charta est alba, et compacta; et parvis formis initiales indicantur.

—— Compendium Dialectices ex Aristotele. *Titulus, in summitate primae paginae praefixus, sic legitur:* GEORGII TRAPEZVNTII DE DIALECTICA EX ARISTOTELE COMPENDIVM :· *Terminatur verbo,* :· FINIS :· *ad lineam IX. aversi folii XXXI.*

In 4.° parvo .... VII. B. 52.

Absque ulla nota. Eximia libri raritas ex praestantissimorum rei bibliographicae Scriptorum silentio plane constat; siquidem et tantum a *Morellio* in *Biblioth. Pinelliana Tom. I. pag. 268.* notatur, atque ex ipso notitiam hujusmodi sumpserunt *Denisius in Supplem. pag. 681. et Panzer Tom. IV. pag. 203.* Is charactere Romano atque eleganti impressus est in charta satis alba, firma, ac compacta, sine numeris, signaturis, custodibus, atque initialibus; exhibetque lineas 28. in unaquaque pagina.

—— Commentarii in Philippicas Ciceronis. *Praefigitur titulus:* Georgii Trapezuntii Clarissimi Oratoris Cōmentarii in Philippicas Ciceronis incipiūt. *Ad calcem ultimi folii aversi:* Cōmentarii Georgii Trapezuntii Clarissimi Oratoris in Philippicas Ciceronis foeliciter finiunt. Venetiis.

In 4.° parvo .... XII. B. 68.

Editio rarissima Saeculi XV. uti docet Laudatus *Morellius c. l. Tom. III. pag. 43.*, et post ipsum *Denisius pag. 682. Goetz Tom. III. pag. 250.* et *Panzer Tom. III. pag. 499.* Qui paginas hujus libelli formavit, et torcular compressit, neglexit in amplis marginibus signaturas, custodes, foliorumque numeros. Rotundus est, et elegans character, paginasque implet numero 23. linearum. Graecae voces opportune occurrunt, excusae pariter eleganti typo. Initiales minoribus modo designantur litteris, modo omnino desunt, pro quibus vacua spatia cernuntur; foliis tandem impressis 28. absolvitur.

—— GEORGII TRABEZVNTII (sic) DE ARTIFICIO CICERONIANAE ORATIONIS. PRO QVINTO LIGARIO AD VICTORINVM FELTRENSEM. PRAEFATIO. *Is titulus extat in summitate primae paginae excusus. Ad calcem,* FINIS, *tantum legitur. Exstat hoc opus excusum cum* Q. A. Pediani *opere, de quo infra in Appendice hujus Catalogi. Excusum est* Venetiis ꝑ Johānem de Colonia Sociūq3 eius Johānem Manthen de Gerretzem, *ad annum 1490.*

In folio .... XI. F. 22.

—— Exemplar alterum .... X. E. 27.

—— Exemplar tertium .... X. E. 28.

—— Rhetorica. *In folio secundo recto (nam primum est vacuum) incipit* GEORGII TRAPENSVNTII VIRI DOCTISSIMI ATQVE ELOQVENTISSIMI RHETORICORVM LIBER PRIMVS. *Ad calcem legitur,* Τελος, *ac deinceps:*

Quae superat reliquas artes est facta georgi
Ars bene dicendi munere nostra tuo.
Correxit Veneta rhaetor benedictus in urbe
Hanc emat orator qui bonus esse velit.
Si nescis ubi sit venalis, quaere lemanum
Spiram, qui precii codicis auctor erit
Coradinus

In folio.. XII. H. 22.

Pracsens editio *Vindelini Spirensis*, nota chronologica destituta, refertur a *Maittairo Tom. 1. p.297.* ad annum 1470. *Corradinus* est nomen Poëtae, qui hoc carmen scripsit; *Benedictum* vero Correctorem in officina *Vindelini* fuisse, probabile est. Ipsa vero editio admodum elegans, nullo signo in marginibus praedita est. Typis pulcherrimis rotundis cuditur, iisque lineas 41. repletas in paginis perfectis reperi. Initialis parva visitur, et totum volumen constat 156. plagulis impressis.

—— Alia editio, *quae eumdem titulum habet in summitate folii primi recti, quem in praecedenti editione notavimus. Ad calcem, post carmen supra descriptum, legitur sequens typographica notitia*: Med. in Libraria Leonardi Pachel officina. Anno post. natum Dñm. Mccccl xxxxiii. iii. Cal. Augustas. Lud. Maria. S. F. Jo. Gal. Nep. aureum regnum felicissime gubernante. *In ultima voluminis pagina occurrit* Registrum operis.

In folio parvo .... X. F. 29.
—— Exemplar alterum.................................... X. F. 30.
—— Exemplar tertium..................................... XI. E. 16.
—— Exemplar quartum.................................... XI. E. 17.
—— Versio Eusebii Caesariensis de Praeparatione Evangelica. *Vide* Eusebii.

Traversarii Ambrosii Monachi Camaldulensis. Versio latina Diogenis Laertii, *praevia Epistola* Elii Francisci Marchissi. *Sine notis typographicis. Vide* Diogenis Laertii *Tom. 1. pag. 246.*

—— Alia editio *cum Epistola* Benedicti Brognoli, *et alia ejusdem* Ambrosii *ad* Cosmam Medicem. *Vide ibidem* Diogenis.

—— Sermones S. Ephrem *latine versi*, *cum Epistola ad* Cosmam Medicem. *Vide Tom. 11. pag. 273. Art.* S. Ephrem.

—— *Versionis latinae* Prati Spiritualis Joannis Evirati *italica traductio. Extat cum* Vitis SS. Patrum, *italice. Vide* Vitae SS. Patrum.

—— *Versio latina* Operum S. Dionysii Areopagitae. *Vide* Dionysii.

—— *Ejusdem* Epistolae *duae ad* Sigismundum Imperatorem, *quarum prima petit confirmationem privilegiorum Eremi Camaldulensis; in altera agitur de* Palatio Budensi, *et* contra Basileense Concilium. *Extant inter* Epistolas Aeneae Silvii Picolhominei. *Vide* Picolhominei.

—— Modus sciendi de Sacerdotio domini Jesu Christi. *Hoc opusculum aliqui Scriptores tribuunt* Ambrosio Traversario, *alii vero putant eum laudatum opusculum e Graeco latine vertisse. Vide Tom. 11. pag. 138. Art.* Modus sciendi etc. etc.

TREBELLII POLLIONIS. Vita divi Claudii, *duorum* Valerianorum, *utriusque* Gallieni, *et triginta Tyrannorum. Vide* Scriptores Historiae Augustae.

TREBONII CAII. Epistola ad M. T. Ciceronem. *Extat cum* Ciceronis Epistolis ad familiares. *Vide* Ciceronis.

—— Alia editio *cum* Commentariis Ubertini Clerici Crescentinatis. *Vide* Ciceronis.

—— Alia editio *cum eodem* Commentario, *ac aliis insuper* Philetici, *et* Merulae. *Vide* Ciceronis.

TREVII, *vel* TRECII ALBIGNANI PETRI. *Vide* Comestoris.

—— *Ejusdem* Epistola *praefixa* decreto Gratiani, *et alia ejus Epistola ad* Franciscum Colucium. *Vide* Gratiani.

TRICLINII DEMETRII. Collectio Scholiorum in Aristophanis Comoedias, *et excerpta de metris, quibus* Aristophanes *usus est, graece. Vide* Aristophanis.

TRISMEGISTI HERMETIS, *sive* MERCURII. *Vide Tom. 11. p. 118. Art.* Mercurii.

TRIVETII NICOLAI. Commentaria *in opus* S. Augustini de Civitate Dei. *Extant cum* S. Augustini *textu, et* Commentariis Thomae de Valois. *Vide in Append.* Augustini.

TRIUMPHI AUGUSTINI. Summa de Ecclesiastica potestate. *In prima pagina secundi folii Prologus* Pauli Lulmei *occurrit ad* Fr. Ambrosium de Cora Romanum Ord. Augustinensis Priorem Generalem, *cum hoc titulo:* Prologus epistolaris in summã de ecclesiastica potestate catholici doctoris fratris Augustini de Ancona. *In hoc Prologo* Paulus Lulmeus Bergomensis *eiusdem Ordinis, et* S. Mariae de Populo Prior, *omnia* Fr. Augustini Triumphi *opera recenset. Prologum sequitur Epistola* Fr. Augustini, *qua opus suum* Joanni XXII. Rom. Pontif. *inscribit; opus ipsum deinde incipit, cujus ad calcem legitur:* Explicit summa de Ecclesiastica potestate edita a fratre Augustino de Ancona Ordĩs fratrũ heremitarum sctĩ Augustini Im̃pssa Rome ĩ domo Nobilis viri Frãcisci de Cinquinis apud sanctam Mariam de Populo. Anno domini Mcccclxxv. IIII.° die xx. decembris. *Sequitur Tabula Quaestionum Rubricas indicans, qua absoluta, legitur:* Explicit Tabula super summa de ecclesiastica potestate: clarissimi Sacre Theologie Doctoris fratris augustini de ancona: sacri ordinis fratrũ Heremitarũ Aurelii doctoris et patris Augustini: in questioẽs centumduodecim et articulos quadringẽtos septuaginta sex distincta. *In sequenti pagina extat Registrum.*

In 4.° .... VI. B. 15.

Gallo-franco minuto charactere in duabus columnis, quarum quaelibet continet lineas 50. excusa est laudata editio. Typographus usus est charta alba, et firma. Scapis 40. constat opus sine numeris foliorum, signaturis, reclamantibus, ac litteris initialibus, quae suppletae cernuntur rubro colore a Miniculatore.

—— Exemplar alterum .... VI. B. 16.

Trotti Alberti. *Vide tam in Tom. 1. pag. 292. quam in Appendice articulum* Ferrariis Alberti de.

Trovamalae Baptistae. Summa Rosella. *In prima pagina legitur:* Summa Rosella. *In secunda incipit Tabula alphabetica, quam excipit alia, nomina Auctorum continens. Rubricae exinde occurrunt, quae ad XVI. folium progrediuntur. Hisce absolutis, in folio recto XVII.* Incipit liber q̄ Rosela (sic) casuum appellatur. editus per venerandum religiosum fratrē Baptistam trovamalā ordinis mino4 observantie professorem integerrimum. *Huic summae adcedit in fine* Bulla Sixti IV. ad Confessarios. *Ad calcem hujus habetur sequens nota typographica.*

Explicit Rosella : opus utile : diligētis
simeq3 emēdatū : ac ĩpressum cura ,
et studio viri prestantis Georgii
Arrivabeni Mantuani vene
tijs. Augustino Barbadi
co Prĩcipe sapientiss9
atq3 iustiss9 Anno
Christiāe Salutis
M. ccccLXXXXV.
V. Idus Se
ptembres

Subnectitur Registrum; *et in antica pagina ultimi folii leguntur duo Epigrammata, quorum primum*

Ad emptorem

Vita hominis brevis est: eademq3 est lege regenda :
Servanda et nostri que voluere patres.
At labor est ingens : multos percurrere libros.
Pro multis nobis hic satis unus erit.
Est opus electum: nomenq3 Rosella legenti
Utilis: et nullo frigore lesa viret.
Emptor habes: animam valeas quo pascere flore :
E celo venit : quicquid odoris habet.

Secundum Epigramma

Ad impressorem

Hactenus ingenio valuit gens barbara: nāq3
Impressit plumbo quicquid ubiq3 legis.
Mantua quem genuit : nūc est tua palma Georgi
Quilibet ingenio cedit: et arte tibi.

In postica pagina visitur Typographi signum, alibi notatum.

In 4.° .... IV. B. 23.

Haec *Summa Rosella*, seu *Baptistiniana* idem opus est ac *Summa Baptistae de Salis*, ut observatum est superius pag. 45. sed pro Auctoris praefatione prolixiori, quae in illa impressa reperitur, hic praefigitur brevis Prologus. *Rosella hec casuum dudum Baptistiniana nuncupata non per libros aut rubricas sed per materias distincta ideo roselle nomen nunc sortita est non quod in novum evaserit opus, sed quia q3 plurium qui prime derant editioni subtilissimorum casuum uti sertum quoddam obtinuit coacervationem. Sicut n. frequentius aucte probitate nominis succedit mutatio quod in utramque militiam sectantibus observari comperimus. sic tu libelle meus cui ut comptior uberiorque esses: senecte mee innumeros adhibui labores novum nomen habe.* Ex laudatis verbis error *Fabricii* de medio tollitur, qui ex cognomine Auctoris, ut ait *de Rosellis*, nomen derivasse arbitratus est.

—— Exemplar alterum.. IV. B. 24.
—— Exemplar tertium.. IV. B. 25.
—— Exemplar quartum.. IV. B. 26.
—— Exemplar quintum.. IV. B. 27.
—— Alia editio, *cujus prima pagina continet tantum primum Epigramma* Ad Emptorem. *Tabula in folio averso alphabetica incipit, quam exinde excipit secunda referens Auctorum nomina, et* Bulla Sixti quarti ad Confessarios. *Rubricae sequuntur, quae ad secundum fasciculum inclusive progrediuntur. Exinde* Incipit liber q[9] Rosella casuum appellatur editus per venerandum religiosum fratrem Baptistam trovamalam ordinis minorum observantie professorem integerrimum. *In fine operis brevis Auctoris conclusio extat, in qua fatetur opus se absolvisse in festo* S. Luciae anno 1483. in aede Divae Mariae adnunciate apud Levantum. *Typographus exinde*, FINIS, *notavit; a deinceps*: Explicit sũma Rosella cũ maximo studio emendata. Venetijs impressa per Paganinum de paganinis. Anno domini. M. cccc. xcix. die vero xxi. decembris. *Adcedit* Registrum.
In 4.° parvo.. IV. B. 29.

Tryphonis Grammatici. De Passionibus dictionum *ex ejus scriptis, graece. Extant cum* Epitome Grammatices Graecae Constantini Lascaris. *Vide* Lascaris.
—— *Eadem cum versione latina* Joannis Crestoni. *Vide* Lascaris.

T U

Tuciis Joannis Francisci de. Inventio Astronomiae. *Praeit titulus*: ORATIO. Jnventio astornomie (*sic*) et per quos ad nos pvenerit recollecta hinc inde p Joannem franciscū de tucijs de buxeto artiū et medicine scolarē habitaq3 publice infelici (*sic*) gymnasio Bononiēsi dum repperet (*sic*) in astronomiam. *Ad calcem*

Acta sub rectoratu magistri philippi de
Immola domino Anibale (*sic*) bētivolo
et poeta de poetis angelo de biā
chis baptista de sancto pe
tro almi boñ. studij re-
formatorib⁹. Imp̄s
sa p Iustinianū
boñ die 5. iu
nij 1499.

In 4.° .... XIII. A. 39.

Tudertini Antonii. Vitae Agesilai, Agidis, et Cleomenis, Fabii maximi, Marcelli, Marii, Pelopidae, Pompeii, et Thimoleontis, *e graeco* Plutarchi *in latinum versae. Vide* Plutarchi.

Tudeschis Nicolai de Abbatis Siculi, Archiepiscopi Panormitani. Lectura super libros decretalium : *Praefigitur primo volumini* supplementum Antonii de Butrio, *et hoc absoluto ad lineam XXXIV. secundae columnae folii CII. recti; exinde post vacuam sequentem paginam, incipit* lectura Nicolai Abbatis *a verbis:* Significasti Electo in archyep̄m etc. etc. *quae desinit verbis* : Finis p̄me ptis, *ad lineam xx. secundae columnae folii recti clxxxiii. Secundum volumen incipit a titulo* de officio et ptēte iudicis delegati, *et terminatur ad lineam xxiii. primae columnae ultimi folii recti, sic :*
Finit se lectura Famosissimi iuris doctoris Nicolai abbatis sup p̄mo decretalium. *deinde* :

Raphael zovēzonius. P. viro opti. Vin
Delino Spirensi. S. P. D.
Abbatis ps p̄ma notis que fulget ahenis
Est vindelini pressa labore mei :
Cui⁹ ego ingeniū de v⁹tice palladis ortū
Crediderī. veniā. tu mihi spira dabis.

Anno dñi millesimo quadringentesimo
Septuagesimo tertio. Die p̄ma Aprili (*sic*).

Volumen II. terminatur ad lineam XXIII. primae columnae ultimi folii recti, hisce verbis: Finis p̄me ꝑtis Nicolai abbati (*sic*) scd' libri decretalium. Raphael zovēzoni⁹. P. viro opti. Vindelino Spirensi. S. P. D. *Sequuntur versus, ut supra; exinde:* Anno Dñi millesimo q̄drigētesimo septuagesimo secundo. die. viij. Julii.

Volumen III. desinit ad lineam XLI. columnae primae in antica pagina ultimi folii, verbis: Nā ꝑpter bonū publicū ↄseruandū quisq3 d⁹ seipsum exponē maxīe ī favorē anĩa4. ꝑ q̄bus salvādis deus aperiat ītellectū studētiū ī hac ↄpilatōe ad honorem ipsi⁹ Amen.

Raphael zovenzonius Ister poeta
vindelino spirensi suo. DD.
Tertia ꝑs haec est Abbatis : q̄ mō p̄ssa.
Prae se vindelinū fert speciosa meū.
Cui tātū debes urbs spira suꝑba nepoti.
Quātū virgilio mantua clara suo.
M. CCCC. lxxij.

In folio majori Tom. IV....................................... XIII. I. 4-7.

Haec princeps hujus ingentis operis editio rarissime hodie reperitur, et frustra in instructissimis etiam Bibliothecis quaeritur; nimirum apud *Maittairum* tantummodo pag. 338, ex quo *Panzer* notitiam sumpsit, recensitam inveni. Eam siquidem adfabre elaboratam, tam characterum praestantia, quam chartae spissitate, et latis marginibus plurimum commendare debemus. Signaturae nullae, nulli custodes, nullique foliorum numeri adsunt in marginibus. Duplex occurrit in quavis pagina columna, quae impletur lineis 55., dummodo sit integra, semi-gallo-franci nitidi characteris. Initiales parvis desi-gnabantur formis antequam Miniculator eas coloribus auroque illustriores, et grandiores redderet; qui etiam stemma gentilitium ignoti Possessoris in prima cujuslibet voluminis pagina depinxit.

—— Exemplar alterum secundae partis....................... VI. C. 7.
—— Exemplar alterum tertiae partis......................... VI. D. 8.
—— Alia editio, *cui tamen deest in nostro exemplari* lectura super primum decretalium. *In fine voluminis super secundum librum legitur:* Prima pars Abbatis sup 2. decretalium librū hic finit⁹ Imp̄ssionēq3 habuit venetijs impensis Johannis de Colonia socijq3 eius Johānis Manthen de Gherretzem Anno a natali christiano. M. cccc. lxxvi. *In postica pagina folii CCXCI. quod est ultimum, extat* Registrū p̄me ꝑtis abbatis sup 2.° libro. *Secundae parti occurrit subscriptio:* Extat h⁹ finis ꝑti. scdē dñi Nicolai Abbatis sup̄ 2.ᵐ decretalium. Venetijs que īp̄ssiōem habuit īp̄ēsis Johānis de Colonia socijq3 ei⁹ Johānis manthen de Gherretzem Anno nativitatis. M. cccc. lxxv. *Lectura super tertio libro desinit verbis:* Finit lecture dñi Nicolai suꝑ tertio: *et protinus incipit* Solēnis repetitō dñi Nicholai. ff. qui vero. c. extirpāde de p̄bēdis. q̄ in lecturis ordinarie nō habet⁹ et fuit per ip̄m repetita anno dñi. M. cccc. xv. *Huic lecturae subjungitur sequens nota typographica:* Finit repetitō ff. q. vo. sup c. extirpāde. īp̄ss⁹ Venetijs īp̄ēs⁹ iohānis de colonia ac iohānis māthē de gherretzē. m. cccc. lxxv. *Lecturae super IV. et V. libros in uno continentur volumine, ad cujus cal-*

cem legitur: Explicit lectu. dñi. Abba. sup 4.° et 5.° decretal.ˀ venetijs ĩpssa provisione Joh'is de Colonia ac Joh'is mãthen de gerretzem. *Sine nota chronologica.*

In folio majori Tom. IV .... XIII. I. 8-11.

Editio splendidissima, quae quodammodo convenit cum praecedenti; ejusque litterae initiales adfabre illuminatae coloribus, auroque visuntur. Typo gallo-franco, qui duas columnas perficit in unaquaque pagina, excusa est; et in latis marginibus, tantum in inferiori ora signaturae, sculptae sunt.

—— Exemplar alterum *lecturae super IV. et V.* Decretalium.. VI. D. 22.

—— Alia editio. *Ad calcem lecturae super I.:* Famosissimi utriusq3 iuris doctoris dñi Abbatis Siculi sup primo libro decretaliũ lectura fidelissime emẽdata. Impressa Rome p venerabilẽ virũ Magistrũ Georium (*sic*) Laur de Herbipoli. Sub Anno dñi. M. CCCC. LXXX. die vero sabbati q̃nta mẽsis februarii. Pontificatus Sanctissimi in xp̃o p̃ris et dñi nostri dñi Sixti divina p̃videntia pape Quarti Anno eius Nono. Finit feliciter.

Ad calcem lecturae super II.: Famosissimi utriusque iuris doctoris dñi Abbatis Siculi super secũdo libro decretalium lectura fidelissime emendata impressa Rome per venerabilem virum magistrum Georgium Laur de Herbipoli Sub anno dñi. M. CCCC. LXXX. die vero sabbati decimatertia mensis Maii Pontificatus sanctissimi in Christo patris et Domini nostri dñi Sixti divina p̃videntia Pape quarti Anno eius nono finit feliciter.

Ad calcem Lecturae super III.: Famosissimi utriusq3 iuris doctoris domini Abbatis Siculi super Tercio libro decretalium Lectura fidelissime emendata Impressa Rome per venerabilem virum magistrum Georgium Laur de Herbipoli. Sub anno domini. M. CCCC. LXXX. Die vero Jovis ultima Mensis Augusti. Pontificatus sanctissimi in xp̃o patris et domini nostri dñi Sixti divina providẽtia pape quarti Anno eius decimo Finit feliciter.

Ad calcem lecturae super IV. et V. libros: Famosissimi utriusq3 iuris doctoris domini Abbatis Siculi super Quarto et Quinto libris decretalium Lectura fidelissime emendata. Impressa Rome per venerabilem virum magistrum Georgium Laur de Herbipoli. Sub anno domini M. CCCC. LXXX. Die vero sabbati decimaquarta Mensis Octobris Pontificatus sanctissimi in xp̃o patris et domini nostri domini Sixti divina providentia pape quarti Anno eiˀ. decimo. Finit feliciter.
In folio majori Tom. IV .... VI. D. 1-4.

—— *Prima, et secunda pars lecturae super I. decretalium Librum. Prima pars titulum rubro colore excusum gerit in summitate columnae primae primi folii recti, atque est hujusmodi:* Lectura. D. Abbatis siculi super primo decretalium ultra omnes alias magis completa et perfecta. Cũ hic eiusdẽ. D. Ab. scripta ĩserta sint: a titulo Dˀ trãslatione ep̃i usq3 ad. C. in p̃ntia de renũ. q̃ ante huiusmodi g̃nis novã ĩpressinẽ ñ prodienũt in lucẽ. Hic et scripta. D. Antonij Dˀ butrio apposita invenies: ab illo. C. ĩ p̃ntia ad titulũ de offi. delega. In quibus titulis ɔstat ip̃m Abbatẽ ñ scripsisse. *Prima ista pars desinit hac conclusione:* Domini Abbatis siculi pars p̃ma super primo decretalium Diligentissime emendata feliciter finit. Post hec sequuntur additiones ejusdem. D. Abbatis

una cū additionibus. D. Antonij de butrio. *Post vacuam paginam, incipit Pars secunda a titulo:* De officio et potestate iudicis delegati. *In calce hujus legitur:* Finit secunda pars Dñi Nicolai siculi ab. super primo libro dec. una cū additionib' ipsius et. D. An. de bu. ceteris huiusmodi operis īpressionib'magis copiosa et perfecta ac diligenter emēdata. Impressa per Franciscum gyrandengū Venetijs. M. cccclxxxiiij. die. vj. Octobris.

In folio majori.. VI. D. 10.

—— Exemplar alterum.................................. VI. D. 14.

—— Alia editio. *Hujusmodi titulus, rubro coloro impressus, extat in summitate primae columnae:* Nicolai abbatis panormitani lectura sup primo decretaliū amplissima: nupq3 in florentissimo papiēsi gymnasio accuratissime emendata. Hic eiusdē dñi abbatis inserta sunt a titulo de translatione epi usq3 ad c. in presentia de renū. Hic et scripta d. antonij de butrio apposita invenies ab illo. c. in presentia ad ti. de offi. dele. in q̄bus constant ipm abbatem non scripsisse. *In fine*: Rubrice de trãslatione epi vel electi per. do. Abbatē lecte et noviter invente cū lectura excelentissimi (sic) utriusq3 iuris interpretis. do. An. de butrio inserte. ingenio. īpēsisq3 Bernardini de Tridino Venetijs īpresse Anno incarnatiōis currēte. M. cccc. lxxxviij. tertio Idus Iunij fel'r expliciūt.

In folio majori.. VI. D. 20.

—— Exemplar alterum.................................. VI. D. 14.

—— Exemplar tertium .... VI. D. 21.

—— Alia editio *Lecturae super secundam partem Libri primi, quae incipit a* Rubrica De officio, et ptate iudicis delegati; *eaque desinit hac nota typographica*: Exactū opus hoc: videlicet secūda pars decretalium Dñi Nicolai Siculi felicit' finit: Castigatū vo habes adeo ut nihil sit ex omni parte addendum. Curam vero ac diligentiam adhibuit optimus vir Bernardinus de tridino Venetijs. Anno. M.cccc.lxxxvij. die. XV. mensis Novembris.

In folio majori.. VI. D. 20.

—— Exemplar alterum.................................. VI. D. 14.

—— Alia editio, *quae terminatur hisce verbis:* Secunda super primo decretaliū optatum finem iam adepta est. Fuit enim sūmo cum labore ac ingenij acumine Paridis de gavio ab erroribus nudata: pluribusq3 colūnis varijs in locis d'ficientibus aucta. Venetijs impressa sumptibus et cura Joānisantonij birete (sic) et Frācisci ghirardenghi anno. M. cccclxxxvij. quarta die decemb.

In folio majori. *Extat colligata cum praecedenti*................. VI. D. 21.

—— Lectura super primam partem libri secundi. *Ad calcem*: Exactū hoc opus videlicet lectura Dñi Nicolai siculi sup parte pma libri secūdi decretaliū: inclytis famosisq3 characteribus optime quondā in hac parte magistri Nicolai ienson gallici: q° nihil pstātius: nihil melius: nihilve dignius. Castigatū vero habes adeo: ut nihil sit ex omni pte addendū. Curam vero ac diligentiā adhibuit optim' vir andreas de asula Venetijs olympiadibus dominicis: Anno videlicet. M. cccclxxxiii. ix. calendas augusti. Laus Deo. *Huic notae subnexum cernitur signum rubrum Typographi.*

In folio majori.. VI. D. 9.

—— Alia editio, *quae sequenti conclusione desinit:* Finitur prima pars dñi Nicolai siculi super secũdo decretaliũ. Impressa per Francisum gyrardengũ. M. ccccłxxxv. die x. Maij.

In folio majori.. V. D. 11.

—— Alia editio, *ad cujus calcem Typographus notavit:* Explicit Lectura dñi Nicolai Siculi super prima pte libri secundi decretalium. Venetiis per optimum et egregium virum Bernardinum de tridino. M.cccc.lxxxvij. die. viij. mensis Januarij.

In folio majori.. VI. D. 13.

—— Exemplar alterum.. VI. H. 12.

—— Alia editio. *In fine legitur:* Prime ptis super scđo decre. finis adest. Impressa est Venetiis impēsis Joannis Antonij de biretis et Francisci de ghirardengis. Revisa in ticinensi academia ab erudito utriusq3 iuris scholare Paride d' gavio. M.cccclxxxviij. die xviij. Februarij.

In folio majori.. VI. D. 7.

—— Lectura super secunda parte libri secundi, *quae hoc pacto desinit:* Explicit secũda ps sup scd'o decretaliũ do. abbatis siculi Papie impressa p Franciscũ de ghirardengis Anno dñi. M. cccc. lxxxij. die xxij. Marcij. *Sequitur* Registrum.

In folio majori.. VI. D. 17.

—— Alia editio. *Ad calcem:* Exactũ hoc opus videlicet scd'a pars secũdi decretaliũ libri Nicolai siculi inclytis īstrumētis famosisq3 characteribus optime quondam in hac arte magistri Nicholai Jenson gallici quo nihil pstantius nihil melius nihilve dignius. Castigatum vero hēs adeo ut nihil sit ex omni pte addendũ. Curā vero ac diligentiam adhibuit optimus vir Andreas de Asula Venetijs olympiadibus dñicis āno videlicet. Mccccłxxxiij. tertio idus Martij. Laus deo. *Signum rubrum Typographi subnectitur huic notae.*

In folio majori.. VI. D. 5.

—— Alia editio, *quae desinit sequentibus verbis:* Exactum hoc opus Ut secunda ps secundi decretalium libri Nicolai siculi. Impressa per Franciscum Girardengum M.° cccc.° lxxxv.° die xv. Junii.

In folio majori.. VI. C. 11.

—— Lectura super tertia parte libri secundi. *Ad calcem:* Domini abbatis siculi pars tertia super secundo decretalium diligentissime emendata feciliter (sic) explicit: per Franciscum de girardengis Papie impssa. M.° cccc.° lxxxij. die xxij. Madij. *Huic adcedit* Registrum.

In folio majori.. VI. D. 6.

—— Alia editio. *Legitur in calce:* Exactũ hoc opus videl' Lectura dñi Nicolai siculi sup parte tertia libri secũdi decretaliũ: inclytis famosisq3 characteribus optime quondā in hac parte magistri Nicolai ienson gallici: q̄ nihil pstātius: nihil melius: nihilve dignius. Castigatum vero habes adeo: ut nihil sit ex omni pte addendũ. Curā vero ac diligentiā adhibuit optim' vir andreas de Asula Venetijs olympiadibus dominicis: Anno videl'. M. cccclxxxiij. ix. calendas augusti. Laus deo. *Adcedit signum rubrum Typographi.*

In folio majori.. VI. D. 5.

—— Alia editio. *In fine :* Domini Abbatis Siculi pars tertia super secundo decre. finitur. Impressa Venetijs per Franciscum gyrardengum. M. cccc.lxxxv. die. xv. Julii.
In folio majori.. VI. C. 11.

—— Lectura super tertio libro Decretalium , *quae sic desinit :* Super tertio dec̄. Lectura dñi Abbatis siculi finit. Impressaq3 p̄ Frãciscū gyrardengum. M. cccc.lxxxvj. die xx. Aprilis.
In folio majori.. VI. D. 12.

—— Alia editio. *Ad calcem :* Super tertio decre. lectura dñi Abbatis Siculi finitur. Impressaq3 venetijs per Bernardinum de tridino. M.ccccIxxxviij. die xiiij. Aprilis.
In folio majori.. VI. D. 16.

—— Alia editio. *In fine:* Sup̄ tertio decre. p̄clara lectura famosissimi doctoris dñi Nicolai Siculi cincta optimis gl. seu additōibus excellētissimi iuris vtriusq3 doctoris dñi Bartholomei de bellēzinis et alio4 prudētium viro4 ɔveniētibus dictis hic finit cum Laude dei. Impressa autē Venetijs ut cetere p̄tes impēsis ītegerrimo4 virorum dñi Joānisantonij de biretis et Francisci de ghyrardenghis. Anno M.ccccIxxxviij. die vj. Septēbris.
In folio majori.. VI. D. 15.

—— Lectura super iv. et v. Libris Decretalium. *In fine libri iv.* Explicit Lectura do. Abb. Siculi super quarto libro decretalium. Sequitur lectura eiusdem super quinto. *In calce hujus :* Habetur hic optatus finis lecture Abbatis Siculi sup̄ quinto decretaliū cuius sūmo deo laus maxima reddatur. Impressa enim fuit hec pars nec non et reliq̄ precedentes īpensis et cura ītegerrimi viri Joānis antonij de biretis ac Francisci gyrardengi socio4. Anno dñi. Mccccixxxvi. die v. Junij.
In folio majori.. VI. D. 18.

—— Exemplar alterum.. VI. C. 12.

—— Alia editio, *quae desinit sic:* Ultima pars clarissimi et famosissimi doctoris. do. Abbatis panor. super quarto. s. et quīto decretalium hic finit calēdis Augusti. Mccccixxxviij. cincta optimis glosis seu additiōibus clarissimi iuris utriusq3 doctoris do. Bartholomei de bellēzinis et aliorum insignium virorum. Impressa vero Venetijs impēsa et cura ītegerrimorum virorum do. Joānis antonij de birētis et Francisci de ghirardēghis. Et ī primis diligēter emendata per Paridem de raviolis iuris utriusq3 scholarē ad laudem dei et ɔmunē volētium utilitatem.
In folio majori.. VI. C. 20.

—— Quotidiana , et Aurea Consilia. *Praecedit Tabula , cum hac inscriptione :* Jesus. *Exinde :* (h) EC est tabula per alphabetū ad inveniendū materias oīns et casus. Contentos in quottidianis ac aureis conscilijs (sic) reverendi domini Nicolai de tudeschis de sicilia Abbatis Mamaceñ. noviter edita ac composita per celeberrimum utriusq3 Juris doctorem equitemq3. Insignem dominum Ludovicum bologninum de Bononia. Anno domini. M.cccc.lxxiiij. die x. mensis octobris. *Huic inscriptioni subjecta legitur brevis ejusdem* Ludovici Bolognini

68

Praefatio, quam excipit ipsa Tabula cum Adjectione quadam, *II. priora occupans folia. Ad Tabulae calcem legitur sequens Epigramma :*

Hic brevis et facilis : foeliciter explicit ordo
    Et modus : et forma : que bene queq3 docent.
Qualiter hos abbas : toto memoratus in orbe
    Conscilijs (sic) casus : tradidit ac posuit.
Hic bene querenti : quasi cuncta parata dabūt'.
    His bene querenti : multa petenda iacent.
Hos igitur quicunq3 leges : cum renuge (sic) casus.
    Hic nuper posito : dicere non pigeat.
Sit laus immenso regi : summoq3 tonanti.
    Qui fere submersum : reddere fecit opus.
Et tibi non desit Ludovico de bologninis.
    Divini semper : numis (sic) auxilium.
Nec mihi Francigene formis qui cuncta peregi.
    Andree desint : undiq3 pecunie.

Post albam paginam, opus incipit in folio XII. a titulo primae columnae inscripto : In dei noīe. Amen. Infrascripta sūt consilia seu allegationes facte seu composite per Reverendum prēm et dominum dn̄m Nicolaum de sicilia abbatem Mamaceñ. decretorū doc. subtilissimum. Anno dn̄i. M.° cccc.° xxv.° *Ad lineam x. secundae columnae folii cxxviii. recti opus desinit verbis :* Laus deo. *Exinde Typographus sequentem notitiam subjunxit :* Expliciunt quottidiana et utilian coscilia (sic) reverēdi. D. Abbatis Mamacensis domini Nicolai de tudeschis de sycilia excellētissimi decreto4 dctoris (sic). ac domini nostri pape auditoris camere et rote dignissimi. nec non tria vel quattuor alia aliorum eximio4 doctorum predictis adiuncta que iam diu apud paucos reperiebant' et valde cōrupta et longa emēdatione egētia noviter autem ad pleniorem lucem producta et edita cum nove tabule impositione pro ibi ɔtinentis (sic) facile reperiendis ac fideliter emendata p̄ celeberrimū utriusq3 iuris doctorē equitēq3 insignē dn̄m Ludovicum Bollogninum (sic) de Bononia impresētia Jura civilia ordinarie de mane in almo Ferrarie gymnasio actu legentem. Per me autem Magistrū Andream de Francia Litteris eneis impicta t'ditaq3 die xxij. Februarij. Anno dn̄i. M. cccc. lxxv. in predicta civitate Ferrarie divo Hercule Estensi foeliciter regnante. etc. etc. Laus Omnipotenti deo. q' vivit et regnat in secula seculorum. Amen. *Post vacuam paginam, adcedit in ultimo folio recto* Registrum hujus libri, *cui subnexum est sequens Epigramma :*

Artifices veterū phidias : laudentq3 myrones
    Et polycleteas secula prisca manus.
Qui meliore nota libros paraverit omnes.
    Qni (sic) mage celato servet in aere fidem.

Neq3 tibi Andrea veterum neq3 ꝑtulit aetas
Nostro parē hoc merito carmīe nomē habe
Iam timeat nullus sinuosa volumīa scriptor
Edere : quodcūq3 est ars tua claudit opus.

In folio majori .... XII. I. 23.

In brevi Praefatione *Ludovici Bolognini*, praeposita memoratae Tabulae, haec verba leguntur: *Statui ..... opus hoc diligenter et fideliter per me emendatum, ac de verbo ad verbum seriose pernotatum literis aeneis impingendum tradere.* Literae *aeneae* hic, et in subscriptione denuo memoratae videntur excellentiam quamdam editionis designare, quam tamen definire non facile valerem. Nec adsentiendum arbitramur nonnullis Bibliographis, qui nimis praeconceptis opinionibus, vel potius erroribus adhaerentes adfirmare non dubitarunt, quamplures editiones, quae per haec tempora, vel ante prodierunt, propter nonnullas litterarum inaequalitates, linearumque irregularitates, litteris ligneis impictas fuisse; quod quidem falsum omnino est. In hac autem editione, maxima est litterarum aequalitas, summa linearum, columnarumque reotitudo; tantus impressionis nitor, ut liber sine voluptate videri non possit. Cum his conjuncta est chartae qualitas, marginum amplitudo, et si quid est aliud, quod libri alicujus pretium pulchritudinemque augere possit. Character ipse, etsi semi-gallo-francus, pulcherrimus tamen est, et nitidissimus, qui in qualibet columna, quibus paginae componuntur, summam perficit lxi. linearum. Signaturae numeri foliorum, et reclamantes desunt, et pro initialibus parva elementa Typographus adposuit. Ob Exemplarium impressorum paucitatem tam rara est praesens editio, ut in una tantum bibliotheca, scilicet *Andreae Zannoni*, repenta sit.

—— Exemplar alterum.. VI. C. 24.

—— Alia editio. *Post verbum*, JESUS *in summitate primae paginae inscriptum, sequitur, ut in praecedenti editione, Epistola, vel Praefatio* Ludovici Bolognini, *eamque excipit* Tabula Alphabetica, *quae desinit in aversa pagina folii xii. cum Epigrammate quatuordecim versuum, supra notato; sed in hoc postremi duo versus sic leguntur :*

Nec desinit nobis Petro pariterq3 Johanni.
Qui sumus actores undiq3 pecunie.
Idem Ludovicus bologninus etc. etc.

In sequenti pagina occurrit Adjectio tabulae etc. *et aversa est alba. In folio recto xiii. opus initium sumit a titulo :* IN DEI OMNIPOTENTIS NOMINE AMEN. Infra scripta sunt ɔsilia seu allegatōes facte seu composite ꝑ reverendum patrem et dominum dñm Nicolaū de sicilia abbatem Mamaceñ. decretorum doctorē subtilissimū anno domini. M.° cccc. xxv. *In prima columna aversi folii clvi. ad lineam vii. opus desinit verbis :* Laus deo. *Exinde post vacuum spatium x. linearum :* Expliciunt quottidiana et utilia cōsilia (sic) reverendi D. Abbatis mamacensis dñi Nicolai de tudeschis de sicilia excellentissimi decretorum doctoris ac domini nostri pape auditoris camere et rote dignissimi nec non tria vel quattuor alia aliorum eximiorum doctorū ꝑdictis adiuncta que iam diu apud paucos repiebantur et valde corrupta et longa emēdatione egētia noviter autē ad pleniorem lucem producta et edita cum nove tabule impositione pro ibi continentis (sic) facile reperiendis ac fideliter emendata per celeberrimum utriusq3 iuris doctorem equitemq3 insignem dñm Ludovicum bologninum de bononia ī presētia iura.

civilia ordinarie de mane ī almo ferrarie gymnasio actu legentem. Per magistros Petrum de arāceyo et Johānē de tornavo Litteris eneis impicta traditaq3 die ix. Madii. Anno dñi M.° cccc.° lxxv. ī predicta civitate ferrarie. Divo Hercule estensi foeliciter regnante etc. Laus omnipotenti deo qui vivit et regnat ī secula seculorum. Amen. *In secunda columna extat* Registrum huius libri.
In folio majori.. VI. C. 8.

Differt haec editio a praecedenti, in eadem urbe *Ferraria*, eodem anno 1475. impressa per *Andream de Francia* tribus tantum mensibus, nam illa die *xxII*. Februarii confecta fuit. Editio est pariter mirae prorsus elegantiae; cujus character, licet semi-gallo-francus, et aliquantulum major praecedenti, nitidus tamen, et venustus est. Quoad vero chartae qualitatem, ac typographicum opificium, cum praecedenti adamussim convenit.

—— Alia editio, *cui praemissa est* Tabula *praefata, foliis xIII. comprehensa. Incipit deinde ipsum opus in media folii primi pagina, nam altera media pars vacua est a titulo supra notato. In folii clII. columna secunda* Nicolai *consiliis absolutis, addidit* Ludovicus Bologninus *et alia, quae non* Abbatis Panormitani *sunt, sed in scriptis illius invenerat. Ad calcem operis sequens legitur notitia:* Expliciunt quotidiana et utilia ɔsilia reverendi D. Abbatis mamacēsis domini Nicolai de tudeschis de sicilia excellentissimi decretorum doctoris ac domini nostri pape auditoris camere et rote dignissimi nec non tria vel quatuor alia aliorum eximiorum doctorum predictis adiuncta que iam diu apud paucos reperiebant' et valde corrupta et lōga emendatione egentia noviter autem ad pleniorem lucem ꝑducta et edita cum nove tabule impositione pro ibi ɔtinentis (sic) facile reperiendis ac fideliter emendata ꝑ me Johannem Koelhofi de Lubeck Colonie civem literis eneis impicta traditaq3 die ꝑma octobris Anno domini. M.cccc.lxxvij. in predicta civitate etc. Laus omnipotenti deo qui et regnat in secula seculorum. Amen. Deo gratias.
In folio majori.. XII. J. 46.

Editio rarissima, foliis 170 contenta, typo gallo-franco minusculo, chartae firmae, et albae impressa est. Quaevis pagina duas complectitur columnas 53. linearum. Litterae initiales parvae extabant, antequam Miniculator majores rubro colore reddidisset. Nulli custodes, nullique paginarum numeri visuntur. Plagularum fasciculi sunt octodecim, qui litteris *A-S.* signati cernuntur.

—— Alia editio, *cui deest in nostro exemplari* Tabula Alphabetica, *et opus incipit post titulum supra notatum. Ad calcem :* Expliciūt consilia reverendi. Do. nicolai abbatis monacensis (sic) doctoris excellentissimi camereq3 apostolice auditoris dignissimi nec non tria vel quatuor alia aliorum eximio4 docto4 predictis adiuncta emendata per celeberrimum iuris utriusq3 doctorem equitemq3 insignē dominum Ludovicum bologninum de bononia. Venetiis impressa per optimos viros Peregrinum de Pasqualibus et Dominicum de bertochis bononienses. Anno domini. M.ccccłxxxvj. die xiiij. mensis decembris. Inclito Augustino barbadico duce felicissimo regnante etc. Laus deo. *Huic subnectitur* Registrum. *In penultima pagina occurrit* Tabula Titulo4 sex rubrica4 huius voluminis et Capitulo4 sub eis ɔtento4 et ī quo folio seu chart. reprient', *quae quidem Tabula*

rubro et nigro coloribus impressa cernitur. Desinit: Et sic est finis. LAUS DEO. In folio majori.. VI. C. 22.

—— Consiliorum *volumen II. In postica pagina folii primi leguntur* Vocabula ɔtēta in pñti Tabula a nobis edita suꝑ hoc pñti scd'o ac etiam suꝑ ꝑmo voluminibus Consilio4 Abbatis Siculi Panormitani. *In sequenti folio* Tabula ex ordine super primo olim: Et a nobis secūdo ɔsilio4 Abbatis Siculi panormitani volumine novissime impresso nostro munere aedita. Felicissime incipit. *Desinit in secunda columna folii XII. aversi, his verbis:*

Laus xpo salvatori nostro eiusq3 mr̄i
Marie virgini et oīb' Sanctis
Finis Tabule.

cui subnectitur Registrum. *Folium XIII. est album in prima pagina, et in secunda occurrit Epistola quaedam sic inscripta:* Robertus Strotius florentinus: canonic' pisanus: iuris utriusq3 doctor humillim' in pisano gymnasio ordinariā legens: quibuscūq3 gymnados eiusdem civili iureq3 pōtificio praeditis et studētib' S. D. P. *Epistolam excipit sequens Epigramma:*

P. Bargetanus: iuris utriusq3 cultorib. S.

Juris honos gemini: legum vis: certa potestas
Usu prae cunctis nobiliore locis
Maiorum culpa sub nocte abstrusa silenti
Hactenus: et laethes tam sacra gemma lacu
Consilia abbatis siculi digesta secundis
Ordine sub titulo docta voluminibus
Officio in lucem Strozi venere roberti
Pisani iubaris pectore gymnasii
Delphinis solio: tectis sub arionis altis
Piscie opum domine: pieridumq3 sacro
Causidici insignis: legum radiantis alumni
Rite orlande tua pressa iacobe manu
Munus io latij iuvenes pensate superbum
Doctorumq3 omnis clara corona soli.
Juris: et aequarum tanto pro lumine legum
Auctorum meritis laudibus este boni.
Divina humanis non sunt libranda: peremni
Enthea sit dono praemia fama virens.
Vindice non opus est: sanis placuisse: probentur
Discat et anthyceris critica samna vadis.

In sequenti folio opus incipit a titulo primae columnae excuso: Infrascripta sunt ɔsilia utilia et quotidiana noviter in lucem edita Secundi Voluminis Reve-

rēdi patris p̄clarissimi iuris pontificij monarce. D. Nicolai de Tudeschis abbatis Monacensis Siculi Panormitani. *Terminatur in prima columna ad lineam v. folii cxv. recti, et post verba,* Laus deo, *legitur sequens nota typographica:* Reverendi in Christo patris: ac U. J. interp̄tis. D. Nicolai Abbatis Monacen. Siculi Panormitani scdꝰi. voluminis osilia ex exemplari ab originalibus (ut in illo legimus) extracto accuratissime assumpta foeliciter expliciūt: Piscieq3 impressa impensis nobilium iuvenū Bastiani et Raphaelis filiorum Ser Jacobi Gherardi de Orlandis de Piscia: opera Sigisimūdi rodt de Bitsche et aliorum opificum etc. sub annis īcarnatiōis dn̄i nostri Jesu christi M. cccc. lxxxviij. et die ij. mēsis Septē. Ad laudem et gloriam domini nostri eiusq3 beate gloriose Virginis Marie et sanctorū Jacobi et Sebastiani totiusq3 celestis curie paradisi. *In secunda columna occurrit* Registrum huius operis.

In folio majori.. VI. C. 24.

Editio insignis raritatis, quae in operibus bibliographicis ac catalogis quam rarissime apparet. Recensetur, sed absque ulla descriptione, *a Denisio in Supplem. pag. 254.*, et a *Morellio in Catal. Pinelliano Tom. 1. pag. 188.*; hinc ut rei bibliographicae cultores perfectam hujusmodi editionis cognitionem adquirant, illam paucis describam. Typus, quo hoc opus impressum est, gallo-francus majusculus, est ac satis pinguis. Charta est firma admodum, nec non alba, et levigata. Singulae columnae, dummodo integrae sint, 66. complectuntur lineas. In amplis marginibus nulli reclamantes, nullique paginarum numeri observantur, attamen plagularum fasciculi sunt omnino litteris, Romanisque numeris signati. Litterae initiales modo parvae occurrunt, modo desunt; et pro distinctionis signis, punctum tantummodo adhibuit Typographus, qui hoc anno, scilicet, 1488. impressit *Pisciae* duo tantum opera, scilicet *Epitomam rei militaris Flavii Vegetii*, et *Nicolai Siculi Consiliorum vol. 11.* et in sequenti anno 1489. *Senis* exaravit *Petri Philomusi clausulas, locutiones etc. etc.*

—— Disputationes, et Allegationes. *Praeit* Tabula Alphabetica, *quinque foliis contenta, et post sextum vacuum* Incipiunt subtilissime ac utilissime desceptationes et allegationes reverendi domini Nicolai abbatis siculi utriusque iuris interpretis ac per omne evum iuris monarce senis et alibi per eum accuratissime disputate. *Ad calcem:* Expliciunt disputationes ac desceptatiōes reverendi dn̄i Nicolai abbatis siculi utriusq3 iuris doctoris. Impresse Venetijs per Joannē de forlivio, et Grego. fratres. Anno dn̄i. Mcccclxxxvij. die xix. Madii. *Adcedit* Registrum.

In folio majori.. VI. C. 21.

—— Repetitio super Cap. Eccles. si quis contra Cler. *Nullus praefigitur titulus, pro quo spatium extat, a Calligrapho excribendo. Ad calcem:* Repetitiones excellentissimi do. Abba. siculi super c. Ecclesie sancte Marie. et. c. Si quis contra clericum noviter ad lucem progresse feliciter expliciunt. Impresse Venetijs p̄ Bernardinū de Tridino de monte ferrato. Anno salutis Mccccclxxxxi. Die iij. Februarij. *Adcedunt* Registrum, *et notum signum Typographi.*

In folio majori.. VI. C. 15.

—— Glossae Clementinae, cum quibusdam aliis allegationibus occurrentibus. *Titulus, qui operi praefigitur, sic extat in summitate primae columnae folii primi recti:* Incipiunt glo. cle. cum quibusdā aliis allegationibus occurrentibus nota. digne collecte per D. Nicolaū siculū monacensem abbate dignissimū

nūc Archiepiscopum panormitañ. *Ad lineam xxxi. secundae columnae folii recti lvii. opus desinit, et protinus subjungitur:* Expliciūt glo. cle. cū quibusdā aliis allegationibus occurrētibus collecte per dominū Nicolaū Siculū Monacensem abbatē dignissimum nunc archiepm Panor. Rome impresse per magistrum Johannem Gensberg Auspitio et favor (sic) excellentis doctoris domini Johannis. Aloisii tuscani de Mediolano advocati cōsistorialis Anno salutis. M. cccc. lxxiiii. mensis Januarii. die. xxi. Sedente. Sixto. iiii. pontifice maximo.
In folio majori.. VI. C. 1.

Rudi Romano typo, ad semi-gallo-francum accedente, excusa est praesens editio, et in quavis integra columna lineae 54. numerantur. Signaturae, custodes, et foliorum numeri desiderantur; initiales vero, ut plurimum, parvis supplentur elementis.

—— Alia editio, *cujus titulus*: Incipiunt glo. cle. cum qbusdam alijs allegationibus nota. digne collecte p dñm Nicolaum siculum momacensem abbatem dignissimum nunc Archiepiscopum panormitañ. *Ad calcem:* Expliciunt glo. cle. cum quibusdam alijs allegatiōibus occurrētibus collecte per dñm Nicolaū Siculum monacensem abbatē dignissimum nūc archiepm Panor. Correcte per excellētem iuris utriusq3 doctorem D. Frāciscum Brevium Venetum in Patavīo studio lecturā sexti et cle. optinētē (sic). ac īpēdio Bernardini de novaria Venetijs impsse Anno dñi. M. cccc. lxxxx. die xxviiii. Januarij. *Sequitur* Registrum.
In folio majori.. VI. C. 17.

Tuppi Francisci. Paraphrasis *italica* Vitae Aesopi, *et* Fabularum *ipsius*, *cum* tropologia, allegoria, anagogia, *et* exemplis. *Vide Tom. 1. pag. 12. Art.* Aesopi.

Turisani Monaci plusq3 omentum in microtegni galieni Cum questione eiusdem de ypostasi. *Is titulus excusus majoribus gallo-francis elementis occurrit in prima voluminis pagina. Opus incipit in secundo folio recto, cui idem praefigitur titulus, et ad calcem* Commenti: Explicit Commentum Turisani in librum Galieni qui microtechni inscribitur. *Sequitur* Tabula digressionum et dubitationum otēta4 ī h° volumīe; *qua expleta, incipit* Turisani de Turisanis monaci Cartusiensis questio de ypostasi; *quae hoc pacto desinit:* Turisani de Florētia explicit de ypostasi, tractatus tria habens capitula. *Exinde:* Venetijs impressus mādato et expēsis nobilis Viri domini Octaviani Scoti Civis Modoetiensis 1498. pridie ydus apriles. Per Bonetū Locatellū Bergomensem. *Sequuntur* Registrum, *et* Octaviani Scoti *signum typographicum.*
In folio.. VIII. D. 6.

Turrecremata Joannis de. Expositio super toto Psalterio. *Praecedit Auctoris Epistola ad* Pium II., *quae duo priora occupat folia. In folio tertio recto incipit Expositio, et primo* Psalmo *sequens praefixus est titulus:* Psalmus Primus. In quo describitur processus in beatitudinē. *Ad calcem:*

REVERENDISSIMI CARDINALIS SANCTI
Sixti Expositio brevis et utilis super toto psalterio.
Romae impressa die Quarta mensis Octobris per
honorabilē virum magistrum Udalricum Gallum
de Bienna Anno domini Millesimoquadringen
tesimoseptuagesimo. Laus Deo.

In 4.° .... XIII. C. 24.

Editio princeps, et rarissima, quae paucis nota fuit. *Debure Bibliogr. instr. Tom. 1. num. 241.* Moguntinam anni 1474. imperito appellat primam. Excusa cernitur duplici charactere, Romano nempe minori, et gallo-franco majori, qui adhibetur in prima linea cujuslibet Explanationis, et exhibet aliquid ex primo versiculo Psalmi, qui explanatur, nunc plus nunc minus, et quandoque etiam aliquod vocabulum ipsius Explanationis. Sequentium versiculorum Explanationes in quovis Psalmo distinguuntur per litteram initialem majusculam ejusdem characteris. Prima Praefationis linea, ac prima subscriptionis sunt etiam ex eodem gallo-franco typo. Textus Davidicus distinguitur a Commento duabus lineolis in utraque extremitate adpictis, ita ut Miniculator lineam etiam, rubro cum atramento, duxerit ab una ad alteram lineolam. Charta hujus editionis plurimum albet, nec firmitate parum commendatur. Principes initiales Minicularii industria fulgent quam maxime auro, coloribusque variis. Lineae 33. in paginis integris inveniuntur; margines nullo impresso signo praediti visuntur. Foliis 204. totum absolvitur volumen. Epigramma *Anser Tarpeii* etc. etc. quod velut in ultima pagina impressum indicat *Audiffredus pag. 43.* nullatenus in nostro exemplari excusum fuit, sed post adlata verba typographicae notitiae spatium adest vacuum, quemadmodum vacua adparet sequens pagina.

—— Alia editio, *quae est ejusdem generis, ac editio praecedens, cujus est ad unguem imitatio: ita ut alia non sit discrepantia, quam in quibusdam abbreviationibus, passim in opere occurrentibus, et in nota chronologica, quae in hac sic habetur:*

REVERENDISSIMI CARDINALIS SANCTI
Sixti Expositio brevis et utilis super toto Psalterio: Rome Impressa die vicesima prima mēsis Februarii: sedēte
Sixto quarto pontifice maximo: per providum virum
magistrum Lupum gallum frēm mgr̄i Vdalrici galli de
Bienna. Anno domini Millesimo quadringentesimo sep
tuagesimo sexto. Finit feliciter.

Occurrit etiam in penultima pagina Registrum hujus Libri.
In 4.° .... I. D. 1.

—— Exemplar alterum .... I. D. 12.

—— Quaestiones Evangeliorum tam de tempore quam de Sanctis. *Operi praeponitur Auctoris Epistola sic inscripta:* SACRO ET COLENDISSIMO REVErendissimo4 patrū scē Ro. eccl'ie dñorum Cardinaliū collegio suus humilis s'vitor Johānes de Turrecremata Epūs Sabineñ sce. Ro. eccl'ie Cardinalis scī sixti vulgariter noīatus seipm cum humili recōmēdatione. *Haec vero Epistola totum fere primum folium occupat. In fronte* Quaestionum de Sanctis, *locus vacuus relictus est, ad aliquam fortasse adpingendam figuram. Ad lineam xxviii. folii recti ccxxxviii. opus desinit, et post duarum linearum spatium subjungitur sequens nota typographica:*

Quaestiones evangeliorū tam de tempore q̄ de sanctis collecte per R. D. Johannē de turre cremata episcopum sabinen. sancte romane ecclesie cardīalem sancti Sixti expliciūt hic. Impsseq3 rome per magistrū Johannē scheurener de bopardia. Sub anno dn̄i etc. MCCCCLXXVII. Die mercurii ultima mensis aprilis.

In aversa pagina habetur REGISTRVM HVIVS LIBRI.
In folio parvo.. XIII. C. 2.

Excusor hujusmodi editionis, quae parum obvia nunc est, usus est optima charta alba, et compacta, sed pessimo charactere, ita ut nullus ex Romanis Typographis deformiorem typum unquam adhibuerit in libris imprimendis. In qualibet integra pagina numerus linearum 39. reperitur. Idem Typotheta nullam impendit operam reclamantibus, foliorum numeris, signaturis, ac initialibus imprimendis, prima solummodo excepta, quae ab Illuminatore suppleta visitur.

—— Exemplar alterum.................................... II. C. 5.

—— Alia editio, *duobus voluminibus contenta. Volumen I., quod* Quaestiones super Evangeliis totius anni de Tempore continet, *initium sumit ab Epistola Auctoris, quam in praecedenti editione indicavimus, quaeque desinit ad lineam III. folii secundi recti; et protinus ipsum opus incipit a verbis :* In prima dn̄ica advent⁹ apud fr̄es p̄dicatores dicit⁹ ill⁹d evāgeliū. Math. xxi. Cū appropinq̄sset ihūs iherosolimis etc. etc. *Ad calcem folii aversi clxxxv. volumen desinit sequenti conclusione :* Questiones super evangelia de tempore Johānis de turre cremata. Finiūt feliciter. Impresseq3 Nurm̄berge per Fridericū Creussner eiusdē civitatis incolā. Sub anno dn̄i. 1478. *In fronte voluminis II. tituli loco legitur:* Quaestiones evangeliorū de sanctis collecte per R. D. Johannē de turrecremata Episcopū sabineñ. Sancte romane ecclesie cardinalem sancti Sixti Incipiunt feliciter. *Dein sequitur :* In festo beati Andree est evangeliū. Ambulās ihesus etc. etc. Math. 4. Circa quod possūt disputari sequētes q̄stiones. *Ad calcem ultimi folii aversi sequens occurrit impressionis nota:* Quaestiones evangeliorum de sanctis collecte, per Reverēdum dominum Johannem de turrecremata Episcopum sabineñ. Sancte romane ecclesie Cardinalem sancti Sixti expliciūt feliciter. Impresseq3 Nurin̄berge p̱ Fridericū Creussner eiusdem civitatis incolam. Sub anno domini. M. CCCC. LXXviij. Laus deo clementissimo.
In folio parvo. Tom. II.................................. XIII. C. 18-19.

Hujusmodi editionis *Maittairus*, et *Baur* nullam habuere notitiam; *Roederus* vero, et *Braun* in *Catalogis lib. Saec. xv.* impressorum eam memorarunt. Opus hoc typo gallo-franco majusculo, ac satis pingui impressum est. Charta admodum firma, et compacta, sed minus alba. In qualibet integra pagina numerantur lineae 35. Signaturae nullae occurrunt, nulli custodes, aut paginarum numeri; nullaeque litterae initiales, pro quibus spatia tantum exstant. In Epistola, supra notata, qua Auctor opus suum S. R. E. Cardinalium Collegio dicat, queritur inter alia, quod *inter prelatos pauciores sint, qui sacre theologie profundioribus rebus operam dent studiis.* Hinc autographum suum *Guilielmo Cardinali Rothomagensi* commisit, ut is copiam exscribendi caeteris faceret, qui ipsius Quaestionibus uterentur post meridianum cibum. Id patet ex epistolae conclusione.

—— Alia editio, *cujus prima pagina sequentia verba continet, majoribus gallo-francis elementis impressa :*

QVESTIONES SVPER
EVANGELIIS TO
TIVS ANNI
Edite per Reverendū. d. Joannem de Turre
Cremata : ordinis predicato4 : episcopū Sa
binensem: sancte Ro. ecclesie Cardinalē
S. Sixti. Nuperrime Impresse Brixie
per Angelū Britānicū de pallazolo
Cui ꝑ illustrissimū ducale Vene
to4 dominiū Cōcessum est: ne
quis tale opus sub sua ditio
ne imprimere audeat : aut
alibi impssum : vēdere :
infra quinquenniū :
Sub pena ut ī gra
tia contenta.

In secunda pagina occurrit Epistola fratris Gregorij Britānici. In opus hoc divinū. R. d. d. Joānis de Turre Cremata ordinis predicato4 : episcopi Sabinensis Sancte romane ecclesie Cardinalis S. Sixti. Ad lectorem. *In sequenti folio recto incipit* Tabula hujus operis, *quae quinque occupat folia. In folio VII. incipit opus a Prologo, sive Epistola Nuncupatoria* Cardinalis de Turre Cremata, *qua opus suum* Sacro Collegio Cardinalium *dicat. Ad caloem voluminis*: Questiones evangeliorum tam de tempore q̄m de sanctis collecte: per R. D. Joānem de Turre Cremata ordinis predicatorum de observantia episcopum Sabinen: sancte Romane ecclesie cardinalem sancti Sixti expliciūt hic Impresse Brixie Anno. M.cccc.xcviij. die ij. Junij. per Angelum Britānicum de pallazolo: ad laudem dei et eius genitricis marie. *Sequuntur* Registrum huius oṗis, *et signum Typographi, jam alibi notatum.*
In 4.° .... II. B. 33.

In Laudata Epistola *Fratris Gregorii Britannici ad Lectorem* ipse de fortuna conqueritur; quod usque ad id tempus tantum thesaurum mortales celaverit : lectorem deinde hortatur, ut universa potius vendat, cuncta deserat, ac talem tantamque gemmam, quae secum futura sit, emat. Qua quidem oratione ostendit, antiquiores hujus operis editiones, quae *Romae 1477. Coloniae 1478. Norimbergae 1478;* et *Davantriae 1484.* prodierunt, ignotas ipsi fuisse. Character est gallo-francus valde pulcher, qui binis columnis in qualibet pagina impressus, summam perficit 45. linearum. Prima, et secunda voluminis plagula signantur numeris Romanis, omissa littera; signaturae vero alphabeticae incipiunt a primo operis folio, et continuata serie usque ad finem progrediuntur. In superioribus marginibus, ut plurimum, *Evangelia* in subjectis paginis exposita notantur: nec non *Dies*, quo in Ecclesia leguntur; aliquando vero Excusor ea neglexit, qui omisit etiam foliorum numeros, et reclamantes. Initiales pleraeque florentes sunt, reliquae parvis litteris indicantur.

—— Tractatus de aqua benedicta editus ꝑ Reverendissimū patrē et domi-

num dominum Johannem de Turre cremata Cardinalem Tituli Sancti Sixti Incipit foeliciter. Et primo ponuntur huius tractatus capitula per ordinem. *Is titulus legitur in prima pagina, cui subnectitur Index indicatus. In secunda pagina opusculum incipit, desinitque in folio xviii. averso, hac nota :* Finit' et impss' ē pñs iste tractat' per venerablē (sic) virū Magistrū Bartholomeū Guldinbeck de sultz Anno. Jubilei. M. cccc. lxxv. die v̄o. mēcurii penl'tīa Augūsti regnāte Sixto IIII. pōti. M. āno ei'. V.

In 4.° parvo.. XIII. D. 16.

Sine loci nomine, sed ut scribit Eruditiss. *Jo. Dom. Mansius in Additionibus ad Biblioth. Med. et Infim. Lat. Jo. Alb. Fabricii Tom. iv. pag. 163.* ex nomine Impressoris intelligimus prodiisse *Romae.* Latinus est typus, lineasque 28. in pagina quavis implet. Custodes desiderantur, necnon plagularum numeri, et signaturae.

—— Alia editio. *In figura quadrata, ligno incisa, quae est in prima voluminis pagina sequentia verba majoribus litteris gallo-francis impressa leguntur:*

DE EFFICACIA AQUE
BENEDICTE MA
GISTRI JOAN
NIS DE TUR
RE CRE
MATA.

Titulus operis sic extat in folio secundo recto : Incipit tractatus de efficatia (sic) aque benedicte per venerādum magistrum Jaannem (sic) de Turre cremata sacre theologie professorē. ordinis predicatorum. tpe concilij Basilieñ. cōpilatus. contra Petrum anglicum hereticorum defensorē in Bohemia. *In folio xii. recto absolvitur Tractatus, et ad calcem sequens Auctoris clausula legitur:* Hec sunt reverendissime pater et dñe que vester humilis capellanus Joannes de Turre cremata ad propleuma. per magistrū Petrū anglicum propositum. vestre dñationi celeriter annotavi. que vestre reverēdissime paternitatis linee et correctioni cū omni reverentia presento..

In 4.° parvo.. XIII. B. 16.

Sine notis typographicis. Praesens editio tantum memoratur a *Seemiller Fasc. iv. pag. 127.* Excusa est rudissimo gallo-franco typo, quem *Braun* exhibet in tabula *I. N. V.* et quidem plane idem est quo utebatur *Ioannes Froschaverus*, qui *Augustae Vindelicorum* typographicam artem exercuit ab anno *1481.* ad *1500.* Caret custodibus, et paginarum numeris, haud vero signaturis. Initiales litteras parvas Excusor adjiciendas curavit.

—— Summa de potestate Papali, *sive* contra Ecclesiae, et primatus Apostoli Petri adversarios. *Tabula capitum incipit in averso folio primo, et desinit in quarto recto ; postque duas vacuas paginas adest Prooemium, eique praefiguntur verba :* Hieronymus Scoptius Senensis Episcopus Suanensis Lectori. S. P. D. *In folio sexto recto opus incipit ab Auctoris Prologo, sine titulo : Ad calcem post ipsius Auctoris conclusionem legitur Typothetae subscriptio :* Hec

summa Reverendissimi patris et dñi domini Jo. de Turrecremata Sancte Romane ecclesie tituli Sancte Marie in Transtiberim presbyteri Cardinalis sancti Sixti vulgariter nuncupati: contra Ecclesie et primatus apostoli Petri adversarios intitulata: ac per Euchariū Silber al's Franck natione Alemanum maximo cū ingenio ac maturitate Rome impressa ab Anno nostre salutis. M.cccc.lxxxix. Indictione vij. die v̄o. lune. xxvij. mensis Aprilis Pontificatus Sanctissimi in xp'o patris et dñi nostri domini Innocentij pape Octavi Anno quinto: finit feliciter. *In penultima pagina extat* Registrum.
In folio majori .... VI. G. 27.

Duabus columnis linearum 62. impressum est hoc opus, charactere quidem gallo-franco, sed nitidissimo. Lineatio exactissima est; charta albedine, et firmitate conspicua. In amplis marginibus custodes, signaturae, et numeri plagularum, quae 218. sunt, desiderantur; initiales autem parvis formis supplentur. Ex Epistola *Hieronymi Scoptii*, data ipso anno 1489., discimus sumptibus *Innocentii VIII.*, operam et studium adhibente *Joanne Episcopo Tornacensi*, volumen fuisse excusum.

—— Exemplar alterum .... VI. F. 20.
—— Expositio super regulam beatissimi patris Benedicti. *Vide Tom. 1. hujus Catal. et ejusdem Append. Art.* Benedicti.

Turre Ludovi de la. Ordinis Min. Epistola ad Reverendissimum Dominum. D. Petrum Pontificem Patavinum pro apologia Montis pietatis. *Ejusdem* Epistola ad Dominos Conservatores Montis pietatis Mantuae pro Apologia transmissa. *Ejusdem* Apologia pro sancto Monte pietatis, maxime contra libellum invectivarum ab Emulo pietatis formatum. *Vide. Tom. 11. pag. 255. Art.* Perusini F. Fortunati .... 11. D. 7.
—— De Immaculata Conceptione B. V. Mariae. *Sequens Carmen legitur in folio primo averso, majori typo gallo-franco impressum:*

Ad veros virginis devotos et sue benedictissime Cōceptionis Amatores.

Virginis egregium supreme quisquis honorem
    Diligit: hec placido lilia corde legat.
Hoc nivei certe flores nascuntur in orto
    Undique celestis fragrat odoris ager:
Quotquot ab infecta primi radice parentis
    Descendunt: maculam lege volente trahunt.
Si quis ab hac celi magnam non excipit alti
    Reginam: misere fallitur ille miser.
Quam bene devoti cordis sententia tantam
    Divina teneat non caruisse manu
Quam bene: que contra: solvantur inania lector
    Clarius hic clara cernere luce potes.

In secundo recto folio occurrit Auctoris Epistola pro cōpendii Virginei honoris

Auctoritate: Et defensionis Innocentissime Conceptionis firmitate. REverendissimo in christo patri. Dño. D. Gabrieli veronēsi divīa providētia Epo agriēsi: ac Sacrosancte Eccl'ie Roāne. Sācto4 Sergii et bacchi dignissimo Cardinali. *Hanc excipit sequens* Eiusdem Auctoris: et pro eadē firmitate. Carmen.

Accipe iocundo presul dignissime vultu:
Quod tanto ardenti dirigo corde viro:
Hoc opus exili tentatum robore mentis
Perfectum crevit finis ad usq3 diem.
Virginis excelse forti certamine laudes:
Et stricto lucem protegit ense piam.
Sed cui me studii cogit dilectio fervens
Tradere primitias: o reverende mei
Hoc tua non magnum felix dominatio munus
Clementi haud spernens corrigat oro manu.
Virginis exornant librum preconia sancte
Sed tua firmabit dextera Sacra pater.

Sequuntur duae Epistolae, quarum prima est Prenominati D. Cardinalis: Ad Vicarium 'Generalem ordinis minorum: Fratrem Videlicet Angelum de Clavasio: ꝑ operis correctione: sed magis approbatione Epistola. *Secunda est* Ad prefatum. F. Ludovicum Vicarij Generalis Epistola operis approbativa: et impressiōis libri preceptiva. *Incipit exinde* Prologus ī cōpendiū virginei honoris: Sive in tractatum: īmaculate cōceptionis. *Hoc absoluto ad lineam xxi. secundae columnae folii aversi quinti, aliud adcedit*

Ad Condevotos Virginis: pro opusculo Carmen:

Accipite oblatum sincero corde libellum
O quos virginei zelus honoris habet.
Possit ut insignem celi sine labe creatam
Reginam stabili quisq3 tenere fide.
Grandibus et varijs cingens muralibus urbem
Perspicuam imprimis tradere curo viam.
Adijcio invictum flammis crepitantibus ignem
Nugosum in cineres quo redigatur opus.
Gaudeo si mentes spargo dulcedine vestras
Sed me vos precibus: queso iuvate pijs.

Exinde post lineam xii. primae columnae sequentis folii, Incipit Tractatus: de Immaculata Conceptione Benedictissime Virginis: sive Compendium Virginei honoris. *Ad calcem voluminis haec leguntur:* Opus benedictissime Cōceptiōis V̄gis Marie p̄ venerādū: et Sacra4 littera4 doctissimū interpretē. Fratrē Ludovicū a Turri (sic): de Verona: ordinis mino4 obs'vātie: devotissime editū. ꝑ

Libellū Invectiva4 Religiosi īnoīati : turpiter de apl°co ordine : immo de virginea īnocētia obloquētis : explicit. Impressum Brixie p̄ Boninum de Boninis de Ragusia : Et cōpletum. xviiij. Augusti intra octavam Ejusdem īmaculate virginis. Anno domini M.° cccc.° lxxxvj.
In 4.° .... 11. D. 34.

Constat hoc opus, typo gallo-franco minusculo excusum, quindecim plagularum fasciculis, quos Typographus litteris signavit *a-p* sociatis Arabicis notis. Paginarum numeri, earum inscriptiones, et custodes desiderantur. Litterae initiales parvis sunt adnotatae elementis. Pagina quaevis in duas est distincta columnas, et unaquaeque earum componitur lineis 34. Opus rarissimum, scriptum contra *Bandelli* librum negantis *Immaculatam Virg. Mar. Conceptionem;* et hinc causa dissensionis inter *Dominicanos*, et *Franciscanos.*

—— Exemplar alterum .... 11. D. 39.

Tuscani Joannis-Aloysii. Epistola Cardinali Tirasonensi post Rationale Gulielmi Duranti. *Extat ad calcem* Rationalis. *Vide* Duranti.

Tusci Vincentii Cesenatis. Carmen Eligiacum ad Franciscum Capuanum de Manfredonia. *Extat cum ejusdem* Capuani commentario *in opere* Johannis de Sacro Bosco. *Vide* Sacro Bosco.

Tussignano *vel* Tusignano Petri de. Receptae super nono libro Almansoris. *Titulus, qui operi praefigitur,* ita se habet: Incipiunt recepte magistri Petri de Tusignano super nono Alman oris (sic). *Ad calcem secundae columnae ultimi folii recti occurrunt sequentia verba :* Excellētissimi doctoris dñi Petri d' Tussignano Recepte sup nono almāsoris. feliciter finiūt. Impresse Venetijs iussu et īpēsis nobilis viri Octaviani Scoti civis modoetiēsis anno Salutis. MCCCCXC. decima die aprilis. *In postica pagina majusculis gallo-francis elementis iterum legitur :* Recepte domini Petri de Tussignano supra nonum Almansoris. *Vide* Almansoris.
In folio .... IX. G. 3.

T Y

Tyburtini Platonis. Versio latina ex Arabico Propositionum Almansoris. *Extat cum* Ptolemaei libro Quadripartiti. *Vide* Ptolemaei, *et* Almansoris.

Tygrini Nicolai. Oratio Lucentium habita coram Alexandro vi. *Titulus hujusmodi Orationi praefigitur:* Lucensium Oratio luculentissima Pont. maximo Alexandro sexto per Nicolaum Tygrinũ Lucensem utriusq3 iuris doctorẽ: elegantissime habita in Cõsistorio publico pro obediẽtia p'standa. Anno Mcccclxxxxij. die xxvi. mensis Octobris. Emendata. *Desinit ad lineam xxi. postremae paginae, cui subditur:*

Laus Deo
Dixi.

In 4.° parvo.. IX. A. 58.

Editionem hanc sine notis typographicis, *Romae* impressam fuisse charactere gallo-franco grandiusculo *Andreae Fritag* patet ex *Audifredo pag. 311.* Quatuor absolvitur plagulis, et in paginis integris lineae 29. adparent. Signatura occurrit *a-aii*; initialis lignea forma florenti exprimitur; custodes, et numeri plagularum desiderantur.

—— Alia editio, *quae titulum gerit hoc pacto:*

Lucensium Oratio luculẽtissima Pont. maximo Alexandro sexto per Nicolaum Tygrinum Lucẽsem utriusq3 iuris doctorem: elegantissime habita in Consistorio publico pro obedientia praestanda. Anno. M. cccc. xcii. Die xxvi. mensis Octobris. Emendata.

Desinit in folio iv. recto, ad lineam xvi. verbo, Laus Deo, *cui subjungitur,* Dixi.

In 4.°.. IX. B. 9.

Est praesens editio eleganti charactere Romano Stephani Planck excusa, ut innuit idem *Audifredus c. l.* absque ulla signatura, numero foliorum, ac custode. Lineae 28. numerantur in qualibet pagina plena, et initialis littera ligno incisa florens adparet.

Tyndari de Perusio. Tractatus de testibus narrantibus. *Sequens titulus imminet Prologo, seu Epistolae Nuncupatoriae:* Incipit tractatus de testibus qui inter se sunt vari (sic) quomodo reducant' ad ocordiã cõpositus per Tyndarũ. *Priora hujusmodi Nuncupatoriae Epistolae verba sunt:* nUper reverendissime dñe cũ exercendi ingenii gracia mente concepissem aliquid de nostra põtificii aut cesarei iuris disciplina litteri (sic) mandare revolutis nõnullis nr̃o4 codicibus oportune (sic) tandem occurrit materia quedam testiũ S. variantiũ tuo inclito nomĩe inscribẽda que mihi sane visa est ad disputandum admodum subtilis investiga-

tione perpulchra ac singularis exercitatione facti quotidie per manus omnium qui iuri dicēdo presunt aut cās quoquo mō. instruūt aut sciscitantur summe versatilis a nostris etiam maioribus pace dixerim eo4 levissime explicata etc. etc. *In hoc tractatu, ut Auctor ipse in praefata Epistola scribit,* introducuntur loquentes Bar (Bartolus) Bal (Baldus) *et* Lud Rom (Ludovicus Romanus). *Desinit Tractatus verbis:* Nuncq3 iam verbis nostris finem imponamus. *Exinde:* Tindaris (sic) dii tantum animam suam Bartole subliment q̄tum illam in terris humane omēs gentes que inter romana iura versant⁹ illustrem reddant. Finis. *Sequitur ipsius* Tyndari *conclusio operis, quae desinit ad lineam xliii. secundae columnae folii xix recti, et tantum verbum* Finis *additum est.*
In folio majori... VI. G. 11.

Suspicor praesentem editionem, notis typographicis destitutam, fragmentum esse operis, cujus titulus: *Variorum tractatuum iuridicorum collectio*, in quo habentur tractatus *Lanfranci de Oriano De probationibus: Jo. Bapt. de S. Severino, de modo studendi ec. Domini Gerhardi defensorium iuris. Angelis de Ubaldis, disputationes; et Tractatus de testibus per Tyndarum. Impressum opera et impendio Johannis de Colonia atq3 Vindelini de spira Venetiis Anno dni. M. cccc. lxxii.* Ob exactam, et perfectam descriptionem hujusmodi editionis, quam nobis tradunt *Maittairus pag. 317. de la Valliere pag. 355. Schwartz Tom. ii. pag. 93. Seemillay Fasc. i. pag. 38.* et *Gras pag. 7.* scilicet, novimus fuisse excusam charactere gallo-franco in duabus columnis expresso, quarum singulae constant lineis 64. sine signaturis, custodibus, et foliorum numeris. Hinc eruimus hanc nostram partem esse enunciati operis, cui adamussim respondet, et ob similitudinem etiam characterum, quibus laudati Typographi utebantur.

Tyrii Maximi. *Vide* Maximi Tyrii.

V A

Valasci Ferdinandi. Oratio ad Innocentium VIII. *Initio primae paginae extat hujusmodi titulus:* Valasci Ferdinandi utriusq3 iuris consulti Illustrissimi Regis Portugalliae oratoris ad Innocentium octavum pontificem maximū de obedientia oratio. *Desinit ad lineam xxv. postremae paginae, et post unius lineae spatium legitur:* Laus deo dixi.
In 4.° .... XIII. A. 40.

Sine notis typographicis. Lineis 34. gallo-franci conspicui characteris adgregati paginas pleniores instruxit Typographus; varius insuper numerus linearum reperitur in hujus opusculi paginis; et nulla impenditur opera custodibus, numeris foliorum, et signaturis notandis. Initialis parva littera indicatur, et plagulis octo opusculum absolvitur.

—— Alia editio, *quae eumdem gerit titulum, sed aliter scriptum.* Valasci Ferdinandi utriusq3 : iuris cōsulti Illustrissimi regis Portugallie oratoris ad Innocentiū. viii. pontificē maximū de obedientia. Oratio. *Terminatur ad lineam ix. Sexti folii aversi, verbo,* Dixi. *Exinde subjungitur :* Finis.
In 4.° .... IX. A. 58.

Absque ulla nota. Typo etiam gallo-franco excusa est haec Oratio, qui a praecedenti omnino diversus est. Extant signaturae *a-an*, et foliis sex ipsa concluditur. *Audiffredus pag. 267.* hujus editionis tantum mentionem facit.

—— Exemplar alterum .... IX. B. 9.

Valasti de Tarentia. *Vide* Taranti Valasti de.

Valentia S. Vincentii de. *Vide* S. Vincentii.

Valentiae F. Ludovici. Epitoma per conclusiones in Aristotelis libros Politicorum, cum Expositione S. Thomae Aquinatis. *Vide* Thomae. VIII. G. 11.
—— Exemplar alterum .... VIII. G. 12.

Valentini Richardi. Epistola ad Aeneam Silvium Picolhomineum. *Extat cum* Epistolis Aeneae Silvii. *Vide* Picolhominei.

Valerii. Epistola ad Rufinum dissuasoria ne uxorem ducat. *Extat in vol. II.* Tractatuum, *et* Epistolarum S. Hieronymi; *et in Tabula titulus ejusdem legitur. Vide* S. Hieronymi.

Valerii C. Flacci Setini Balbi. Argonauticon lib. VIII. *In prima pagina opus incipit, huic subditum titulo :* C. VALERII FLACCI SETINI BALBI ARGONAVTICON LIBER PRIMUS INCIPIT FELICITER. *Opus constat hexametris versibus, et in octo libros distribuitur, qui quidem libri numeris, et titulis destituuntur. In prima pagina folii lxxxi. opus absolvitur ad lineam xxii, dein legitur :*

? · FINIS ?

BONONIAE IMPRESSVM PER ME VGONEM RVGERIVM. ET DONINVM BERTOCHVM REGIENSES ANNO DOMINI M. CCCC. LXX. IIII. DIE SEPTIMA : MADII : LAVS DEO.
: ? AMEN ? :

In folio parvo... XIII. G. 19.

Editio haec princeps est, et eximiae raritatis. Exemplar nostrum varias lectiones, argumenta, et commentaria scripta in marginibus, et inter lineas, minutissimo charactere, qui partim rubro, partim nigro atramento impressus est, refert. Opus vero impressum est typo rotundo, et eleganti. Margines amplissimi adparent, et paginae lineas continent 35. Custodes, numeri foliorum, initiales litterae, et signaturae desiderantur.

—— Alia editio, *cujus prima pagina majusculis gallo-francis elementis sequentia verba habet:*

C. Valerii Flacci poete ele-
gantissimi Argonautica
Dilig͞eter accurateq3
em͞edata et suo ni-
tori reddita
ī hoc
Volumine c͞otinentur.

In adversa facie occurrit AD Venerabilem Antonium Galeaz. Bentivolum Protonotarium Apostolicum Benedicti bibliopolae Bononiensis epistola. *In secundo folio recto legitur titulus primo libro praefixus, hoc pacto :*

PRIMVS
C. VALERII FLACCI SETINI BALBI
ARGONAVTICON LIBER PRIMVS

In antica pagina folii lxxii. desinit liber viii. ad lineam xxii. et protinus subjungitur verbum, FINIS. *Exinde:* Explicit hoc opus C. Valerii setini Bononiae Impressum per Benedictum Hectoreum Bibliopolam sub anno Dn̄i. M.CCCC.LXXXXVIII. Die xii. Aprilis. Jo. Bentivolo foeliciter Illustrante. Laus Deo. *Adcedit* Registrum, *cui subnectitur.*

Petri Nicolai Castellani Faventini In Valerii flac
ci Editionem hypogramma ad Lectorem.
Quisquis palladiae vis scire meacula navis
Per freta quae ignotum prima cucurrit iter.

Haeroasq3 simul vectos duce iasone: raptum
Belligera martis vellera fulva manu.
Hocce poemation setini nobile vatis:
Et lege correctum nunc age lector opus.
Cui nec apollonius praestat nec et horpheus. istā
Graecanico hystoriam qui cecinere stilo.

In folio parvo... X. F. 21.

Editio praestantissima ob eximiam emendationem *Jo. Bapt. Pii Bonon.* et hac usus est *Th. Harlesius* in hujus operis editione *Altenburgi 1781.* Typus rotundus satis elegans, et nitidus paginam implet numero 40. linearum. Libri notantur in superioribus marginibus majusculis litteris; iisdemque, quibus notantur tituli cuilibet libro. Initiales litteris minoribus consuetis indicantur. Nullius custodis adminiculo versus cuiusvis paginae sequentis praecedenti adnectitur, nec numeratio paginarum adparet; signaturae tamen cernuntur in marginibus inferioribus, litteris, Romanisque numeris expressae.

—— Exemplar alterum, *quod caeteris praestat; nam manu* Jani Parrhasii, *cujus subscriptio legitur in calce voluminis, tam in amplis marginibus, quam in foliis sutis post quamlibet impressam plagulam, scatet notis, quae lectionem textus respiciunt*.. X. F. 22.

—— Alia editio, *quae in prima pagina eadem verba continet, eodemque pacto excusa est, ut in praecedenti editione observavimus. In aversa occurrit Epistola* Benedicti Bibliopolae ad Antonium Galeaz. Bentivolum, *et in secundo folio opus incipit, quod desinit in folio lxxII. recto; et post lineam xxII. extat verbum* EINIS (sic); *deinde:* Explicit hoc opus C. Valerii Setini: Impressum Venetiis per Cristoferum (sic) depensis Anno dñi. M. CCCCC. Die x. Junii. *Sequuntur* Registrum, *et* petri Nicolai Castellani Faventini In Valerii flacci Editionem hypogramma ad lectorem, *supra jam notatum.*

In 4.° parvo... X. B. 11.

—— Exemplar alterum... X. B. 12.

Valerii Maximi. Factorum, Dictorumque memorabilium lib. ix. *Titulus ruber imminet Praefationi in prima pagina, hoc pacto:*

Valerii Maximi Romane urbis iurispitissimi (sic) ī librū
Factorū et dictorū memorabiliū ad Tiberiū cesarem
Prefatio incipit.

Desinit haec Praefatio ad lineam xxvII. ejusdem paginae, et protinus subnotantur tituli primi libri, qui quidem tituli duas postremas lineas ejusdem paginae, et primam sequentis cum dimidio occupant; exinde occurrit primi Capitis titulus ruber, in duas lineas divisus, et eidem capiti immediate praecedens, nempe: Valerij maximi facto4 et dicto4 memorabiliū ad Tiberiū cesarem lib.⁹ primus incipit. Ca. i. de religiōe. *Reliqui tituli nigro exprimuntur colore. In postica pagina folii clxxxvII. ad lineam IV:* Valerij maximi. facto4 et dicto4 memorabiliū liber nonus desinit. In Epithoma decimi libri Caij titi probi.

prefatio incipit. *Subnectitur istis immediate sequens brevis Praefatio, incipiens a linea VII. ejusdem paginae:* (D) Ecimus huius operis liber qui et ultimus est vel ex negligẽtia aut malivolẽtia librario4 deperiit. abbreviator vero titulos eius habebat integre fortassis. tñ de uno tm̃ hoc est de p⁹nomine epithoma rep̄sentabat. *In eadem linea, qua desinit haec Praefatio excuditur titulus* Decimi libri Caij titi probi. *Ad lineam x. folii recti clxxxix:* Decimi libri Caij titi probi epithoma desinit; *et protinus subnectitur aliud opusculum* De Magistratibus; *quo absoluto in folio cxci. recto, ad lineam xix, incipit Tabula, verbis hisce praenotatis:* De dignitatibus magistratib⁹ et officiis Romanorum cõpendiũ desinit. In tabulã (sic) facile inveniẽdi ea que in libris Valerij diffuse tractãtur. prefatio incipit. *Ad lineam xxiv. primae paginae folii cxcviii.* Finit tabula; *et post duarum linearum spatium sequens subscriptio, rubro colore excusa, invenitur:*

> Presens Valerij Maximi opus p̄clarissimũ ! in nobili
> urbe Mogũtina Rheni ! terminatũ ! anno M.cccc.lxxi.
> . xviij Kalẽdis iulijs ! per egregium Petrũ schoyffer de
> Gerns⁹hem artis imp̄ssorie mg⁹rm ! feliciter ẽ ɔsũmatũ.

Huic notae duo scutula rubra, trunco alligata, ut vidimus in Bibliis Moguntinis, insigne Typographi, subnectuntur.

In folio parvo.. XII. C. 21.

Praesens editio, quoad ejus lectionem, non parum differt ab ea sine nota anni, loci, et Typographi, quam refert *Freytag in Analectis litterariis pag. 1017.* quam rarissimam, antiquissimamque, ac forsan Principem esse, scribit. Id etiam adfirmant *Seemiller Fasc. 1. pag. 122* et *Braun Par. 1. pag. 12.* In antiqua laudata editione, ut adparet ex eodem *Freytag*, qui plures eiusdem varietates attigit, incipit caput primum : *Maiores statutas sollempnesque cerimonias pontificum* etc. etc. In hac nostra *Moguntina*, et in *Veneta* anni 1474 et in aliis mox describendis; *Maiores statas solenesq3 ceremonias pontificum* etc. etc. Caeteras inquirere non vacat, et qui lectiones a recentioribus editionibus discedentes, aliasque mutationes legere cupit, eas a *Freytagio* summa industria collectas, invenire poterit. Hic autem Eruditiss. vir in editione citata calamo notatum reperit ad calcem voluminis : *Presens Valerii Maximi opus preclarissimum : in nobili urbe Argentina Reni terminatum : Anno M.cccc.lxx.viii. Kalendis iulii. per egregium impressorie artis magistrum ! feliciter est consummatum.* Quibus verbis, possumus cum *Braunio* addere : *pro suo quisque arbitrio, vel addere, vel demere fidem poterit.* Verum, quidquid sit de primatu harum editionum, quum non certe id demonstrari possit, potius nonnulla circa impressionis meritum hujus nostrae addere libet. Elegantioribus impressoriae artis operibus haec editio jure aequiparari potest, quum nec desideretur in ea papyri candor, et spissitas, nec characterum gallo-francorum antiquorum nitor, aptaque eorumdem in paginis dispositio. Signis marginalibus prorsus destituitur, proque litteris initialibus spatia tantummodo aderant, priusquam Miniculatur rubro colore illas adiecisset; ac principem operis litteram in prima pagina eleganter floribus decoravit, et in inferiori margine stemma gentilitium adpinxit. Idem Illuminator libros, eorumque numeros in superioribus marginibus notavit, modo rubro, modo caeruleo colore; et in externis pari cura cujusvis capitis titulos expressit. Lineas 30. in aliquot plenioribus paginis numeravi. Interpunctionis notae sunt punctum simplex, punctum cum lineola, ut admirationis signum nunc exprimere solemus, lineola simplex, et lineola curva pro parenthesi. Characteres graeci desunt, spatiis eorum supplendorum gratia relictis. Nostrum exemplar scatet postillis, et notulis marginalibus, et interlinearibus, minutissimo charactere mss.

—— Alia editio, *in cujus postica pagina folii primi incipiunt* VALERII

MAXIMI DICTORUM ET FACTORUM MEMORABILIUM RUBRICAE. *Tres integras paginas hae Rubricae complectuntur, et in folio tertio recto opus incipit a Prologo, cui verba sunt praefixa:* Valerii maximi factorum: ac dictorum memoralium (sic) liber ad Tiberium Caesarem. Prologus. *In fine operis legitur:* Extat hic Finis Valerii maximi peroptime emendati: q⁹ cura diligentiq3 p⁹visione Impressoribus Venetiis expositus fuit per Johānem de Colonia agripipinensi (sic) ac Iohannē Māthen de Gherretshem: q⁹ una fideliter viventes eosdē īpressores ad hoc duxerunt: M. CCCC. LXXIIII.

In 4.° .... XII. C. 36.

Ex hac subscriptione conjicere quisque potest *Johannem de Colonia*, et *Johannem Manthen* magis Bibliopolarum, quam Typographorum partes egisse; aut certe sumptu suo aliorum operam conduxisse. Haec editio caret *Probi Epitoma;* et nullis instruitur custodibus, et foliorum numeris. Initiales parvis formis exhibentur descriptae, et signaturae litteris, et Arabicis numeris sunt notatae; Graecae vero dictiones suis in locis leguntur. Typus est rotundus, ac nitidus, impressus chartae albae, et compactae; et lineae 34. in paginis plenis observantur.

—— Alia editio, *cui praemittuntur* VALERII MAXIMI DICTORUM: ET FACTORUM: MEMORABILIUM RUBRICAE, *quae totum primum folium, et primam folii secundi paginam, usque ad lineam xxv. occupant. In aversa ejusdem, sequentia verba leguntur expressa.* P. VALERII MAXIMI FACTORUM AC DICTORUM ROMANORUM ET EXTERORUM AD TIBERIUM CAESAREM PROLOGUS. *In postica pagina folii cxxvii. post verbum* FINIS: EXPLICIT LIBER VALERII MAXIMI. IMPRESSUM BONONIE AD PETITIONEM SIGISMUNDI DE LIBERIS ANNO DOMINI. . M. CCCC. LXXVI. DIE. XXIII. MENSIS DECEMBRIS. LAUS DEO. AMEN. *Primam paginam folii cxxix. occupat Registrum.*

In folio parvo .... XII. E. 5.

Quisnam Typographorum hoc opus prelo commiserit, pro certo adfirmare non audeo. Licet enim *Maittairus Tom. IV. Annal. Sigismundum de Liberis* tam in locorum, quam in nominum, ac cognominum indicibus Typographis adcensuerit, illi tamen consentire nequeo. Unicum, quod ad suam stabiliendam sententiam in medium profert fundamentum, est sola subscriptio superius adlata; ast haec nihil nobis aliud innuit, quam praesens opus ad *petitionem Sigismundi de Liberis* fuisse *Bononiae impressum;* non autem ab ipso illud fuisse typis excusum; nam ad cujus petitionem aliquod opus imprimitur, non ipsemet imprimere videtur. Errat quoque *Orlandius*, qui hanc editionem impressam fuisse ait a *Dominico de Lapis;* quod non modo in nulla voluminis plagula legitur, sed praeterea a veritate alienum est; nam editio procul dubio prodiit e praelo *Hugonis Rugerii*, et *Donini Bertochi*, uti demonstrat ejus character, qui idem omnino est ac is, quo hi Typographi anno 1474. impresserunt *Manilium, Val. Flaccum*, et *Manfredum*. Iam supra recensuimus duas antiquiores hujus operis editiones, quarum prima, scilicet *Moguntina*, praesentem aetate et raritate longe antecellit; haec tamen haud minorem meretur aestimationem. Typus enim est Romanus minusculus, nitidus, ac elegans: charta alba admodum, et firma, in qua amplos margines reliquit Excusor. Desunt litterae initiales, (pro quibus quadrata spatia cernuntur), signaturae, custodes, et foliorum numeri. Lineae 40. in paginis plenis inveniuntur; distinctionis signa occurrunt punctum, et lineola; et totum volumen constat foliis 129.

—— Alia editio. *In secunda pagina primi folii incipiunt* VALERII MAXIMI DICTORUM ET FACTORUM MEMORABILIUM RUBRICAE, *quae in secundo folio averso terminantur. Opus exordium sumit in tertio folio, praecedente titulo:* VALERII MAXIMI FACTORUM AC DICTORUM MEMO-

RABILIUM LIBER AD TIBERIUM CAESAREM. PROLOGUS. *In prima facie folii cxxx. opus absolvitur verbo*, FINIS. *Exinde subjungitur:* Hoc opus impressum est Mediolani arte et impẽsis Philippi Lavagniae anno domini M. cccc.° lxxviii. secondo (sic) nonas Februarii.

Auctor ad librum suum.

Ne palliatos afferas liber scombros :
Ne sis marinis penula altera et conchis :
Alacresve cordillas tuo tegas damno :
Dominus cavebit nec suas fugiet partes :
Memoranda tantum referet : illis haerebit :
Contexet illa : tu tuas agas partes :
Tuearis ore nomen auctoris magno :
Nec unde pudeat veneris palam ferre :
Mihi pudendus non es et tibi non sim.
Miretur aliquis quod loquaris romanè :
Sic protinus agas : dominus ex illo venit
Genere imẽrenti quod iugum expulit collo.
Primosq3 fasces et secures gestavit.

In folio.. VIII. G. 6.

Charactere rotundo, claroque; amplo margine, et optima charta opus impressum est. Paginae integrae conflantur lineis 42; custodes, et numeratio plagularum desunt prorsus in marginibus; attamen signaturae instructae litteris, Romanisque numeris suo loco visuntur. Cuivis libro, et Capitulo titulus, et numerus adponitur uncialibus typis; initiales vero parvis elementis exprimuntur; tandem totum volumen componitur *cxxx.* foliis impressis, quorum ultimum est vacuum in postrema pagina.

In folio.. X. G. 6.

—— Alia editio. *Initium sumunt* VALERII Maximi dictorum et factorum memorabilium rubricae, *in aversa pagina folii primi; et desinunt in secundo recto. Tertio igitur recto opus adest, Prologo praecedente cum titulo :* VALERII MAXIMI FACTORUM AC DICTORUM MEMORALIUM (sic) LIBER AD TIBERIUM CAESAREM PROLOGUS. *Ad calcem libri IX., seu integri voluminis, legitur tantum :* Valerii Maximi opus foeliciter impressũ Venetiis. M. cccc. lxxx. *In ultima pagina extat Registrum, cui* Finis *subditur.*

In folio parvo.. XX. F. 29.

Diligens Excusor huius venustae editionis, in qua eius nomen desideratur, formas paginarum prelo adurgendas lineis 37. rotundi satis nitidi characteris instruxit; nullum vero reclamantium, aut foliorum numerationis typum adposuit. Initiales, ubi pingendae forent, quadratis spatiis innuit; signaturarum seriem explevit elementis, comitantibus Romanis numeris. Quod spectat ad papyri delectum, ejus firmitas, et albedo commendari debent. Nostrum exemplar eleganter compactum extat.

—— Alia editio, *cum Commentariis* Oliverii Arzignanensis. *Primum folium est album ; secundum continet Epistolam, quam dirigit* AD Reverendissi-

mum In christo patrem et Dominum Dominum Petrum de brutis benignitate divina episcopum Catharēsem Oliverius Arzignanēsis. *Ad calcem hujus Epistolae Auctores citantur*, *quibus usus est* Oliverius *in suis Commentariis. Sequitur Epistola responsiva, qua* Petrus Brutus Episcopus Catharēn. Oliverio suo oratori clarissimo S. P. D. *Ob sutoris incuriam haec epistola extat in nostro exemplari primo loco; in eaque plurimum* Petrus Brutus *commendat* Oliverium. Compendiosa Vita Valerii Maximi. *locum obtinet in prima pagina folii quarti, et in aversa occurrunt* Rubricae libri Valerii Maximi, *cujus opus incipit in sequenti folio, titulo hoc Prologo adfixo:* VALERII MAXIMI Factorum ac dictorū memorabiliū. Liber ad Tiberium Caesarem Prologus. *In fine Excusor notavit:* Opus Valerii Maximi cum nova ac praeclara Oliverii Arzignanensi (sic) viri praestantissimi examinata interpretatione. Impressum Venetiis arte et impensis Bernardini de Benaliis Anno salutis M. CCCCLXXXVIII. Die VIIII. Novembris. Foeliciter finit. Registrum Cartharum *extat in penultima pagina, cui subditur verbum*, FINIS.

In folio parvo.. XI. F. 28.

Textus aeque ac Commentaria rotundo exprimuntur charactere; sed in Commentariis textum circumdantibus minor est eius forma, et lineae 58. recensentur in paginis integris. In superioribus marginibus, praeter libros eorumque titulos, numeri foliorum notantur *i—ccxxxvi*. In marginibus externis Postillae impressae visuntur, in inferioribus signaturae; sed custodes desunt. Initiales parvis supplentur formis.

—— Alia editio, *cujus tres priores plagulae continent ea omnia operi praecedentia, quae in editione supra notata vidimus. In folio quarto recto incipit* VALERII MAXIMI FACTORUM AC DICTORUM MEMORABILIUM LIBER AD TYBERIUM CAESAREM. PROLOGUS. *In calce voluminis haec verba notata fuere:* Opus Valerii Maximi: cum nova ac preclara Oliverii Arzignanensi (sic) viri pstantissimi examinata interpretatione. Si quid forte litterarum immutatione transpositione: inversione: omissione: offenderis studiose lector: id non ulli negligentiae: sed correctionis difficultati ascribas: quando nihil verborum praetermissum esse depraehendis: rogat Gulielmus Tridinensis cognomento anima mia: cuius opera hoc opusculum Venetiis fuit descriptum principe Augustino Barbadico. xii. mensis Augusti. M. cccclxxxxi. Registrum huius voluminis *adcedit.*

In folio parvo.. XI. F. 23.

In hac editione initiales litterae formis ligneis florentibus exsculptae sunt. Character Commentarii minor quidem, quam textus; sed aeque rotundus, complectitur in paginis plenis lineas 64. In caeteris consonat praesens cum praecedenti editione.

—— Alia editio, *cum Commentariis* Omniboni Leoniceni. *In folio primo averso incipiunt* Valerii Maximi dictorum et factorum memorabilium rubricae; *et in secundo recto terminantur.* VALERII VITA *legitur in aversa pagina; opus autem incipit in tertio folio recto a Prologo, cui imminet inscriptio* VALERII MAXIMI FACTORVM AC DICTORVM MEMORABILIVM LIBER

AD TYBERIVM CAESAREM. PROLOGUS. *Ad calcem libri IX.* Opus Valerii Maximi cū Omniboni Leoniceni viri p̄stantissimi examinata interpretatōe foeliciter explicit. Impressum Venetiis. *In ultima pagina habetur* REGISTRUM. In folio parvo.. XI. F. 20.

Sine nota Chronologica, et Typographi nomine. Memoratur praesens editio a *Denis pag. 685.* et a *Panzer Tom. III. pag. 498.* Quamvis enim haec elegantissimis editionibus non sit adnumeranda, tamen inter illas, quae paginas *Commentariis* circumdatas referunt, non ultimum locum obtinet. Character enim rotundus satis conspicuus adparet, majoris scilicet, et minoris formae; *Commentaria* enim, ut adsolet, characterem minorem illo, quo textus exprimitur, exhibent et lineae 57. occupant plenas paginas. In superioribus marginibus Libri, eorumque numeri notantur, haud vero folia; in inferioribus extant tantum signaturae, instructae litteris, Romanisque notis; sed reclamantes desunt. Initiales parvis litteris in quadratis spatiis exhibentur. Totum denique volumen conflatur *CCVI.* foliis impressis.

Valerii Probi. De interpretandis antiquis Romanis litteris opusculum. *In folio primo averso insculpta visitur lignea tabula, quae prospectum aedis repraesentat, in cujus fastigio legitur verbum, circulo insertum :* DEO. *In medio leguntur sequentia verba :*

D. O. M. S.
SIGNIFICATIO
LITTERARUM
ANTIQUARUM
VALERII PROBI
ET. FR. MICHAE
LIS FERRARINI
REGIEN.
CARMELITAE
DIVAE
MARIAE

In sequenti pagina folii secundi recti occurrit Epistola Nuncupatoria Editoris, quae huic subjacet inscriptioni :

NOBILISS. VIRIS ALBERTINO COR-
RIGIO: AC THOMAE PINOTO PA-
TRICIIS REGIENSIBVS. FR. MICHAEL
FERRARINVS. REGIEN. ET CARME
LITA OBSERVANT. DIVAE MARIAE
S. P. D.

In aversa facie visitur alia lignea tabula, quae Monumentum arcuatum, sive sepulcrum exhibet. In eminentiori parte extat pancarpus cum figura cujusdam puellae: in medio sequens inscriptio, ligneo ornamento inclusa :

ANTIQVITATI
INVESTIGANDAE

OPVS
NECESSARIVM

In inferiori conspicitur Vas. Prooemium Valerii *legitur in tertio folio recto, et incipit a titulo ;* VALERII PROBI GRAMMATICI DE LITTERIS ANTIQ VIS (sic) OPVSCVLVM. *In postica ejusdem folii pagina iterum idem sepulcrum exhibetur, in quo hae inscriptiones habentur :*

AETERNO
IMMORTALIQ.
MAXVMO (sic) DEO
GRATIAE,
AGENDAE
SUNT

et post spatium quatuor linearum :

ET. OPERI. FLENDAE
VETVSTATIS
ILLVMINATO.

Opusculum absolvitur in folio averso xvii., et in sequenti recto, quod est ultimum voluminis, alia lignea tabula cernitur, in qua circulus quadrato inclusus extat, et in ipso circulo typographica notitia hoc pacto habetur :

ANNO. AB
INCARNATI
VERBI. SALVTE
MCDLXXXVI. VI.
KL. NOVEMBRIS.
BONINVS. DE. BONI
NIS. RAGVSINVS.
VOTI
D. D.

In folio parvo.. IX. A. 30.

Immerito *Maittairus*, quem alii Bibliographi sequuti sunt, scripsit *pag. 699.* primam hujus operis editionem esse Venetam anni 1499. de qua mox dicemus. Haec vero nostra tam rara est, ut tantummodo in *Catalogo Bibl. Suaier pag. 15.* inveniatur, caeterique Bibliographi eam prorsus ignorarint. Deest in citata nota typographica locus impressionis; attamen satis constat *Boninum de Boninis* ab anno 1484. ad annum 1491. *Brixiae* artem typographicam exercuisse. Charta, qua impressum est opusculum, fusca quidem est, et parum levigata, sed firma et compacta. Typus rotundus, et haud inelegans complet lineas 33. in qualibet pagina, dummodo integra sit. Signaturae impressae litteris, Romanisque notis in inferiori margine cernuntur; neglexit vero Excusor reclamantes, et numeros foliorum in margine superiori; initiales vero parvis elementis indicavit.

—— Alia editio, *cujus prima pagina continet sequentia verba:*

74

Valerii probi grāmatici de interpretandis romanorum litteris opusculum feliciter incipit.
Romanorū civiū noīa : ꝑnomīa ac cognomina : eorumq3 magistratuum.
Alie abreviature ex Valerio probo excepte.
Littere singulares in iure civili de Legibus et plebiscitis.
In legibus actionibus hec
In edictis perpetuis.
De ponderibus.
De numeris.
Lex ex tabellis divum de re futuaria. Sacra Lex.
Ut quemadmodum sibilla. In arcu Rome sculpi fecit viginti litteras quae per bedam declarate fuerūt.
Epitaphium situ polensis parasiti.
Sāmonici Sereni ex quinto libro rerū recōdita4.
Phylisci cōsolatoria marco ciceroni colloquenti prestita dum in macedonia exularet per Joannem aurispam e greco in latinum traducta.

Secunda pagina exhibet Epistolam, qua Joannes bonardus presbiter Veronensis : Suo : venerando presbitero Marco plebano dignissimo. Divae Mariae gratiarū Sancti Fantini de Venetiis. S. P. D. *Opus in secundo folio recto incipit, titulo praefixo:* VALERII PROBI GRAMMATICI DE INTERPRETANDIS ROMANORVM LITTERIS OPUSCVLVM INCIPIT. *Ad calcem:* Impressum Venetiis per Joannem de Tridino alias Tacuinum anno domini. M. CCCC. IC. (*legendum est*, XC.). VIIII. die xx. aprilis Regnante illustrissimo et excellentissimo Do. Angustino (sic) Barbadico. FINIS.
In 4.° .... IX. B. 50.

VALGARII. Epistola ad Eulibium. *Extat cum apocryphis Epistolis tributis* Q. Curtio. *Vide* Curtii.

VALGULII CHAROLI Interpretis historiae de rebus gestis Alexandri magni, ab Arriano conscriptae ; *cum ipsius* Valgulii *Praefatione*. *Vide* Arriani.

VALLAE GEORGII. Versio latina Nicephori Logicae, *cum eiusdem* Georgii Ratione argumentandi, *et aliorum Scriptorum*, *scilicet* Euclidis libri XIV. Elementorum = Hypsiclis interpretatio eiusdem libri Euclidis = Nicephorus de Astrolabio = Aristarchus Samius de magnitudinibus et distantiis solis, et lunae = Timaeus de Mundo = Cleonides de Musica = Eusebius Pamphilus de quibusdam theologicis ambiguitatibus = Cleomedes de mundo = Athenagoras philosophus de resurrectione = Aristoteles de Coelo = Aristotelis Magna Ethica = Aristotelis ars poetica = Rhazes de pestilentia = Galenus de inaequali distemperantia = Galenus de bono corporis habitu = Galenus de Confirmatione corporis humani = Galenus de praesagitura = Galenus de praesagio = Galeni

introductorium = Galenus de succidaneis = Alexander Aphrodiseus de causis febrium = Psellus de victu humano. *Hae versiones impressae sunt* Venetiis per Simonem Papiensem dictum Bevilacquam 1498. die ultima Septembris. *Vide* Nicephori.

—— Versio latina Galeni introductorii ad medicinam, *cum Epistola Nuncupatoria ad* Jacobum Antiquarium. *Extat cum* Orationibus funebribus nuptialibus etc. etc. Francisci Philelphi. *Vide* Philelphi.

—— Versio latina Problematum Alexandri Aphrodisaei. *Vide* Aphrodisaei Alexandri, *in Appendice.*

—— Commentaria in Satyras Juvenalis. *Extant cum* Juvenalis *textu. Vide* Juvenalis.

—— Commentaria in Ciceronis libros de Fato, Topicorum; *et de* Universitate. *Extant cum textu* Ciceronis. *Vide* Ciceronis.

Vallae Joannis Petri. Versio Galeni de Succidaniis. *Extat cum* Logica Nicephori *Vide* Nicephori.

—— Commentaria in Comoedias Plauti. *Extant cum* Plauti *textu. Vide* Plauti.

Vallae Laurentii. De elegantia latinae linguae. *Epistola dedicatoria incipit in folio primo averso, huic subjecta titulo:* LAVRENTII VALLENSIS VIRI CLARISSIMI ET DE LINGVA LATINA BENEMERENTIS AD JOANNEM TORTELLIVM ARETINVM: CVI OPVS ELEGANTIARVM LINGVAE LATINAE DEDICAT EPISTOLA: *Haec desinit in secunda pagina secundi folii, ad lineam xiv. In sequenti recto folio* LAVRENTII VALLENSIS PATRICII ROMANI COMMENTARIORVM GRAMMATICORVM SECVNDVM ELEGANTIAM LINGVAE LATINAE LIBER PRIMVS DE NOMINE VERBOQVE. ET EX HIS DVOBVS COMPOSITO PARTICIPIO INCIPIT PROOEMIVM. *Opus* Elegantiarum *desinit in folio clxxx. averso, ut adparet ex sequentibus verbis:* LAVRENTII VALLENSIS PATRICII ROMANI COMMENTARIORVM GRAMMATICORVM SECVNDVM LINGVAE LATINAE ELEGANTIAM LIBER VLTIMVS FINIT. *In folio clxxxi.* LAVRENTII VALLENSIS DE EGO MEI TVI ET SVI AD JOANNEM TORTELLIVM ARETINVM LIBER INCIPIT. *Absoluto hoc opusculo in folio averso cxci. post Auctoris perorationem ad laudatum* Tortellium, *Typographus excudit verba hujusmodi:* LAVRENTII VALLENSIS DE LINGVAE LATINAE ELEGANTIA: ET DE EGO MEI TVI ET SVI AD JOANNEM TORTELLIVM ARETINVM PER ME M. NICOLAVM JENSON VENETIIS OPUS FELICITER IMPRESSVM EST. M. CCCCLXXI. *Sequitur Tabula Alphabetica 8. foliis comprehensa, cum hoc titulo:* LAVRENTII VALLENSIS Elegātia4 cōpendiosae collectiois (sic) in ordinem alphabeti directae principium.

In 4.° majori .... XII. H. 31.

Vix nitidius, aut elegantius opus inter saeculi xv. editiones reperies: nam paginae amplo satis margine circumdatae characteribus rotundis pulcherrimis constant, qui lineas 39. in integris replent. Graecae

dictiones, et initiales, spatiis earum gratiae relictis, nondum Calligraphi industria adpositae fuere: Custodum, numerationis, et signaturarum impressio nulla extat. Tituli quadratis litteris sunt excusi, plagulis tandem 202. absolvitur volumen, sed duae postremae vacuae supersunt.

—— Alia editio, *cui praecedit Tabula argumentorum quae continentur singulis capitibus uniuscujusque libri, et hunc habet titulum:* Laurentii Vallae viri disertissimi de Romani sermonis elegantia. *Haec vero Tabula octo occupat folia, seu potius paginas 15: incipit enim, ac desinit in folio averso. Tum a folio nono recto incipit* LAVRENTII VALLAE VIRI DISERTISSIMI DE ROMANI SERMONIS ELEGANTIA LIBER PRIMVS. *In folio averso clxxv. ad lineam xxiv. opus desinit, cui subnectitur verbum*, FINIS; *ac deinde Typographus addidit*: Laurentii Vallae viri eruditissimi: et oratoris clarissimi de Elegantia linguae latinae Liber Sextus et ultimus diligenti emendatione finitur ab incarnatione domini Anno. M. CCCC. LXXV. Die vero secunda mensis Julii Sedē. Sixto. IIII. Pon. Max. Anno eius quarto. Hos vero libros impressit Clarus: ac diligentissimus artifex Arnoldus Pannartz Natione Germanus in domo Nobilis viri Petri de maximis civis Romani:
Tu qui latinae (sic) loqui cupis: hos tibi eme libros: in qbus legendis si curam studiumq3 adhibueris: brevi te haud parum pfecisse intelliges.
In folio.. X. D. 14.

Editio adfabre elaborata, et valde rara. Typus rotundus lineas 39. in plenis paginis occupat. Charta licet aliquantulum fusca, spissitate tamen, et firmitate fulget; eiusque latos margines plurimum commendare debemus. Signaturae nullae, nullique reclamantes in marginibus inferioribus adsunt; sed et superiores pariter numeratione destituuntur plagularum. Initiales ubi sint adponendae, spatiis indicatur; verum graecas dictiones suo loco excudit solertissimus Typographus.

—— Alia editio. *Praecedit Tabula alphabetica, quae incipit in secunda pagina folii primi a titulo:* LAVrentii Vallensis elegantiarum compendiosae collectionis in ordinē alphabeti directae principium; *et terminatur in octavo folio averso. In folio nono est alba prima pagina, et in secunda incipit*: Laurentii Vallensis Viri Clarissimi: et de Lingua Latina Benemerentis Ad Joannem Tortellium Arretinum: Cui Opus Elegantia4 Linguae Latinae Dicat: Epistola; *quae desinit ad lineam decimam folii decimi aversi. In xi. folio incipit* LAVRENTII Vallensis Patricii Romani cōmentariorum grāmaticorum secundum elegantiam linguae latinae liber primus de nomine verboq3: et ex his duobus composito participio. PROEMIUM. *Ad calcem opusculi* De pronomine, *et* Peroratione, *Typographi industria haec notata fuere;* LAVRENTII Vallensis patritii romani de linguae latinae elegantia: et de hoc pronomine sui ad Joannem Tortellium opus Venetiis impressum. Anno Christi. M. cccc. lxxx. *Adcedit Epigramma, cujus auctor*

Calphurnius

Antonio Pasqualino de Sancto Germano Campaniae S.
Restituit quondam patriae vexilla Camillus
Et raptas gallis solus ademit opes.
Rettulit eloquium nostro Laurentius aevo.
Et Capitolinae contulit arcis opem:
Barbara cuncta iacent sunt hoc et vindice pulsi
Quicunq3 a gothis signa relicta colunt:
Quo tibi debebit semper studiosa iuventus
Campani Àntoni gloria magna soli:
Nanq3 tua impensa totum vulgatur in orbem
Vallensis: notus q fuit ante magis.

In folio parvo... X. D. 18.

Deest nomen Typographi, attamen non tantum elegantia rotandorum elementorum, sed et congruo nitore chartae hoc typographicae artis specimen aestimabile adparet. Lineae 37. in paginis quibusvis plenis existunt: margines prorsus liberi sunt ab impressione custodum, minime vero a signaturis; quippe cum hae adpositae fuerint inferioribus oris, et alphabeticam seriem complectantur, cum Romanis numeris. Initiales parvas Typographus expressit; ast industria Miniculatoris in prima Prooemii pagina littera, et internus margo coloribus, et auro fulgent.

—— Alia editio. *Octo praecedunt folia, quae argumenta capitum sex librorum, et Prooemiorum II. III. et V. continent. Praefixus est titulus*: Laurencij (*sic*) Vallae viri disertissimi de Romani sermonis elegãtia: liber primus. Proemium. *In fine voluminis:* Laurentii vallae viri eruditissimi: et oratoris clarissimi de elegãtia linguae latinae Liber Sext⁹ et ultim⁹ diligẽti emendatione finitus; ab incarnatione dñi Anno M. cccclxxx. Die vero xvij. mensis Septembris. *In ultima pagina occurrit* Registrum hujus Libri; *ex quo Registro liquet operis folia esse 216; quibus si addantur octo Indicis, summa foliorum voluminis erit 224.*
In 4.° parvo... IX. A. 28.

Sine loci indicatione, et nomine Typographi. Editio eodem excusa est charactere gallo-franco medio *Stephani Planck*, quo est maxima editionum ejusdem pars huc usque in hoc catalogo recensitarum. Desunt signaturae, numeri plagularum, reclamantes, et initiales, quae spatiis indicantur; et in quolibet integra pagina lineae 33. numerantur.

—— Alia editio. *Incipit Tabula alphabetica in folio primo averso, et in postica pagina folii sexti absolvitur; in septimo autem recto legitur:* Laurentii Vallensis viri clarissimi: et de lingua latina benemeriti ad Joannem Tortellium aretinum: cui opus Elegantiarum linguae latinae dedicat: Epistola. *Haec desinit eodem averso folio ad lineam IX. In sequenti autem recto* Prooemium *incipit cum titulo consueto, et in calce perorationis subjectum legitur Epigramma* Calphurnii, *supra notatum; ac insuper hujusmodi notitiam impressit*

Excusor: Venetiis per Bartolomeum de Zanis de portesio. Anno incarnationis Domini M. ccccIxxxviii. die secunda Maii. Registrum huius libri *adcedit.*
In folio parvo.. X. D. 16.

Nullum custodem, vel foliorum numerum impressum fuisse marginibus hujus voluminis, oculos iisdem advertens, deprehendi. Typus rotundus in lineas 55. divisus, paginam quamlibet integram implet. Signaturarum series absolvitur elementis cum Romanis notis; initiales vero parvis litteris supplentur.

—— Alia editio. *Praemittitur operi* Laurentii Vallensis elegantiarum compendiosae collectionis: in ordinem alphabeti directae principium, *sex foliis contentum. Illud excipit ejusdem ad* Joannem Tortellium Aretinum Epistola. *In folio octavo incipit* Laurentii Vallensis patricii Romani cōmentarioꝝ grammaticoꝝ secundum elegantiā linguae latinae liber primus de noīe verboq3: et ex his duobus cōposito participio. *In aversa folii xcv. pagina legitur:* Laurentii Vallensis patricii romani commentariorum grammaticorum secundum linguae latinae elegantiam libri ultimi finis. *Subnectitur ejusdem liber* de reciprocatione sui et suus, *qui in aversa folii c. pagina terminatur. Sequitur dein* Calphurnii *Epigramma, et sequens finalis subscriptio:* Venetiis per Bernardinum de Novaria. MCCCC. lxxxxi. die vero ultimo Maii. *His subjectum est* Registrum huius operis.
In folio parvo.. X. E. 16.

Opus istud rotundo latino charactere impressum sexdecim plagularum fasciculis, quos litteris, Romanisque numeris Typographus signavit, constat. Caret custodibus, paginarum numeris; et lineae 53. in quavis integra pagina numerantur. Initiales litterae parvae adjectae conspiciuntur.

—— Alia editio. *Elenchus rerum in volumine contentarum hoc pacto exprimitur in primo folio recto:*

HOC IN VOLVMINE HEC CŌTINENTUR.
Laurentii Vallensis Elegantiae de lingua latina
Laurentii Vallensis de pronomine sui ad Joannem Tortelium
Laurentii Vallensis lima quaedam per Antonium Mancinellum.

In folio secundo recto inchoat Tabula alphabetica, et sexto averso absolvitur. Epistola Nuncupatoria Laurentii *ad* Tortellium *incipit in septimo folio recto, et ad calcem opusculi de* Pronomine, *post Epigramma* Calphurnii, *occurrit* Lima Mancinelli, *cum Epistola Nuncupatoria, hac praedita inscriptione:* Laurentii Vallensis Lima quaedam per Antonium Mancinellum Veliternum: ad Reverendum Aedis Geminianae Antistitem Diviq3 Marci Canonicum Nicolaum Rubeum Patricium Venetū Omnium bonarum artium et virtutis cultorem. *Integro opere absoluto, post* REGISTRUM, *legitur* LAUS DEO, *cui proxime adcedunt haec verba:*

Impressum fuit hoc opus Venetiis
per Cristoferum de pensis An-

no domini. M. ccccLxxxvI.
Die. xv. Junii. Imperante
Augustino Barbadi
co Venetorum
foelicissimo
Principe

In folio parvo.. X. D. 17.

Paginae hujus operis ad usque linearum 59. summam perveniunt. Character est latini moduli: signaturae constant litteris, Romanisque numeris; custodes, et numeri foliorum absunt; initiales formis ligneis florentibus repraesentantur; et in marginibus superioribus notantur libri operis.

—— Exemplar alterum.. IX. C. 3.

—— Elegantiarum compendium a Bono Accursio Pisano confectum. *Secunda folii primi pagina continet Nuncupatoriam Epistolam, cum epigraphe:* BOnus Accursius pisanus Salutem Dicit plurimam Magnifico Equiti Aurato Et Sapietissimo Ac primo Ducali Secretario Ciccho Simonetae. *Initium adest operis in secundo folio recto, huic subjectum titulo:* LAVRENTII VALLENSIS VIRI CLARISsimi Elegantiae Ad Breve Quodam (sic) Ac perutile Redacte Compēdium. Et primum de Nominibus In Osus. *In fine Typographus sequentia verba impressit:* Ellegantiole (sic) Compendium Laurentii Vallensis: Virtute Nicolai Girardenghi de Novis: Venetiis impresū: (sic) M. cccc lxxxı. die vıı. augusti.

In 4.° parvo.. IX. A. 60.

Citra linearum 31. numerum paginas hujus operis Typographus constituit, qui signaturas *a-g* cum Romanis numeris ex marginalibus connexionis plagularum, et scaporum indiciis tantum exsculpsit. Initiales pleraeque spatiis dumtaxat indicantur, reliquae parvis litteris rotundis, ejusdem moduli earum, quibus exprimitur opus, quod foliis 58. impressis componitur.

—— Alia editio. *In folio primo averso Epistola imprimitur Nuncupatoria, qua* Bonus Accursius Pisanus Salutē Dicit Plurimam Magnifico Equiti Aurato Et Sapientissimo Ac Primo ducali Secretario Ciccho Simonete. *Incipiunt in folio secundo recto:*

LAVRENTII VALLENSIS. VI
ri Clarissimi Elegantiae Ad Breve Quoddam
Ac Perutile Redactae Compendium.
ET. PRIMVM. DE. NOMINI
BVS. IN. OSVS.

Ad lineam xvı. folii recti lxxxıı. opusculum absolvitur verbo, DEO GRATIAS. *Exinde haec notavit Excusor:*

Finis Allegantiarum (sic) disertissimi viri Lauren-

tii Vallensis Neapoli Impressarum sub Paci
fico Ferdinando Sicilie Rege :

Post spatium duarum linearum sequuntur versus:

Abstulerat latio multos germania libros
Nunc multo plures reddidit ingenio
Et q vix toto quisq perscriberet anno
Munere germano conficit una dies.

In ultima pagina conspicitur Registrum.
In 4.° parvo... XI. A. 28.

Giustiniani in Bibl. Stor. e Tipogr. del Regno di Napoli pag. 99. hujus meminit editionis, quam jure meritoque tribuit *Matthiae Moravo*, uti liquido evincitur ex characterum forma, et ex opificio typographico. Lineae 26. characteris rotundi conspicui in unam coëunt integram paginam. In marginibus superioribus, inferioribus, et externis nulla visitur nota, qua signaturae, reclamantes, et plagularum numeri indicautur; et pro initialibus adpingendis spatia reliquit Typographus. Editio oppido rara, quam primum laudatus *Giustiniani* excitavit.

—— Alia editio. *Praeit Epistola Nuncupatoria* Boni Accursii Pisani ad Cicchum Simonetam *in secunda pagina folii primi; et in secundo recto incipit:* Laurenti (sic) Vallensis Viri Clarissimi Elegantiae ad breve quoddam ac perutile redactae Compendium!, *quod desinit in aversa facie folii lxiv. ad lineam xv. Additur verbum*, Deo gratias; *exinde:*

Finis Elegantiarum disertissimi viri
Larentii (sic) Vallensis. Romae in domo
quondam Magistri Udalrici Galli
barbati : Impressa4. Sixto. iiii. Pon.
Max. Seden. Anno eius Nono.

Sequuntur versus supra notati, et in ultimo folio recto habetur Registrum huius Opusculi.
In 4.° parvo... XII. A. 5.

In nota typographica dicitur, hoc Opusculum fuisse exaratum *in domo quondam magistri Udalrici Galli, anno ix. Sixti iv.* Ex quibus verbis hac duo eruuntur: primum, quum opusculi character sit gallo-francus medius *Stephani Planck*, dicendum est, ipsum *Planckum* per aliquod saltem tempus in eadem domo impressisse, in qua antea imprimebat *Gallus*, mortuus anno 1479. Alterum intelligitur, ipsum ante mensem Augusti anni 1480, quo completus fuit annus nonus *Sixti iv.*, sua jam *Romae* praela habuisse: ast cum annus nonus *Sixti iv.* bona ex parte concurrat cum anno 1479., fieri potuit, ut libellus ante ejus anni exitum impressus fuerit; quod nil certe obstat. Caret hoc opusculum signaturis, numeris, custodibus, ac initialibus; et in qualibet pagina, dummodo sit integra, lineae 31. numerantur.

—— Alia editio, *cui deest in nostro exemplari, primum folium continens Epistolam* Boni Accursii Pisani, *et in fine deest etiam ultimum folium habens notitiam typographicam. In caeteris opusculum est integrum.*

In 4.° parvo.. XII. B. 62.

Ex quo Typographeo, et quo anno fuerit praesens editio exarata, haud definire valeo. Nitido rotundo typo extat excusa, nullas exhibens initiales litteras, aut reclamantes, nullosque paginarum numeros. In inferioribus marginibus visuntur signaturae litteris, Romanisque notis instructae, et quaevis pagina, modo sit integra, constat lineis 15. Ex descriptionibus aliarum editionum hujusmodi opusculi, quas Bibliographi tradunt, adparet hanc nostram eos ignorasse.

—— Dialecticae libri tres. *Legitur in prima voluminis pagina:*

Dialecticae Laurentij Vallae libri tres. Seu eiusdem Recōcinnatio totius Dialecticae : et fundamē torū universalis Philosophiae : ubi multa adversus Aristotelem : Boetium : Porphyrium : aliosq3 recentiores philosophos acutissime disputantur.
Logica Beati Augustini.
Eiusdem Praedicamenta.
Eiusdem Topica.
Eiusdem Perihermenias.

Titulus operi praefixus, quod incipit in secundo folio recto, sic habetur: Reconcinnatio totius dialecticae et fundamentorum universalis phylosophiae Laurentii Vallae de lingua latina bene merentis Prooemium libri primi. *Cuilibet libro praecedit Prooemium, et ad calcem libri tertii, qui desinit in antica facie folii cvi. post verbum* τέλος, *legitur tantummodo:* Cum Gratia et Privilegio. *Post albam paginam sequuntur opuscula logica* Beati Augustini, *quibus in fine eadem verba notantur.*
In 4.° parvo.. VII. B. 51.

Praesens editio, notis typographicis destituta, memoratur tantummodo a *Maittairo pag. 754.* et a *Panzer Tom. IV. pag. 205.* tanquam excusa ad exitum Saec. xv. uti revera eruitur ex opificio typographico. Linearum 31. numerus in quavis integra pagina occurrit, et rotundis characteribus undequaque exprimitur opus. Signaturae constant elementis cum Romanis notis. Nulla foliorum numeratio, nullique custodes adpositi fuere. Initiales, ut plurimum, formis ligneis caelatis excusae sunt; quandoque vero pro iis spatia tantum extant.

—— Invectiva in Antonium Raudensem: Epistola ad Alphonsum Regem: Confutationes duae in Benedictum Morandum: Invectiva in Poggium. *Primum opusculum titulum praesefert:* In Antonium raudensem Laurentii Vallensis opusculum. Ad Joannem Lucinam Alfonsi regis secretarium. *Ad lineam xxii. folii aversi lxiii. desinit hac conclusione:* Invectiva Laurētii Vallae in Antoniū Raudēsem Foeliciter *explicit. Ejusdem Epistola incipit in sequenti folio, sub epigraphe:* Alfonso minoris maiorisq3 hesperiae regi Laurētius Valla Salutem. *In folio recto lxxiii. post lineam xix.* Explicit epistola Laurentii Vallae ad Alfonsum regē. *In aversa pagina incipit prima* Laurentii Vallae confutatio in Benedictum morandum Bononiensem, *quae terminatur ad lineam vii. folii recti lxxxvii. verbis:* Explicit invectiva Laurentii Vallensis in Benedictum Moran-

dum. *Sequitur protinus*, Laurentii Vallensis in Benedictum Morandum confutatio altera ad Baverium medicum. *In secunda pagina folii lxxxxiii. post lineam xxii.* Explicit confutatio Laurentii Vallae in Benedictum morandum; *et in sequenti folio:* Laurẽtii Vallensis Invectiva in Pogiũ Incipit. *In folio averso civ. post lineam xiv.* Explicit Invectiva Laurẽtii Valẽsis (sic) in Pogium. *Adcedit* Index operis, *et desinit in folio recto cvi. cui Typographus addidit:*

Impressit mira Lucas hunc arte Libellum:
Qui Legis artificis approbes ingenium.
: MCCCCLXXXI. DIE 4. MENSIS
OCTOBRIS. VENETIIS.

In 4.° parvo.. IX. A. 32.

Libellus hic oppido rarus, reclamantibus destitutus, inter nitidas editiones recensendus est; characteres enim rotundi moduli elegantes adparent, et chartae firmae inhaerent. Plagulae numeris Romanis majoribus in superioribus marginibus indicantur; in inferioribus insunt signaturae, si excipias tres priores quaterniones: earum ordo *d*-f. Arabicis sociatur numeris. Principes initiales litterae minoribus formis supplentur: et lineae 28. paginas plenas communes perficiunt.

—— Antidotum in Poggium ad Nicolaum v. libri quatuor. *Praefixa est Epistola, qua* FABRITIUS SACC. Parm̃ Blasio Picolomineo Senẽsi Nobili viro. S. dicit. *In hac Epistola* Saccus *animadvertit inter cetera, quam praestantior sit versio* Thucydidis *facta a* Laurentio Valla *versione* Diodori Siculi *facta a* Poggio. *Epistola desinit in postica pagina ejusdem folii primi, et in secundo recto*: LAURENTII VALLENSIS PATRICII ROMANI ATQUE DE LINGUA LATINA BENE·MERITI ANTIDOTI IN POGIUM LIBER AD NICOLAUM QUINTUM PONTIFICEM PRIMUS INCIPIT. *Idem titulus praefixus legitur cuilibet libro. Liber iv. clauditur hac clausula:* O te fortunatum: foelicem: beatum: atq3 immortalem podi: qui tot vel discipulos vel sectatores vel imitatores habiturus es: Ut in celo cũ dea Flora tanq̃3 conjuge colloceris: et una cũ illa te Clerus omnis clara voce comprecetur: Sancte Podi et Sancta flora Orate pro nobis. *Sequuntur ejusdem alii duo libelli in eundem Poggium. Opus absolvitur in folio recto lxxx. et ad lineam xxi. Typographus addidit:* Impressum Senae per Henricum de Harleim Sub anno dñi. M.cccc.lxxxx.viij. Idus maij. Laus Deo: *Subnectitur* Registrum huius Opusculi.
In folio parvo.. X. A. 24.

Lineis 42. gallo-franci elegantis characteris paginas implendas curavit Typographus. Custodes praetermisit aeque ac foliorum numerationem, sed impressit marginibus inferioribus signaturas, quas serie litterarum, et Romanis numeris complevit. Pro initialibus spatia vacua reliquit.

—— Versio latina Historiarum Thucydidis. *Vide* Thucydidis.
—— Versio latina Iliadis Homeri, *prorsa oratione. Vide* Homeri.
—— Versio latina Historiarum Herodoti. *Vide* Herodoti.
—— Commentarium in Bellum Catilinarium Sallustii. *Extat cum* Sallustii *textu. Vide* Sallustii.

—— Commentaria in librum I. et II. Institutionum Oratoriarum Quintiliani. *Extant cum* Quintiliani *textu. Vide* Quintiliani.

Vallae Nicolai. Versio Poematii Hesiodi, *cui titulus*: Opera, et dies georgicon, *Latinis versibus hexametris. Extat cum* Calphurnii Carmine bucolico. *Vide* Calphurnii, *et* Silii.

—— Versio latina *aliquot librorum* Iliadis Homeri. *Vide* Homeri.

—— Epistola, *cujus inscriptio ita se habet:* Constantinopolis Rome sue salutem. Edita a Nicolao de Valle. *Est carmen elegiacum, quo inducitur urbs* Constantinopolis *a Turcis capta, infortunii sui historiam texens, opemque petens ab urbe* Roma. *Hoc est ejus initium:*

Nonne ubi Roma tue nosti mala fata sororis,
Difficile a lachrimis abstinuisse fuit?

Finis vero:

Scribere plura vetor nam me ferus occupat hostis.
Me precor ut care more sororis ames.
Nicolaus de Valle.

In 4.° parvo... X. B. 60.

Plagulae sex sunt, sine signaturis, reclamantibus, et numeratione foliorum. Typus est gallo-francus medius *Stephani Plannck*. Memoratur ab *Audiffredo pag. 407.* et a *Denisio pag. 686.*

Valois Thomae de. Commentaria in opus S. Augustini de Civitate Dei. *Extant cum* S. Augustini *textu, et* Commentariis Nicolai Triveth. *Vide in Append.* Augustini.

Valturii Roberti. Rei militaris libri xii. *Septem priores paginae Tabulam complectuntur, in cujus initio, tituli loco breve quoddam Prooemium extat, his verbis incipiens:* (E) LENCHUS ET INDEX REum militarium quae singulis codicis hujus ĩ volũibus continet' ut ĩpromptu sint etc. etc. *Post Indicem pagina vacua occurrit, et in folio quinto recto infra medietatem paginae Praefatio incipit ab Epigraphe, quam Calligraphus litteris alternis caeruleis, et rubris inscripsit, hoc ordine:*

AD MAGNANIMV̄. ET ILLV
STREM. HEROA. SIGISM
VNDVM. PANDVLFVM
MALATESTAM
SPLENDIDISSIMVM. ARI
MINENSIVM. REGEM. AC
IMPERATOREM. SEMPER

INVICTVM. ROBERTI VA LTVRII. REI. MIL. LI BRORVM. PRA EFATIO

Praefatio in folio octavo averso, ad lineam xv. absolvitur, et post quatuor linearum spatium opus incipit a titulo inscripto pariter a Calligrapho, alternantibus litteris caeruleis, et rubris: quod et observatur in principio aliorum librorum, et capitum. Opus terminatur in folio cclx. averso, ad lineam xv. et protinus subjungitur sequens carmen, in laudem Valturii:

Valturri nostre princeps cultissime lingue
    Cuiq3 etiam graias donat apollo fides.
Te duce militiae munus regumq3 priorum
    Venere in lucem fortiter acta manu.
Ipse novas belli leges preceptaq3 pugne
    Scripsisti: ausonie censor honeste lyre.
Et per te vivit pugnandi regula moris
    Antiqui: et per te norma probata novi.
Sub te castra locat miles: metitur et idem
    Lignatur tutus: vincit et arma refert.
Tela doces quibus omne ruet: quibus omne tueri
    Possit opus: Duce te Mars furit usq3 ferox.
Et modo falcatos currus: modo tecta videmus
    Vmbone et peltis agmina leta virum.
Ipse genus varium tormenti: et rara notasti
    Ornamenta gravis plurima militiae.
Ballistas: pluteosq3 simul: scalasq3 dedisti:
    Et pontis varium perpetuumq3 genus.
Nunc solers fossas imples subducitur unda
    Arte tua et victor moenia miles habet
Haec Sigismundo foelix sub principe scribis
    Cuiq3 operis causas dat tibi sepe tui.
Dumq3 tharaconias etrusco ab littore gentes
    Vertit habes unde hec ipse notare queas.
Prisca haec Valturri se tempora nacta fuissent
    Militiae ferres premia magna tuae.
Teq3 Palatini coepissent culmina plebi
    Roberte etatis gloria prima tuae.
Aeternos igitur vives cultissimus annos
    Militie verus rexq3 paterque simul.
Nos sub te pariter musis armisq3 vacamus
    Teq3 sequi o scriptor nos iuvat usq3 gravis.

Johannes ex verona oriundus: Nicolai cyrugie medici filius: Artis impressorie

magister : hunc de re militari librum elegantissimum : litteris et figuratis signis sua in patria primus impressit. An. M. CCCC. LXXII.
In folio... .... XII. F. 8.

Typus hujusmodi principis rarae editionis rotundus elegans, chartae albae, spissae, et optime levigatae impressus, occupat lineas 37. in paginis plenis; quamplurimae enim occurrunt, in quibus minor extat litterarum numerus, vel nullus prorsus invenitur character, ob instrumenta bellica, ligno caelata, et iisdem impressa, juxta sermonis opportunitatem. Pro initialibus spatia reliquit Typographus; hae vero a Miniculario suppletae fuerunt. Plagulae adjumento signaturarum, custodum, et numerationis a Bibliopego haud conjungi possunt, sed lectione tantum earum ordo agnosci potest, quum Excusor quolibet impresso signo carentes margines reliquerit.

—— Exemplar alterum...................................... IX. F. 10.

—— Alia editio. *Praecedit Tabula, ut in descripta editione, quae desinit in folio quarto recto; et in aversa pagina legitur Editoris Epistola, hac praedita inscriptione :* Illustri Pandulpho Malateste principi Ariminensi Paulus Ramusius Ariminensis iuris utriusq3 consultus Sal. plu. dicit. *In hac Epistola praecipue* Roberti Malatestae *strenua facta commemorat, nec silet a* Florentinis *Imperatorem militiae electum fuisse.* Data est Veronae. m.cccc.lxxxii. xv. Octobris. *Absolvitur in folio quinto recto, et eidem averso impressum est sequens*

Eiusdem Pauli Ramusii epy.
Armorum fulmen iacet hic Malatesta Robertus.
Cujus praestantes gloria vicit avos.
Nam post mille acies superatas Marte secundo.
Dum solvit patrios obsidione lares.
Agmina prostravit tuscos immissa per agros
Et Calabri fudit fortia castra ducis.
Occubuit post haec inter fera praelia certe
Non potuit fato candidiore mori.

Opus e regione incipit, verbaque praeeunt eidem hoc pacto disposita:

AD MAGNANIMVM ET ILLVSTREM
HEROA SIGISMVNDVM PANDVL
PHVM MALATESTAM SPLENDIDISSI
MVM ARIMINENSIVM REGEM AC
IMPERATOREM SEMPER INVIC
TVM ROBERTI VALTVRII REI MI
LITARIS LIBRORVM PRAEFATIO.

Titulus et numerus cuivis capiti adhaerent, et in calce notatur : Laus Deo Finis. *Adcedit folium, quod in antica facie duo refert Epigrammata :*

Dantis tertii Aligerii.

I. Qui modo Romuleam servarat ab hostibus urbem
Et Capitolini culmina caelsa Jovis.
Quiq3 Ducem Calabrum castris spoliarat et armis
Inq3 omni foelix agmina (sic) victor erat
Marmore dux Venetum iacet hoc Malatesta Robertus
Fecit adhuc tantum non libitina nefas.
Cur fraudata rapis iuvenem fortuna: putabas
Nunquid (dum numeras partha trophaea) senem

II. Quisquis funesto validas sub Marte cohortes
Et sequitur missas per freta salsa rates:
Ille raguseum tollat super astra Boninum
Ingenioq3 viri praemia digna ferat.
Impressit quoniam quonam modo bella gerentur
Machina vel quatiat moenia quaeq3 solo.

Deinde :

Veronae impressum anno dñi. M. cccc. lxxxiii. xiii. februarii.

In postica pagina habetur Registrum huius libri.
In folio.. IX. F. 11.

Sine Typographi nomine : attamen ex collatione hujus voluminis cum italica versione ejusdem operis, a *Bonino de Boninis* excusa, de qua mox occurrit mentio, adparet ex eodem typographeo eam fuisse exaratam. Eius character rotundus est, non parum elegans, et in lineas 39. dispertitus in plenioribus paginis, sed ob necessaria spatia, quae ab instrumentorum bellicae artis figuris xylographicis occupantur, pluribus paginis vel paucae insunt lineae, vel nullus characterum typus impressus visitur. Signaturae indicantur litteris sociatis Romanis numeris; sed primus fasciculus iis numeris tantum signatur. Libri in superioribus marginibus notantur, haudquaquam numeri foliorum, qui desunt; quemadmodum et custodes in inferioribus. Ex initialibus pleraeque spatiis tantum indicantur, aliae minoribus formis sunt expressae; quaedam vero uncialibus typis, ac peramplis spatiis insertae;

—— Exemplar alterum.............. .... IX. E. 13.

—— *Idem opus, italice*, Paulo Ramusio *Interprete*, *cujus Nuncupatoria Epistola quinque priora folia voluminis occupat, et huic subjicitur inscriptioni :* Al magnanimo et sempre fortunato nel vincere Signor Roberto di Aragona da sancto severino dil Serenissimo et inclito Senato Veneto generale locotenente Paulo Ramusio di Arimino minimo tra li altri Juris consulti con debita riverentia si aricomāda. *Ad calcem Epistolae legitur sequens Epigramma, vulgo Sonetto :*

Qui son depinte le Roman historie
Et le barbarice e civil bataglie
Et di qual legni Machine sintaglie
O di metalli ad acquistar victorie.
Dunq3 o lector se voi : chi le tue glorie
O per oprarle el summo cielo aguaglie
O per cantarle uoi chi in alto saglie
E sempiterne sian le tue memorie.
Non cerchar Asia : Europa : o aethiopia
Di stratagemmi per trouar exempio
Ma questo libro piglia : leggi : e scopia.
Cio de Alexandrò : Pyrrho : Hannibal empio
Scipio pompeio : e Caesare si copia
Et ancor daltri qui se scrive adempio
Dantes' Tertius Aliger

Sequitur folium vacuum , et in folio septimo a sequenti inscriptione initium sumitur:

OPERA DE FACTI E PRECEPTI MILITARI DI
LO EXCELLENTE MISIER ROBERTO VAL
TVRIO ARIMINESE GIA. INSCRIPTA IN LA
TIN A LO ILLVSTRE SIGNOR SIGISMON
DO PANDOLPHO MALATESTA PRINCIPE
DI ARIMINO ET HORA TRADVCTA IN
VVLGAR A NOME ET GLORIA DEL MA
GNANIMO CAPITANNO (sic) E SEMPRE FELICE
IN LE BATAGLIE SIGNOR ROBERTO DI
ARAGONIA DI SAN SEVERINO GENERAL
LOCO TENENTE DEL SERENISSIMO ET
JVSTISSIMO SENATO VENETIANO.

Absoluto opere , industria Typographi haec adjecta fuere : Di Roberto Valturio di Arimino opera de larte militare finisse trãslata per el spectabel (sic) doctor misier Paulo Ramusio de Arimino et ĩpressa cũ industria di Bonin di Boninis da Ragusi ĩ la Magnifica Cita (sic) di Verona corrrendo (sic) lanno del Mille e quattrocento. lxxxiii. a di. xvii. de februario. Laudato sia idio finis. *Adcedit Registrum in penultima voluminis pagina.*

In folio parvo .... XII. F. 23.

Typus rotundus idem adparet , qui editionis praecedentis exequendae causa adhibitus fuit , sed lineas complet 37. in quibusdam paginis absolutissimis , in quibus experimentum institui. Ligneae figurae iisdem formis impressae , quas in praecedenti immediate notavimus. Signaturarum impressio constat litteris , et Romanis notis ; in reliquis consonat cum praecedente.

—— Exemplar alterum.................................... IX. E. 12.

VARAGINE JACOBI DE. *Vide* Voragine.

VARGAS ALPHONSI TOLETANI Ordinis S. Augustini. Quaestiones in Libros Aristotelis de Anima. *In summitate primae columnae folii primi recti* (I) Ncipiũt questões super libris d⁹ aĩa edite a reverẽdo dño alphõso archiep°o toletano doctore sb⁹tilissimo ordinis fratrũ heremita4 sc⁹i augustini. *In calce operis:* Expliciũt questões ĩ libris de aĩa ar⁹. ɔ̃posite et sb⁹til⁹r vẽtilate p⁹ reverẽdissimũ dominũ sacre theologie doctorẽ celeberrimũ dei et sedis appostolice (sic) gr⁹a ecclesie toletane archiepiscopũ dignissimũ dominũ Alfonsũm ispanũm featrem (sic) ordĩs heremitarum Sancti augustini. *Sequitur Tabula ; eaque absoluta legitur:* Finis Deo gratias. Amen. Finit Per me Nicholaũ Florentiẽ. Die. xx6.° mẽsis Julii M. CCCCLXXvii.
In 4.° . . . . VII. A. 48.

Character semi-gallo-francus in duas columnas dividitur pro qualibet pagina, et unaquaeque columna dummodo sit integra, constat lineis 37. Custodes in ultimis scaporum paginis visuntur, sed interdum omissi fuere: numeros foliorum Typographus exprimere omnino neglexit; signaturas autem adposuit, instructas litteris, cum Arabicis notis; initiales vero spatiis indicantur.

—— Lectura super libro primo Sententiarum. *Nuncupatoria imprimitur Epistola in folio primo averso, et incipit:* (A) Nselmo etruscho ex opido montis falconis Jacobo (sic) Sacre theologie p⁹fessori celeberrimo : ordinis fratrũ Eremitarũ sancti Augustini: Priori Generali Clarissimo: Frater Thomas de Spilimbergo se plurimum cõmendat. *Huic Epistolae, in qua* Fr. Thomas *agit de suscepta provincia hujus operis emendandi, jussu* Anselmi, *subditur Epigramma:*

Augustine tuae sophiae spes inclyta thoma
Spilimbergeae : charus alumnus aquae.
Haec alphonsaei lustrat monumenta recessus
Quae fuerãt longo debilitata situ.
Qui gratis olim quantum doddona molossis
Romanae tantum cõsulit ecclesiae
Dextra Paganini : venetaq3 impressit in urbe
Qua: nihil in toto clarius orbe vides.
Cynthius. P. Acedensis.

In folio secundo recto incipit Tabula, quae in averso folio viii. desinit, cui haec duo Epigrammata subnectuntur:

In laudẽ Alphonsi Jo. Pet.
Pincij Mantuani Carmen.

I. Hic est sacrarũ recto qui tramite rerũ
Nos docet extracto cortice vera sequi.
Hic est qui nulli par relligione secundus
Cujus sydereum novit acumen opus.

Et quo multo4 breviter delicta remordet
Dum positum iusta lance rependit onus.
Jaclorumq3 ictu strenue defendit ab omni
Autorem ratio protegit aequa suum.
Quare age nūc liceat : doctor respiret acutus
Aureoli sacrum nuncq3 revivat opus.
Fata trahant iterū francisco pensa maroni
Sint omnes : quibus haec pagina cura fuit.
De tot nullus erit : tibi qui parere recuset.
Audeat et tantum commaculare virum.
Sed potius releget si quis te Alphōse putabit
Palmam : iudicio succubuisse tuo.

In

In correctoris laudem :
alterius epigramma.

II. Ignotū vetus ante dabat me carta legendū
Scriptorūq3 mihi plurimus error erat.
Verū Augustini semp memorādus alūnus
Quē spelimberghi dat pia terra : Thomas
Me pcul erratis doctore notavit ademptis
Impressit iustum sed Paganinus opus.

In folio igitur nono recto opus sumit initium a prologo, praeceditque inscriptio haec, rubris expressa litteris : Incipit lectura super primum sentētiarum edita ab eximio doctore fratre Alfonso de toleto ac sacre theologie magistro famosissimo et hispañ. (sic) archiepiscopo dignissimo ordinis fratrum heremita4 Sancti et gloriosi doctoris Aurelij Augustini. *In fine notata haec reperi :* Explicit lectura sup' p'mo snīa4 edita a subtilissimo theologo4 monarcha fratre Alphonso de toleto ordinis heremitarum beatissimi aug. sacre pagine Luculētissimo p'fessore : nec nō archiep'o hyspalensi qui legit p'isius Anno dñi. 1345. Opus quoq3 lecture istius. Paganinus de paganinis. Anno salutis 1490. pridie caleñ. novembr. Impensis suis nō minimis Cura atq3 sua diligentissima Impressione complevit. Venetiis, Laus deo. Registrum huius libri *extat in ultima pagina.*
In folio .... III. I. 13.

Opus impressum est gallo-francis elementis, quae in unaquaque ex duabus columnis, quibus perficitur pagina, occupant lineas 69. In superioribus marginibus distinctiones, et quaestiones notantur ; in inferioribus signaturae excusae sunt litteris, et Arabicis numeris ; in lateralibus indicantur articuli, conclusiones etc. etc. Custodes, et foliorum numeri desiderantur ; initiales vel parvis litteris, vel spatio tantum designatae fuere.

—— Exemplar alterum .... III. I. 17.

Varronis Marci Terentii. De Lingua latina libri vi. *ex recognitione* Pomponii Laeti, *uti adparet ex ejusdem Nuncupatoria Epistola sic inscripta:*

Pomponius Platinae Salutem, *praefixa Tabulae alphabeticae, quam in folio quinto recto, excipiunt libri tres* M. T. VARRONIS DE LINGUA LATINA; *quibus absolutis hac conclusione:* FINIS TRIVM LIBRORVM LINGVAE LATINAE AD CICERONEM, *sequuntur libri ejusdem* Da Analogia, *et primo eorumdem hic praefigitur titulus:* MARCI TERENTII VARRONIS ANALOGIAE LIBER PRIMVS QVAE DICANTVR CVR NON Sit Analogia. *Ad calcem sequentia verba notantur:* Si quispiā tertio loco fragmētis Varronis tantum addiderit quantū Pōpoīus primo: Deīde Frācisc⁹ Rhollādellus Trivisanus scd⁹o suo uterq3 studio ac diligētia cōtulit. nimi4. M. Varro reviviscet; *subinde:* Impressum Parmae M. cccclxxx. Tertio Idus decembris.

In folio parvo.. IX. C. 15.

De hac eleganti, perrara editione vide et quae innuimus pag. 180. hujusmodi Catalogi, Art. *Nonii Marcelli*, cum quo extat excusa, et compacta. Ex XXIV. libris de lingua latina a *Varrone* scriptis, sex tantum sua aetate, eosque corruptos in manibus habitos fuisse narrat *Pomponius* in Epistola ad *Platinam*, volumini praemissa. Sic enim scribit: *Eos* (libros) *monitu Lelii Vallensis magne et singularis doctrine: legi summa cura ac diligentia. Ubi librarii litteras mutaverunt correxi: In his que inscitia penitus corrupit non ausus sum manum imponere ne forte magis depravarem.* Quod attinet ad libros de *lingua latina a Varrone* scriptos, et eos, qui vel omnino, vel ex parte interciderunt, plura leges apud *Fabric. Biblioth. lat. edit. Ernesti, Tom. I. pag. 119.* Hiuc libri nunc extantes sunt *IV. V. VI. VII. VIII.* et *IX.* Tres priores, scilicet *IV. V.* et *VI. de lingua latina* simpliciter inscribuntur, et titulum gerunt, *liber primus*, *liber secundus*, *liber tertius.* Tres libri sequentes, scilicet *VII. VIII.* et *IX.* ceu separatum opusculum indicantur; et primo, qui septimus ex Varronianis est, adponitur titulus: *M. Terentii Varronis Analogie liber primus.* Secundo vero, qui octavus est, *liber primus.* Tertio, qui nonum obtinet locum, nullus praefigitur titulus.

—— Exemplar tertium.................................... X. E. 12.

—— Alia editio. *Praeit Tabula alphabetica, cum Epistola* Pomponii ad Platinam; *et in folio quinto opus incipit a titulo:* M. T. VARRONIS DE LINGUA LATINA. *Ad calcem:* Si quispiam tertio loco fragmētis Varronis tantū addiderit quantū Pōponius primo: Deinde Franciscus Rhollādellus Trivisanus Scd⁹o suo uterq3 studio ac diligentia contulit. nimirum. M. Varro reviviscet Impressum Brixie per Boninum de boniniis (sic) de Ragusia et Miniatum. Delsera florentinum socios anno christi. M. cccc. lxxxiii. die xvi. Junii. *Sequuntur libri* De Analogia, *in fine horum, legitur:* Impressum Brixiae per Boninum de boninis de Ragusia Anno dñi. M. cccc. lxxxiii. xviii. die mēsis iunii.

In folio parvo.. IX. C. 16.

Editum fuit hoc *M. T. Varronis* opus una cum libris *Nonii Marcelli*, et *Festi Pompeii*, uti videre est apud *Fabricium Bibl. lat. Ernesti Tom. I. pag. 120.* Character Romanus est, et pulcher, magnitudine Silvii majoris; et Graecus typus pro vocabulis, et locis Graecis adhibitus nitore, et venustate micat. Editio est cum signaturis, et foliorum numeris, in superiori ora notis Romanis majusculis impressis; desunt tamen reclamantes, et initiales, quas colore rubro supplevit miniculator. Quaelibet integra pagina perficitur lineis 39.

—— Alia editio *in qua eadem continentur, quae in praecedentibus editionibus notavimus. Ad calcem post verba:* Si quispiam tertio loco etc. etc. *Additur:* Impressum Venetiis ꝑ octavianū scotū Modoetiētē. Mccccl xxxiii. q̄rto nonas Septēbris.

In folio parvo.. IX. C. 17.

Post Brixiensem impressionem hujus operis supra relatam, hoc eodem anno *Venetiis* denuo praelis idem opus subjectum fuit, excusumque charactere latino, qui paginas implet lineis 41 : folia signantur in inferioribus marginibus, et in superioribus, more Romano numerantur; et pro initialibus spatia tantum extant.

—— Alia editio. *In calce* Analogiarum : Impraessum (sic) Venetiis per Magistrum Antonium de Gusago Brixiensem Anno domini 1498. die 12. Februarius. (sic) *Sequitur* TABULA M. VAR. *cui subnexum est.*, Registrum huius operis.
In folio parvo.. IX. C. 18.

Typis rotundis expressum est opus, qui summam linearum 62. in unaquaque integra pagina complectuntur. *Varronis* libri numerantur in superioribus marginibus, nec non folia ipsa Romanis notis. Signaturarum series adparet, nusquam vero reclamantes conspiciuntur. In externis marginibus postillae exhibentur; et initiales principes litterae xylographicae florentes sunt.

—— Alia editio, *ad calcem cujus:* Impressum Mediolani per Joannem Angelum Scinzenzeler. Anno domini. MCCCCC. *Adcedit* TABULA M. VAR.
In folio parvo.. IX. C. 19.

Praesens editio quodammodo similis est praecedenti descriptae, sed in quibus differat, notamus. Initiales parvis elementis supplentur, et lineae 62. in paginis plenis numerantur. Haec vero editio refertur a *Maittairo pag. 367.* et ab *Jo. Alberto Fabricio Tom. 1. Bibl. lat. pag. 78.* ubi haec habet : *Mediolanensem Editionem Varronis Anni 1500. laudat dignus Vir vita longiore Tobias Guthberlethus, Libro de Saliis pag. 131.* Censeri potest hic liber editus a *Hieronymo Passirano de Asula,* qui in diplomate *Ludovici Mariae Sfortiae Anno 1497.* dato *die 23. Aprilis*, facultatem obtinuit imprimendi *Varronem de Lingua Latina emendatum cum enarrationibus, indicta caeteris Typographis poena, ne illum per quinquennium excuderent.*

—— Alia editio, *cui praecedit Epistola, qua* (P) OMPONIUS. PLATINAE. S. *dicit. Excipit Epistolam Index alphabeticus, qui ad 1x. folii aversi lineam xv. usque progreditur, eique* FINIS *additur, in x1. autem folio recto incipit opus,* M. Terentii Varronis. De Lingua Latina. *In folio l1. averso post lineam xxv1. legitur.*

Finis Trium librorum
lingue latine Ad Ciceronem.

In sequenti folio incipit M. terentii Varronis Analogie liber prim᷒. *Opus absolvitur ad lineam xx. in prima pagina folii lxxx11. et exinde legitur:*

Finis eius quod invenitur Marci Varronis. Parce
qui legeris : si aliqua minus polita inveneris. Nam
ita ex omni parte. sive seculum fecerit sive librarii
Volumē q̄dvis corruptū erat ut necesse fuerit aucu
pari hinc inde sentētias ideo sine rubore veniā dabis
et Errori manū inponas Pōponius tuus orat Vale.

In 4.° magno.. XII. E. 29.

Editionem hanc, notis typographicis destitutam, principem huius operis adpellat *P. Laire P. 1. pag. 207.* ubi ad annum circiter 1470. refertur. *Audiffredus pag. 395.* suspicatur circa annum 1471. fuisse excusam, eo quia cum *Eutropio* hoc anno a *Georgio Laverio* impresso, quoad characteres, convenire observat. Iuxta observationem Bibliographorum *Audiffredi*, et *Lairii* nulli dubium, quin praesens editio in typographeo *Laverii* fuerit exarata, et diligentia hujusmodi laudati Typographi illam aequat politioribus editionibus ejusdem; nam rotundus character elegans adparet chartae firmae, ac mundissimae impressus, et lineas 32. in paginis quibusvis plenis complectitur. Dictiones graecas, et initiales calamo supplendas spatiis indicavit Excusor, qui nullam praeterea impendit operam signis marginalibus exprimendis.

—— Alia editio. *Praecedit Epistola, qua dicit* (P) OMPONIUS PLATINAE SALUTEM, *et haec cum Indice novem folia impressa occupat; nam in folio decimo recto initium habet opus* M. T. VARRONIS DE LINGUA LATINA. *Ad lineam xxvi. folii aversi li. terminantur libri de* Lingua latina, *hac conclusione:*

FINIS TRIVM LIBRORVM LINGVAE LATI
NAE AD CICERONEM

In sequenti folio incipit M. T. VARRONIS ANALOGIAE LIBER I. *Absolvitur opus in folio lxxxi. averso, et post lineam vii. additur:*

Finis eius quod invenitur Marci Varronis. Parce qui
legeris: Si aliqua minus polita inveneris. Nam ita ex
omni parte: sive seculum fecerit sive librarii Volu
men quod vis corruptum erat ut necesse fuerit: aucu
pari hinc inde sententias ideo sine robore veniā dabis
et errori manum imponas Pomponius tuus orat. Vale.

In folio parvo.. XII. E. 32.

En editio oppido rara, quae accurate describitur a *Debure n.° 2251.* Is enim loquens de variis hujus operis editionibus, quae sine typographicis notis impressae sunt, de hac nostra haec memorat: .... *il en existe un exemplaire à PARIS dans la Bibliothèque de M. le Duc de la VALLIÈRE, et qui nous à paru mériter une attention plus particulière, tant à cause de la beautè de son exècution, que de l'antiquité apparente des caractères qui y furent employés, Cette èdition imprimée sur de très-beau papier en caractères ronds, mais inégaux, nous a paru, après un examen particulier, avoir beaucoup d'affinité avec celles qui ont été mises au jour, soit à VERONE en 1472. soit à BOLOGNE en 1475. Il sera d'autant plus aisé de la reconnoître et de la distinguer des autres, qu'elle renferme une singularité qui lui est particulière; cette singularité consiste en ce que les feuillets de quelques cahiers se trouvent chiffrés dans le haut des pages en lettres romaines, pendant que les autres n'ont aucune distinction de chiffre particulière. Les feuillets chiffrés sont cotés xi. et suiv: jusques et compris xxxv. et recommencent ensuite au xxxvij jusques et compris xxxxij. On remarque à la tête du volume neuf feuillets sèparès, qui contiennent une Epître de POMPONIUS, qui à pris soin de cette édition, et un Index fort ample, après quoi l'on apperçoit le corps du livre etc. etc.* quae omnia congruunt adamussim huic nostrae editioni. In ea enim pro graecis dictionibus adsunt spatia, nec non pro initialibus; desiderantur insuper custodum, et signaturarum impressiones; et pagina quaevis perficitur lineis 32.

—— Alia editio, *cui nulla praefixa est Epistola Nuncupatoria, neque alphabetica Tabula, sed incipit absolute a titulo in summitate folii primi recti*

sic impresso : M. T. VARRO DE LINGVA LATINA. *Post lineam* xix. *folii* xxxiv. *aversi legitur :*

> De origine Latine linguae ad M.
> Tullium Ciceronē hacten⁹ disseruit.

Incipit in sequenti folio recto :

> M. T. VARRONIS ANALOGIE LIB. I.
> Quemadmodum in casus vocabula declinantur.

In folio lviii. *averso, ad lineam* xxxiv. *desinit opus, et protinus subjungitur :* Finis eius quod invenitur Marci Varronis.
In folio parvo.. .... X. E. 13.

Hujusmodi editionis, cui nulla inest typographica notitia, mentionem primo fecit *Gulielmus de Bure in Catal. Ducis de la Valliere, Tom.* ii. *pag.* 7. *n.*° 2174., atque ex absolutissima descriptione, quam ipse tradit, eruimus praesentem nostram ipsissimam esse, quam consonam esse adfirmat laudatus scriptor cum *Paradoxis super Iuvenalem Romae* impressis anno 1474. a *Georgio Sachsel de Reichembal*, et *Bartholomaeo Golch de Hohenbart.* Idem docet *Bolongaro Crevenna Tom.* iii. *pag.* 23. qui eam adpellat *Edition extrêmement rare, et inconnue tant au P. Laire, qu'au P. Audiffredo;* et arbitratur ipsam convenire cum editione *Ammiani Marcellini* ab iisdem Excusoribus *Romae* evulgata anno 1474. Porro *Audiffredus* tribuit etiam dictis Impressoribus editionem *Plinii de Viris illustribus ;* ita ut hae quatuor tantummodo editiones ad nos pervenerint ab horum Typographiis. Haec vero editio adprime elegans destituitur signaturarum, custodum, et numerationis impressione. Characteres rotundi, sed quodammodo rudes, et inaequales, lineis 35. distinctis paginam quamvis integram perficiunt. Tam pro initialibus, quam pro graecis dictionibus adsunt spatia, et totum volumen comprehenditur 58. foliis impressis.

—— *Ejusdem* Libri iii. de re rustica. *Extant cum Libris* Catonis, Columellae, *et* Palladii *ejusdem argumenti. Vide* Scriptores rei rusticae *pag.* 95. *et seq. hujus voluminis.*

Vatinii Publii. Epistolae duae ad M. T. Ciceronem. *Extant cum* Ciceronis Epistolis ad familiares. *Vide* Ciceronis.

—— *Cum* Commentario Ubertini Clerici Crescentinatis. *Vide* Ciceronis.

—— *Cum eodem* Commentario, *et aliis* Philetici, *et* Merulae. *Vide* Ciceronis.

U B

Ubaldis Angeli de. Consilia, *ex emendatione* Baptistae de Sancto Blasio. *In summitate primae columnae folii primi recti conspicitur vacuum spatium pro titulo a Calligrapho exscribendo, et opus incipit absolute*: De eo qui fecit murari quendam murum cōem et fecit in eo trabes ĩmitti. *Ad calcem columnae primae folii clııı. aversi legitur:* Deo Gratias. Expliciunt cōsilia dñi Angeli de perusio. (C) Um Angeli consilia rara reperiantur et ea corrupta et male ordinata usq3 in presens extarūt vitio ut arbitror scriptorum Eaq3 utilia rei publice plurimū fore nemo neget presertim q' cōtinet casus quottidiãos (sic). Eorūq3 materiam ad plenam ipse Angelus de ubaldis germanus baldi nobis tradiderit. Supererat ut ipsa cōsilia emendarent' atq3 corrigerēt' ad utilitatem iuri opam dãtiū. Quapropter summo studio atq3 diligētia famosissimus iuris doctor domin' Baptista de sancto blasio de padua iura civilia publice legēs ĩ felici studio paduano talē laborē emēdãdi atq3 corrigēdi dca ɔsilia assumere nō dubitavit. Hec itaq3 cōsilia Angeli accipite emēdata atq3 suo ordine correcta. Atq3 venetijs magna curaq3 (sic) cū diligentia ĩpressa p̱ magistrū Joannē vercellēsem ad honorē Laudē et gloriã oĩpotēt' dei anno do. M. quadrigētesimo octuagesimo septimo tertio Kal.' martij. *In sequenti folio*, Incipit tabula seu reptorium cōsiliorum angeli fratris Baldi de ubaldis de perusio novit' cōpillatum (sic) ad inveniēdum omnes materias et oĩa dicta dcōrum cōsiliorū p̱ famosū iuris doctorē dominū Baptistam de sancto blasio iura civilia legentem in felici studio paduano. *In antica pagina folii clxxvı. extat* Finis huius repertorij ho4 consilio4 Angeli de ubaldis de Perusio fratris Baldi de ubaldis de Perusio M. ccccIxxxvij. die xiiij. mensis aprilis. Venetijs. *Protinus visitur Epistola Nuncupatoria, qua* Reverendissimo in xp̄o patri et dño dño Jacobo Zeno dei et apl'ice sedis gratia p̄suli patavino dignissimo Baptista de sancto blasio inter iuris utriusq3 doctores patavinos minius in hac florentissima academia patavina iura civilia legēs humili ɔmēdatione sal.' pl' *dicit. In postica, et ultima pagina habetur* Registrum huius operis.
In folio magno.. VII. D. 10.

—— Lectura super prima parte digesti veteris. *Prima pagina continet sequentia verba, majusculis gallo-francis typis impressa*:

Angelus perusinus
Super prima ff.
Veteris.

In aversa pagina occurrit brevis Editoris Praefatio in commendationem praesentis operis, cui subnectitur Splendidissima Francisci Ubaldi et Genealogia Angeli eius filij. nobilissima. *In folio secundo recto:* Lectura clarissimi viri. d. Angeli de perusio super prima parte ff. veteris. foeliciter incipit. *Et in folio ccxııı. averso:* Lectura eximij doctoris dñi Angeli de Ubaldis de p̱usio super prima

parte ff. veteris feliciter finit. Impressa et diligēter emēdata Venetijs: arte et industria Andree toresani de Asula: anno dñi M.cccclxxxxij. idibus Junii. *Adcedit* Registrum.

In folio magno.. VII. G. 17.

—— Repetitio L. si vacantia C. de bonis vacant. *In folio xxiv. recto post verba :* Deo Gratias Amen, *leguntur haec alia :* Hec notabilis lex si certis annis. C. de pact' fuit repetita per illuminatorem iuris civilis Dominum Angelum de Perusio in Studio Bononie die x. menis septembris. Mccclxxxviii. *Exinde :* Elegantissimas has Repetitiones (*adeoque plures*) Impressit Boninus de Boninis de Ragusia Brixie anno domini. M.cccexci. die xi. Marcii. FINIS.

In folio magno.. VII. C. 6.

—— Solemnis repetitio L. qui se patris. C. unde liberi nuperime (sic) reperta subtili ingenio que non reperitur in lecturis nec alibi impressa. Famosissimi. I. V. monarce D. Angeli magistri Frācisci de Perusio non minus vtilis q̄ necessaria curantibus habere materiam successionū cū alleget' per aliquos doctores et pauci habeant. In qua cōsistit virtus utilitas ac intelligentia. l. etc. *Laudata verba praefixa leguntur in principio columnae primae, et ad lineam xxxii. secundae columnae folii quarti recti terminatur* Repetitio, *et additur :* Finis alterius solemnis repetitionis. l. qui se patris. C. unde libe. edita ab eximio et famosissimo. J. U. Monarcha. d. Angelo magistri Frācisci de Perusio nunq̄3 impressa in qua consistit virtus et utilitas ipsius legis. FINIS.

Jn folio magno.. VI. F. 16.

Editio ignota, ignotum pariter, ut videtur, ipsum opus, quod excusum cernitur semi-gallo-franco typo in duas columnas diviso, et in qualibet earum perficit numerum 64. linearum. Opusculum comprehenditur quatuor plagulis, in quibus signatura *a*, et reclamantes cernuntur in inferioris orae marginibus, haud verum paginarum numeri in superioribus.

Ubaldis Baldi de. Commentaria in quinque libros priores Codicis, cum Apostillis Alexandri Tartagni Imolensis. *Praefixa est brevis Praefatio, in summitate primae paginae, quam hic exscribere necessarium fore arbitramur :* Quemadmodum Baldus perusinus conspicue Juris prudentie vir. cum in humanis vitam ageret. Insignium virorum agminibus cinctus erat. Sic fida societas veneta censens eum honorem mortuo tribuendum. quem vivo. Statuit eius cōmentaria sup toto Codice cingere. Apostillis clarissimi Jur̄. vtriusq5 Monarce Alexandri tartagni Imolensis ante mendosis. ac cum litteris divine sculptis ac conflatis. Ingenio acutissimi gallici Nicolai Jenson impressioni tradere. Que si quis ꝑspexerit dicet id ñ humana arte efficere potuisse et superare eā que per prisca tempora vel manu scripta. vel impressa fuere videbit et animos studentium inflamatos ad litteras illis margaritis similes. a cibo et potu desistere. nec putet quis eam societatem dissolutam. quoniam vivit Jenson: nec stigias undas natavit : vivet que semper nec eius ingenij acumen quisq̄5 superabit. sed potius id eveniet q̄ sulmonensis poeta decantat.

Vere prius volucres taceant estate cicade
Menalius lepori det sua terga canis. Quare viri cesarei si opera

Baldi habetis parate scombris et thus vendentibus hec enim credite vobis maiori utilitati cedent que in tabernis Librarijs copiose videbitis.

Cum violas pueri legunt hillasq3 puelle.
Ruraq3 que nullo natā serente vehunt.
Prata, que pubescunt variorum flore colorum.
Indocili que loquax gutture vernat avis.

Huic Praefationi subnectuntur binae columnae, quibus voluminis paginae conflantur. Titulus primae columnae excusus ita se habet: Incipit novissima et emendatissima impressio commentariorum summi utriusq3 iuris interpretis Baldi de Perusio super libro codicis Justiniani cum additionibus. sive apostillis iurisconsulti Alexandri Tartagnini de Imola. De novo Codice componendo Rubrica. *In fine primi voluminis:* Baldi pusini iuriscōsulti clarissimi in primū. scd'm et tertium librum Codicis Justianiani (sic). Lectura diligenti studio ac cura emendata correctaq3 feliciter explicit. *Adcedit* Registrum huius operis. *Secundo volumini eadem praefigitur Praefatio, qua absoluta hic titulus imminet primae columnae*: Opus dñi Baldi de perusio iuris utriusq3 doctoris super quarto libro Codicis. De rebus creditis et de iure iurando. Rubrica. *Ad calcem libri quinti:*

Digna perusini lectura novissima baldi
Codicis in quinto Clauditur arte nova
1487. die. 10. Maij.

Sequitur Registrum super quartum et quintum codicis.
In folio magno Tom. 2. *in uno volum*.......................... VII. A. 11.

Etsi nulla loci indicatio, nec Typographi nomen in opere legantur, ex adlata tamen Praefatione, voluminibus praefixa, patet editionem hanc a fida quadam Veneta societate Typographorum esse procusam, *litteris divine sculptis ac conflatis, ingenio acutissimi Nicolai Jenson;* scilicet, iis litteris, quas *Jenson*, qui jam ante annum 1487. obierat, adhibuisse novimus. Typus est gallo-francus, qui in unaquaque columna perficit numerum 68. linearum. Signaturae excusae cernuntur, haud vero foliorum numeri, et custodes.

—— Lectura super VI. VII. VIII. et IX. Lib. Codicis. *Titulus praefixus libro VI.:* Opus domini bal. d' Perusio iuris utriusq3 doctoris super sexto libro Codicis. De servis fugitivis et libertis mancipijsq3 civitatū artificibus et ad diversa opera deputatis. et ad rem privatam vl' dominicam ptinentibus. Rubricā. *Ad calcem hujusmodi libri legitur tantum* Finis. *Adcedit* Registrum operis. *Sequitur post albam paginam Lectura super* VII. VIII. IX. lib. *In fine libri IX.:* Baldi Perusini iurisconsulti clarissimi in septimum. octavum. et nonum. Librum Codicis. Justiniani lectura diligenti studio ac cura emendata correctaq3 feliciter explicit. Opus quidem utile immo necessarium oībus. Tam pontifici (sic) q̄ civil' iuris professoribus. Impressum Mli°. Anno salutis. M. cccc. lxxvij. Regnante Illustrissimo et excellētissimo Duce Joh'e Galleazio. Decīo septimo Kal' decēb.' *In ultima pagina occurrit* Registrum huius operis.

In folio magno .... VII. F. 20.

Sine Typographi nomine. Typus est gallo-francus, et uti videtur, *Christophori Waldarferi*. Lineae 68. in qualibet ex duabus columnis, quibus constant paginae, numerantur. Postillae marginales minusculo charactere exprimuntur, quo et commentaria excusa leguntur. In superioribus marginibus tituli librorum indicantur, haud vero foliorum numeri; in inferioribus tantum signaturae occurrunt instructae litteris, Arabicisque numeris. Praesens editio fugit Saxium.

—— Lectura super VI. lib. Codicis. *Prima pagina est alba, et in secunda legitur Monitum Editoris, duabus excusum columnis, et unaquaeque earum continet lineas 28. Opus incipit in secundo folio recto, absque ullo excuso titulo, pro quo in summitate columnae primae extat vacuum spatium a Calligrapho complendum. Terminatur ad lineam* XXXIX. *secundae columnae folii recti* CCCXXXI. *Deinde sequentia verba leguntur:*

Explicit Lectura sexti libri. C. edita ꝑ excellentissimū utriusq3 iuris doctorem dñm Baldum de ubaldis de ꝑusio.

In postica, et ultima pagina habetur REGISTRUM HUIUS LECTURE.
In folio magno .... VII. H. 10.

De raritate hujus editionis legatur Clar. *Vermiglioli* opus, *La tipografia Perugina del primo secolo pag. 121.* ibique eam refert veluti primum specimen artis Typographicae *Perusinam* advectae, nempe sub annum 1474; vel 1475. et forsan a *Johanne Vydenast Alemanno* impressam. Ante annum 1807. latuit haec editio Bibliographis fere omnibus, et primum eam excitavit *Clar. Brandolese*, ut ipse laudatus *Vermiglioli* cit. loc. fatetur. Character est rotundus, quem Romanum dicunt, lineasque 50. implet in unaquaque ex integris columnis. Margines, qui lati admodum ubique visuntur, a nullo signo impresso ordinem foliorum, scaporumque indicante occupantur. Initiales spatiis indicantur, quum nullo pacto a Typographo expressae fuerint. Charta est firma, et alba; et opus constat 331. foliis impressis.

—— Lectura super X. XI. XII. lib. Codicis. *In antica pagina folii primi, typis majoribus gallo-francis legitur:*

Baldus et Angelus
super tribus libris
Codicis.

In superiori margine folii secundi recti extant verba: Jesus Maria, *exinde occurrit titulus excusus in summitate columnae primae, scilicet:* Acutissimi iuris utriusq3 interpretis cōsumatissimi dñi Baldi de perusio super tribus libris codicis. S. decimo undecimo et duodecimo Lectura feliciter incipit. Una cum clarissimi iuris utriusq3 doctoris dñi Angeli super eisdem tribus libris codicis commento. Liber X. codicis incipit. De iure fisci Rubrica. *Opus desinit in folio* LV. *averso. Ad calcem primae columnae extat* Registrum, *et in fine columnae secundae legitur:* Impressum Venetijs a Philippo pincio. Anno dom. MCCCCLXXXXVIJ.

die penultĩo Novẽbris. *Huic typographicae notae impressa subditur tabella xylographica, quae iconem* S. Añtõnii Abbatis *repraesentat.*
In folio magno.. VI. F. 14.

—— Lectura super prima parte Digesti Veteris. *Typis majoribus gallo-francis excusa sunt sequentia verba in prima voluminis pagina :*

Baldus super prima
Digesti veteris.

Titulus operis primae columnae adpositus ita se habet: Domini Baldi perusini super prima. ff. veteris lectura feliciter incipit. *Ad calcem :* Expletũ est cõmentũ dñi Baldi de Ubaldis de perusio super primo ff. veteris libro. Venetijs per Andream de Thorresanis de Asula. ĩpressum. M. ccccxciij. die xvj. mẽsis Octobris. *Sequitur* Registrum.
In folio magno.. VII. H. 18.

—— Lectura super prima, et secunda parte Infortiati. *Prima pars titulum gerit*: Incipit Lectura domini Baldi de Perusio super prima Infortiati. *In fine*: Explicit Lectura Domini Bal. de perusio. Juris utriusq3 doctoris super prima perte (sic) Infortiati. *Post vacuum folium* : Incipit lectura. d. Bal. de Perusio super Sã. infortiati. *Ad calcem operis :* Explicit aurea lectura famosissimi. J. U. do. dñi Baldi de ꝑusio suꝑ ṗma et Sã. ꝑte Infor. Imꝑssa venetiis ꝑ Joãnem forlivieñ (sic). anno. d. M. cccclxxxvi. die ultimo martij. *Sequitur* Registrum.
In folio magno.. VII. G. 2.

—— Alia editio. *In prima pagina legitur :* Baldus super prima Infortiati. *In secundo folio recto*, Incipit lectura domini Baldi de perusio. super prima. Infortiati. *In calce totius voluminis:* Explicit aurea lectura famosissimi. J. U. do. dñi Baldi d' ꝑusio suꝑ prĩa et sã ꝑte Infor. Imꝑssa venetijs ꝑ magistrũ Bernardinũ stagninũ. de Tridino ex mõteferrato sũptib' suis. anno. d. Mccccclxxxxiiij. die v. februarij. *Huic notae subnectitur Registrum.*
In folio magno.. VII. G. 29.

—— Lectura super I. II. *et* III. Lib. Decretalium. Incipit lectura eximij iuris utriusq3 doctoris dñi Baldi de perusio super primo Decretalium. *Hic titulus praefixus legitur in principio operis. Ad calcem libri primi :* Explicit ad oĩpotẽtis laudẽ lectura dñi. Bal. de Ubaldis de ꝑusio J. U. doctoris suꝑ ṗmo lib. decretalium. Impressa Venetijs per Bernardinum de Tridino de monte ferrato. Anno salutis. M. ccccxcv. die xxix decembris. *Adcedit* Registrum huius operis. *Post vacuum folium incipit* Commentũ Juris utriusq3 luminis domini Baldi de perusio in secundo decretalium libro. *In calce totius voluminis :* Explicit cõmentum dñi Baldi de perusio iuris utriusq3 doc. in Tertio d'cretaliũ libro. Impressum Venetijs per Bernardinũ de Tridino de Monteferrato ãno salutis. M. cccc. lxxxxv. xiiij. die Novembris. *Subnexum est* REGISTRUM.
In folio magno.. VII. H. 14.

—— Consiliorum Partes IV. *In prima parte, antica pagina vacua est; in adversa* Incipit Tabula prima Florum notabilium aureorum hercle : summo

studio et impensa nuper excerpta de Cōsiliis Doctorum Principis. d. Baldi de Perusio : toto orbe recolendi : in facto casuum occurrentium potentissimis Principibus : et partibus infrascript⁹ Excellētiam suam confidentissime ɔsulentibus : tanq̄3 ad vive vocis oraculum confluentibus. Quorum intellectu quisq3 clientulus : Procurator : vel causidicus : aut Tabellio : et quod magis ē : ipse cōsultus ꝗ iustitiā fovet : ac ēt. iusdicēs qualem litis eventum eā sua sit habitura : ipse actor vel reus facilime (sic) ꝑpendet : et in foro tā spirituali q̄m seculari. 1000. forte Cōsilia decisiva quatuor voluminibus ꝑ quatuor Florenis quilibet consequetur: que 10000. ɔstitisse ꝗlib⁹ affirmabit. *Folia xx. occupat Tabula , et post albam primam paginam folii xxi. in adversa occurrit Epistola, qua* Universis humani diviniq3 iuris studiosis atq3 Consultis Boninus de Boninis Ragusius sal. *dicit. In hac Epistola, quae data est* Ex Brixia vi. kalendas Martias M. ccccxci. *laudat* Boninus *typographicam artem :* Baldum Perusinum *multis laudum encomiis extollit: denique orat, ut omnes illius fidem, ac voluntatem augeant ac tueantur. Sequuntur deinde quaedam ex diversis Auctoribus prolata, quibus sequens Epitaphium, hoc pacto excusum subditur.*

EPITAPhIUM	PAPIE
Vita labor divini studij cultus amoris.	Quis ꝗ nūc liquit mortalis pondera carnis.
Artes nature Regis fulgentia dicta.	Dulcia iam gustans auctoris pascua summi.
Legales norme pastorum celica iura.	Clauditur hic Baldus francisci tegmine fultus.
Ornant Baldi animumq3 pandit dogmate claro.	Doctorum princeps perusina conditus arce.

Qui obiit Anno domini. M.cccc. die mercurij. xxviij. Aprilis in aurora

FINIS.

Opus exordium habet in sequenti folio a titulo in summitate columnae primae sic inscripto : In nomine sancte ac individue Trinitatis. Amen. Incipit prima Pars aurea Cōsiliorū excellētissimi Juris consulti domini Baldi de Perusio veri mōarche ac etate sua splendidissimi luminis : et tam divini q̄3 humani Juris toto orbe perfectissimi speculi. *Ad calcem Partis primae :* Ecce p̄ma pars clarissimo4 Consilio4 Excellētissimi iuris utriusq3 monarche atq3 totius orbis ꝑfectissimi Speculi dn̄i Baldi d⁹ Perusio feliciter explicit : exemplata ex ꝓprio originali suo: et mediāte solertia Reverendissimi dn̄i d. Petri de mōte cd⁹ presulis Brixiani iuris tā cesarei q̄3 pontificij consultissimi. Imp̄ssa Brixie arte ac solerti cura Bonini de boninis de Ragusio (sic) Dalmatini Calendis septēbris. Anno a nativitate dn̄i nr̄i iesu xp̄i. M. ccccxc. *Huic subnectitur Typographi signum , alibi notatum.*

Secundae Parti praeit Tabula xii. foliis contenta, cujus titulus : Tabula secundi voluminis ɔsiliorum illius iuris monarche dñi Baldi Perusini edita accuratissime et cum omni sinceritate per excellentem iuris utriusq3 doctorem. D. Johannem antonium de Zanetis de collegio excellentissimo. Jurisconsultorũ illius inclite civitatis Brixie : q tria prima volumĩa summa vigilia correxit : summaria omnia omni diligẽtia apposuit Tabulas tres aureas edidii (*sic*) : et iustissimas. *In fronte folii xiii. legitur :* Incipit scd'a aurea pars consilio4 excellentissimi Domini Baldi veri Monarce splendidissimiq3 Juris utriusq3 luminis et totius orbis perfectissimi Speculi. In qua continent' consilia cccclxxj. diversis in casibus edita. *In fine :* Explicit secũda aurea pars consiliorum excellentissimi domini Baldi veri monarce : Splendidissimiq3 iuris utriusq3 luminis et totius orbis perfectissimi Speculi : in urbe Brixia fulgẽtissima accuratissime impssa et emendata Solerti cura et ingenio Bonini de boninis d' Ragusia. Anno domini. M.ccccxc. Idibus Julii. *Subnexum cernitur Typographi signum; et in ultima pagina extat* Registrum Secundi Voluminis.

Tertiae partis Tabula incipit a titulo : In christi nomine eiusq3 Beatj (*sic*) Matris semp Virginis. Incipit Aurea tabula tertie partis ɔsiliorum illius incliti Mõarche. d. Baldi Perusini edita et suma (*sic*) diligentia composita per Excellentem iuris utriusq3 doctorem. d. Joannemantonium de Zanetis civem Brixiensem de Collegio excellentissimorum dñorum Judicum istius inclite civitatis Brixie : qui primas tres ptes omnium consiliorum sũma vigilia quantum in eo fuit correxit: sũmaria omnia posuit accurate : tabulasq3 tres aureas omni adhibita solertia fideliter composuit. *Desinit haec Tabula in folio xvii. averso, et in sequenti folio* Incipit Tertia pars consiliorum Clarissimi et Excellentissimi Juris utriusq3 monarche dñi Baldi d' perusio, *quae terminatur hac nota :* Explicit tertia pars consiliorum clarissimi et excellentissimi tam Cesarei q̃3 Pontificii luminis domini Baldi de Perusio ex proprio originali suo exemplata. Apprime correcta per spectabilem Jurisconsultum. d. Joannẽ Antonium de Zanetis civem Brixiensem. Et impressa ingenio ac solerti cura Bonini de boninis de Ragusio (*sic*) dalmate Pridie idus Februarii. Anno salutifere incarnatiõis. M.cccc.lxxxxi. Brixie. *Huic notae subnexum est* Registrum.

Quartae Parti praefixa est Tabula viii. foliorum, et sequens titulus eidem imminet: Hec est quarta et ultima pars Tabule Consiliorum celeberrimi iuris utriusq3 consulti domini Baldi de Perusio. in qua continentur Sumaria (*sic*) cccciij *In folio ix. recto* Incipit quarta pars consiliorum excellentissimi utriusq3 iuris doctoris domini Baldi de Perusio : cũ nõnullis aliis elegantissimis diversorum doctorum consiliis insertis super eadem materia: per Spectabilem et eximium iuris utriusq3 doctorem civem Brixiensem dominum Angelum Gafforiũ correcta et emendata cũ summariis suis. *In fine :* Explicit quarta pars consiliorum excellentissimi et famosissimi doctoris in utraq3 censura dñi Baldi de Perusio : per spectabilem iuris utriusq3 doctorem Brixiensem dominum Angelum gafforiũ correcta et emendata : et Brixie Impressa ingenio ac solerti cura Bonini de Boninis de Ragusio Dalmatini : ad Laudem omnipotentis dei eiusq3 gloriosissime virginis matris Marie : cõmodũq3 et utilitatem maximam studentium, vigilia Omnium

Sanctorum Anno dñi. M. ccccIxxxx. *In penultima pagina extat* Registrum Quarti Voluminis.
In folio majori. *Tom. iv. in ii. Volum*..................... VII. D. 13-14.

Characteres licet gallo-franci, sunt tamen perelegantes. Pagina quaevis in duas est distincta columnas. Initiales litteras parvas adjecit Typographus, Miniculator autem tam Principes litteras, quam margines primae paginae singularum Partium coloribus variis, et auro affabre exornavit; et in inferiori ora gentilitium stemma, forsan Possessoris codicis adpinxit. Fasciculi signati cernuntur, attamen custodes, et paginarum numeri desunt.

—— Opus de Statutis. *Praecedit Index operis cum Editoris* Ad lectorem epistola; *et in folio tertio recto opus incipit, nullo titulo praefixo. Statutis absolutis, sequuntur* Regule generales statutorũ per dominum Bal. *Ad harum calcem Typographus sequentia verba impressit:* Famosissimũ opus Bal. circa materiã statuto4 que cõmuniter consueverunt esse per Italiã sparsim per ipm Bal. in diversis lecturis posita ẽt nunc ex eis in unum per alphabetum collecta et sub congruis lr̃is et titulis situata: Nec non et regule eiusdem Bal. et Bar. circa ipsa statuta: Ac cõtradictiones. Bar. in quibus sibiipsi contradicit etiam ex diversis lecturis collecte finit feliciter. Impssum Venetijs per Andream de thoresanis de asula. Anno dñi. M. cccc. lxxxxvj die v̄o. quinto Septembris. *Sequitur* Registrum chartarũ.
In folio majori.. VII. C. 31.

—— Additiones ad tractatum Bartoli de Saxoferrato de lucro duorum fratrum simul habitantium. *Titulus, qui primae columnae imminet, is est:* Incipit tractatus additionum Bal. ad tractatũ Bar. de duobus fratribus. *Ad calcem:* Explicit tractatus additionum sup tractatu dñi Bar. de duobus fratribus p dñm Bal. compositus.
In folio majori.. VI. C. 23.

Sine ulla nota typographica. De hac elegantissima, et rara editione vide, quae supra innuimus pag. 83. hujus voluminis art. *Saxo ferrato Bartoli de*, cum quo praesens tractatus extat excusus, et compactus

—— Exemplar alterum...................................... V. C. 26.

—— Additiones super Speculo Gulielmi Durantis. *Vide Tom. i. pag. 270. Art.* Durantis.

—— Aureum Repertorium super speculo Gulielmi Durantis. *Vide ibidem, Art.* Durantis.

—— Tractatus super usibus Feudorum, *cui adcedit* Tractatus de pace Constantiae. *Primo opusculo praefixus legitur sequens titulus:* Clarissimi ac famosissimi utriusque iuris illuminatoris domini Baldi de perusio super usibus feudorum. cõmentum Incipit feliciter. *In fine:* Explicit subtilis ac putilis lectura sup usibus feudo4 dñi Baldi dᵉ ubaldis de pusio utriusq3 iuris mõrche excellentissimi ĩ ĩclita civitate Papie publicata sub illustri dño dño Johanne Galeaz comite v̄tutũ ĩ cuiᵉ laudem et honorẽ hoc opus ɔpilavit. Comẽtum dñi Bal. dᵉ Ubaldis de pusio utriusq3 iuris doctoris illustris sup pace ɔstãtie feliciter ĩcipit.

Ad calcem: Explicit comtū dñi Baldi. d⁹ pusio Jur utriusq3 doctoris excellentissimi super usibus feudo4 et pace ostantie. Impssum Papie per Benignū de bonate Impensis dñi Petriantonij de Castelione civis Mediolaneñ. Imperātē Jo. Galeaz maria viceco. sexto Insubriū duce die p̄rio octobr̄. M. cccc. lxxxiij. *Sequitur Index, quem excipit* Registrum operis.

In folio majori.. VII. G. 19.

—— Alia editio, *quam curavit* Franciscus appellatus Patavinus (*ita se adpellat in brevi Epistola, quae legitur in x. folio averso voluminis*) Sacrosanti Consistorii Advocatus, *qui etiam ad tractatum de* Feudis Additiones *ab Auctore, post consummatum opus, conscriptas adjunxit. Praecedunt ix. folia Indicis, eodem* Francisco *auctore, qui insuper demonstrat, quid sub unoquoque titulo, seu rubrica tractatus de* Feudis *contineatur. Folium x. est album in antica facie, et in postica habetur supra dicta brevis Epistola. Titulus excusus in summitate columnae primae folii xi. sic extat:* Lectura clarissimi ac famosissimi ut⁹usq3 iuris illuminatoris domini Baldi de pusio sup usibus feudo4 Incipit feliciter. *Ad lineam x. secundae columnae folii cl. aversi desinit tractatus de* usibus Feudorum, *et haec adjecta leguntur:* Explicit subtilis ac perutilis lectura. sup usibus feudorum domini Baldi dē ubaldis de Perusio utriusq3 iuris monarche excellentissimi in ĭclita civitate Papie publicata sub illustri domino domino Johanne Galeaz comite virtutum in cuius laudem et honorem hoc opus compilavit. *In sequenti folio li.* Incipit cōmentum dñi Baldi d⁹ Vbaldis de pusio utriusq3 iuris doctoris illustris sup pace constantie, *quod terminatur in aversa pagina folii clxii. ad lineam xxx. Exinde legitur:* Cōmētum sup pace cōstantie dñi Baldi de perusio utriusq3 iuris illuminatoris excellentissimi finit feliciter. Impressumq3 Rome apud sanctum Eustachium in domo dño4 Anthonii et Raphaelis de uulteriis Scripto4 apostolico4. *Ultimum folium rectum exhibet* Registrum huius operis.

In folio majori.. VI. G. 17.

Quis fuerit, vel qui fuerint Typographi, qui volumen hoc in domo *DD. de UUlteriis*, et quo anno ipsum impresserint, adhuc incompertum est Bibliographis, praesertim diligentissimo *Audiffredo*, qui hujusmodi editionis mentionem facit *pag. 368.* nec non *Denis Suppl. pag. 504. Catal. Bibl. Schwarz. Tom. II. pag. 37.* Ejus character Romanus est, magnitudinis mediae, nec rudis, neque elegans, ejusdemque fere formae ac character *Adami Rot*, cum quo tamen confundi non potest. Editio vere magnifica est, quae superbit optima charta, amplis marginibus, duabus columnis, linearum 66. sine signaturis, reclamantibus, paginarum numeris, et initialibus, pro quibus spatia vacua conspiciuntur.

Ubaldis Nicolai de. Tractatus de successionibus ab intestato. *Praefixus est in secunda pagina folii primi titulus:* Ad Reverendissimū In xp̄o prēm et dñm dominū. L. Episcopū Tusculanū. S. R. E. Cardinalē de Vrsinis D. N. pape Camerariū Tractat⁹ de successionib⁹ ab intestato Editus per R. P. D. Nicolaū de Vbaldis de Perusio doctorē in utroq3 iure clarissimū Sacri palacii Apostolici causarū Auditorem etc. etc. Prohemium. *In fine hujus:* Datū in vigilia Penthecostes Anno dñi. MCCCCLXXII. die XVI. Maii. *Sequitur in folio sequenti Tabula duorum*

foliorum ; deinde opus ipsum incipit absque ullo titulo in folio quarto recto, et desinit in prima pagina folii xxvii. ad lineam xxxviii. et post verbum, FINIS, *additur:* Hanc summulam sive tractatū de successiōibus ab ītestato q̄ brevissime potui edidi Ego Nicolaus de Vbaldis de Perusio Vtriusq3 iuris doctor. Et sacri palacii apostolici causarū Auditor sub anno dñi. Mcccclxxi. die penultima septembris Regnante Sixto iiii. Pontifice maximo Pōtificatus sui anno p̄mo Submittens opus ipsum correctioni V. R. D. et cuiuscūq3 alteri⁹ melius sentiētis Omīpotēti deo sit laus et gloria per infinita secula seculorū Amen. Rome. *Post vacuam paginam, adcedit* Additio, *quae tota agit* De successionib⁹ ab intestato Clericorum Regularium, et Secularium. *Primum continet Praefatiunculam Auctoris ad eumdem* Cardinalem de Vrsinis, *cum* Tabula *ejusdem* Additionis, *exinde* Additio *ipsa incipit, ad cujus calcem, scilicet ad lineam xxxi. secundae columnae folii xxxiv. recti, legitur ipsius Auctoris protestatio ad dictum* D. Cardinalem, *cujus correctioni, et* cuiuscunq3 alterius melius sentientis *Tractatum ipsum submittere profitetur. Post haec omnia legitur :* Explicit solēnis tractat⁹ cū excellēti additōe edit⁹ p R. P. ac clarissimū utriusq3 iuris doctorē dūm Nicolaū de Vbaldis de Perusio Sacri palacii apostolici causarum Auditorem.

In folio majori.. VI. G. 12.

Sine ulla typographica expressa notitia. Ex subscriptione Auctoris ad calcem Tractatus *de usibus feudorum*, in qua refert se illum edidisse *sub anno 1471. die penultima septembris, Pontificatus Sixti iv. anno primo,* intelligimus editionem Tractatus manu, non vero typis exarati. Ex Praefatiuncula tamen, eidem praemissa, et data (uti jam notavimus), anno *1472. in vigilia Pentecostes, die 16. maii,* collata cum iis, quae de ipso Tractatu Auctor scribit in Praefatione ad Additionem, non obscure colligitur, ipsum impressum fuisse eodem anno 1472. Hujus operis character idem omnino est, ac is, quo impressus fuit *Tractatus de Usibus Feudorum*, et de *Pace Constantiae*, quem supra notavimus, *apud S. Eustachium in domo Ant.* et *Raph. de Vulterris.* Sed tamen artifex ignotus est. Eadem chartae qualitas, ac eadem typographica oeconomia, quam in praecedenti editione jam vidimus.

—— Exemplar alterum.. VI. C. 10.

—— Alia editio. *Praeit in adversa pagina folii primi Epistola Nuncupatoria* Nicolai de Ubaldis ad Cardinalem de Ursinis Episcopū Tusculanū, *quam in sequenti folio excipit Tabula Capitum. Caetera visuntur ut in praecedenti editione ; sed in hoc nostro Exemplari deest ultimum folium, in quo notitia typographica continebatur.*

In folio majori.. VII. D. 21.

Ex forma characterum, et ex typographico artificio, dicerem praesentem editionem esse exaratam *Mediolani a Leonardo Pachel, et Ulderico Scinzenzeller*, qui anno 1487. evulgarunt editionem hujus operis; cujus descriptio tradita a *Maittaire pag. 489.* et a *Saxio pag. 582.* convenit adamussim cum hoc nostro exemplari.

Ubaldis Petri de. Tractatus de duobus fratribus, et aliis sociis. *Prima pagina est alba, et in secunda occurrit sequens brevis Auctoris Prolusio :* Postq̄3 finem imposui huic opusculo omnipotēti deo et eius gloriose matri. Ma-

rie et beato Francisco et virgini Caterine ac beato Bernardino et Vincentio gratias agam' et si verbose nimis aut min' correcte minusq3 pfecte aut ī aliquo erraverim ī hoc opusculo me in cūctis subijcio correctiōi suppletōi seu diminutioni theologo4 et sancte matris ecclesie et cuiuscunq3 melius sentientis. *Exinde* Sequit' tabula ɔclusionū oīum q̄ in hoc opusculo ɔtinentur etc. etc. *In folio quarto averso* Explicit tabula sup tractatu de duobus fratribus et aliis quibuscunq3 sociis, *et protinus Auctor Praefationem suam concludit. Opus in sequenti folio initium sumit a titulo rubro colore excuso:* Tractatus de duobus fratrib' et alijs quibuscūq3 socijs per celeberrimum ac famosissimum vtriusq3 iuris doctorē dn̄m Petrum de ubaldis de Perusio editus feliciter Incipit. *Ad calcem:* Explicit solēnis tractatus de duobus fratribus et aliis q̄buscūq3 socijs: editus per famosissimum doctissimūq3 virum dn̄m. Petrū de Ubaldis de perusio utriusq3 iuris doctorem Impssus p Philippū Pintiū de Caneto. M. cccc. lxxxx. novis (sic) augusti. Venetiis. *Subnectuntur* Registrum hujus opusculi, *et signum Typographi, jam notatum.*
In folio majori.. VII. C. 7.

—— Alia editio, *cui deest titulus in principio operis; caetera vero extant ut in praecedenti editione. In fine:* Explicit solēnis tractatus de duobus fratribus et alijs quibuscūq3 socijs editus per famosissimū doctissimūq3 virum dn̄m Pe. de Ubaldis de perusio utriusq3 iuris doctorem Venetijs impressum. *Adcedit* Registrum huius operis.
In folio majori.. VII. D. 5.

Sine nota chronologica, et Typographi nomine. Dixerim, eodem Typographeo hanc editionem fuisse exaratam, quo praecedens excusa fuit, ob perfectam characterum similitudinem; ac licet eorum forma in hac secunda sit aliquantulo minor; eadem omnino est impressionis oeconomia, et papyri qualitas. Signaturae visuntur in inferioribus marginibus litteris, Romanisque numeris instructae: desunt tamen reclamantes, foliorum numeri, et initiales litterae, pro quibus spatia tantum extant. Duas tantummodo editiones hujus operis Bibliographi recensent, *Venetiis* excusas; quarum prima *anno 1487.* a *Johanne Vercellensi;* secunda a *Philippo Pintio anno 1490* impressa est. hanc vero nostram ipsi penitus ignorarunt.

—— Alia editio. *Praeit brevis Praefatio, quae incipit in antica pagina folii primi, et dein sequuntur Tabula, ac Praefationis conclusio, ut in praecedentibus editionibus, et haec omnia septem folia occupant. In folio octavo opus ipsum incipit, sed pro titulo scribendo, spatium reliquit Excusor in summitate primae columnae. Desinit opus ad lineam xlii. secundae columnae folii recti lxxxix. ac postea legitur:* Explicit solemnis tractatus d' duobus fratribus et aliis quibuscumq3 sociis editus per famosissimum doctissimumq3 virum dominum Petrum de Vbaldis de perusio utriusq3 iuris doctorem. Finit feliciter.
In folio majori.. VI. C. 25.

Editio haec inter cimelia Bibliothecarum recensenda, quum Bibliographis non paucis, quos mihi evolvere licuit, ignota sit. Impressionis locus, ut videtur, *Roma* fuit, sed nullo certo indicio id nobis constat: dixerim insuper hanc esse primam hujus operis editionem, ob nonnullas antiquitatis

notas, quae in ea observantur; nullis enim instruitur custodibus, signaturis, foliorum numeris, et initialibus; sed hae colore rubro a Miniculario depictae fuere. Characteres rotundi, ac elegantes duplici columna in paginis distincti, lineas 50. adimplent in papyro oppido nitida, ac firma.

—— Tractatus super Canonica Episcopali, et Parochiali. *Titulus excusus in summitate columnae primae, est hujusmodi :* Incipit tractatus famosissimi utriusq3 iuris monarche domini Petri de Vbald⁹ de Perusio sup canonica episcopali et parrochiali. *Terminatur in folio lxxxvi. recto, ad lineam xlix. secundae columnae, cui additur verbum* FINIS. *Post albam paginam, in sequenti folio recto :* Incipit tabula sup tractatu Canonice partōis domini Pe. de Vbaldis de Perusio. Qui tractatus habet duas partes p⁹ncipales. Prima est de Canoīca episcopali. Secūda de parrochiali. Canonica epālis habet x. capitula et canonica parrochialis quatuordecim et qd⁹libet capitulum habet articulos ut ī. patet. *Tabula absolvitur in folio xcii. recto, ad lineam vi. secundae columnae verbis :* Finis tractatus et tabule utriusq3 partis; *et protinus* Incipit Registrū huius libri; *et ad calcem legitur,* Deo gratias.

In folio majori.. VII. D. 7.

Consonat haec editio omnino, quoad characteris formam, typographicum artificium, et papyri qualitatem cum praecedenti. Hujusmodi mentionem fecerunt *Denisius in Suppl. pag. 687. Gras pag. 263.* et *Panzer Tom. 2. pag. 554.*, qui ipsam inter Romanas editiones merito adnumerant.

—— Tractatus de unione ecclesiarum, *cui adcedunt tria alia opuscula* de Revocatione unionis ac mutatione Status Ecclesiarum. *Legitur sequens titulus excusus in summitate columnae primae :* Clarissimi ac prestantissimi utriusq3 iuris doctoris domini Petri de perusio. Incipit tractatus de unione ecclesiarū. Cum aliis tribus opusculis de revocatione unionis ac mutatione status ecclesiarum nec non de mutatione status personarum ecclesiasticarum. *Terminatur hisce verbis ad calcem secundae columnae folii recti xx.* Carissimi (sic) utriusq3 iuris doctoris Dn̄i Pe. d⁹ pusso (sic) finit tractat⁹ de mutatiōe stat⁹ psōa4 eccl⁹iastica4 cū aliis trib⁹ opusculis de uniōe et r̄vocatiōe uniōis ac mutatiōe stat⁹ eccl⁹ia4.

In folio majori.. VI. G. 17.

Absque ulla typographica notitia. Inter libros rarissimos hunc referendum esse, altum Bibliographorum etiam praestantiorum de eo silentium omnino suadet. Typo gallo-franco, quodammodo rudi, ac inaequali, qui duas perficit columnas in paginis, dum unaquaeque earum constat lineis 62., excusum est opus. Charta est firmissima, et alba, sed non admodum polita. Initiales litterae parvis indicantur formis; custodes, signaturae, et paginarum numeri in amplis marginibus desiderantur. Unicum interpunctionis signum, observavi punctum. Cui vero Typographo adscribenda sit haec editio, incompertum mihi omnino est.

—— Tractatus de permutatione Beneficiorum. *Titulus praefixus hoc pacto legitur :* Incipit utilis et quottidian⁹ Tractatus permutationis bn̄ficio4 secūdū clarissimū iuris īterpretē D. Petrum de ubaldis de perusio fideliter emendat⁹ per insignē equitē. et iureconsultū prestantissimū D. Ludovicum Bologninum in almo Bononie patrie sue studio Anno dn̄i. Mccccclxxxviii. *Ad calcem :* Explicit sole-

mnus (sic) Tractatus de permutatione beneficiorum. D. Petri de perusio emendatus p prefatum. D. Ludo. bolo. Deo Gratias Amen. *Sequuntur alii Tractatus* Guidonis de Suzaria, Ludovici de Bologninis, Signorelli de Homodeis, *ac aliorum, de quibus suo loco actum est. Ad calcem voluminis* : Emendatissime et diligentissime visa in regia ac excelsa civitate Bononie et impensis Ugonis rugerij et bñdicti ectoris libro4 mercatoris fidelis. Et industria non levi eiusdē Ugonis de rugerijs impressoris bononiensis fideliter ipssa. Anno a salute christiana Mccccl xxxviiij die xviij. Februarij. *Adcedunt Registrum, et signum Typographi.*

In folio majori.. VII. C. 24.

Constat hoc opusculum quinque foliis impressis gallo-franco charactere, qui in qualibet columna, quum binae occurrant in paginis, perficit summam 66 linearum. Desunt custodes, foliorum numeri, et initiales, folia tamen signavit Typographus in inferiori ora litteris, Romanis numeris adjunctis. Praesens opusculum extat excusum, et compactum cum collectione variorum Tractatuum, quorum primus est *Matthaei de Mattasellanis de successionibus ab intestato. Fantuzzi Biblioth. Bonon. Tom. II. pag. 270.* hujusmodi Collectionis mentionem fecit.

Ubertini Clerici Crescentinatis. Commentaria in Epistolas Heroide Ovidii. *Extant cum* Ovidii Epistolis, *et aliis Expositoribus. Vide* Ovidii.

—— Commentaria in Epistolas familiares M. T. Ciceronis. *Exstant cum iisdem* Epistolis. *Vide* Ciceronis.

V E

VEGETII FLAVII RENATI. Epitoma rei militaris. *Folium primum vacat, in secundo recto Tabula capitum imprimitur, cui titulus praeit*: Flavii Vegetii Renati viri illustris Epitoma rei militaris libri numero iiii. Incipiunt. *Desinit Tabula in postica pagina, ad lineam secundam, opusque protinus eidem subditur, et terminatur in ultima linea folii xxxii. aversi, verbo*, Finis; *exinde additur:* Laus deo beateq3 Marie Virigini (sic): et celesti curie paradisi. *In penultima voluminis pagina sequentia verba leguntur:*

Non sunt passi.
diutius situ et squa
lore delitescere. Illu
strem Vegetium de mili
tari disciplina loquentem: virum
omni laude dignissimū. Ingenui ado
lescentes Sebastianus et Raphael de Or
landis. Quem ob eam maxime causam impri
mi curaverunt: ut et antique virtutis exemplo italici
iuvenes longa desidia ignaviaq3 torpentes tandem ex
pergiscerentur: Cum preter singularem de arte do
ctrinam: ita in omni genere virtutum consu
matum iudicamus: ut non solum illius ar
tis meditatione tyro optimus miles
fiat: sed omnis etas solertior:
Omnis spiritus vigilantior:
omne deniq3 humanū
ingenium prestan
tius efficiatur.
Piscie. iiii. nonas Aprilis. Mccccclxxxviii. Sigismon
do Rodt de Bitsche operis architecto.

Sequitur Registrum.
In folio parvo.. XII. D. 17.

Ex verbis illis, *Non sunt passi etc. etc.* quidam hanc editionem Principem appellarunt, ut videre est in *Annal. Typogr. Maittaire pag. 497. Catal. Bibl. Schvarz. Tom. II. pag. 209. Deltophili pag. 130.* et *Panzer. Tom. II. pag. 385.* Ea tamen ab aliis certe praeceditur, ut ex Bibliographorum Catalogis adparet; excitatur siquidem editio *Coloniensis* excusa a *Nicolao Goetz*, quam *Debure Bibliograph. instructiv. N. 2129.* et *Laire Ind. I. pag. 207.* referunt ad annum 1474., eamque Principem esse dicunt. Adest insuper *Romana* anni 1478. teste *Audiffredo Catal. Edit. Roman. pag. 228.* Quare fatendum est, *Pisciensibus* Editoribus nullam antiquiorem innotuisse editionem, proindeque non ex impresso, sed ex MS. exemplari textum *Vegetii* hausisse; ex quo fit, ut licet princeps tempore non sit editio, principibus nihilominus suppar habenda sit. Characteres, quibus ipsa impressa conspicitur, gallo-franci sunt, et admodum elegantes, et lineas 43. metiuntur in paginis integris. Signaturis praedita est *a-e*, quibus adsociavit Impressor numeros Romanos. Custodibus, et foliorum numeratione plane destituitur; initiales minoribus formis expressas refert. Margines lati sunt, charta alba, et satis firma.

—— Alia editio. Impressa Rome per Venerabilem virum Magistrum Eucharium Silber alias Franck Anno domini millesimo quadringentesimo octagesimo septimo. Die vero quarto Kal. Februarii. *Sequitur* Registrum. *Vide* Scriptores Rei Militaris *pag. 92.*

In 4.° parvo.. VIII. A. 21.

—— Exemplar alterum.................................. VIII. B. 37.

—— Alia editio. *Ad calcem :* Rome per Eucharium Silber Alamanum. Anno a natali christiano M. cccc. xciiii. die xxiiii. Octobris. *Vide* Scriptores Rei militaris.

In 4.° parvo.. VIII. B. 11.

—— Alia editio. *In fine*: Impressa Bononiae per Platonem de Benedictis Anno MCCCCLXXXXV. die vero decimo Iulii. *Vide* Scriptores Rei militaris.

In folio parvo...................................... IX. E. 3.

—— Exemplar alterum.................................. XII. C. 3.

Vegii Maphaei. Liber vocabulorum ex iure Civili excerptorum. *Quinque priora folia Tabulam continent alphabeticam , et post unum vacuum legitur Nuncupatoria Epistola , cujus inscriptio :* Maffeus vegius Bartholomaeo capreo praesuli mediolanensium. Sal.Pl.D. *Data* Ex papia idibus martiis. M.°cccc.°xxx.°iii.° *In secunda pagina folii octavi* M. Vegii Laudensis liber e iureconsultorum scriptis excerptus incipit ad Bartholomaeum capreum praesulē mediolanensium. *Absolvitur opus ad lineam xxiii. primae paginae folii li., et protinus Excusor addidit :* Finis vocabulorum ex iure civili per Maffeum vegium excerpto4. Qui sane liber quātum nobis : qui eloquentiae operam damus : quātum ēt ipsis iureconsultis utilitatis sit alliturus (sic) : cognoscant qui ꝓprietatem verborum diligentius exquirunt. fuit aūt hoc opus et emendatum et īpressum Vincentiae : industria : et diligentia Philippi albini aquitani. Milesimo (sic) quadrigentesimo. lxxvii. salvatoris anno. Kal. decemb. Laus deo.

In folio parvo...................................... VII. E. 11.

Editio parum obvia , et unica huius operis Sacc. XV. Excusa est charactere gallo-franco admodum minuto, qui lineas 46. implet in paginis plenis. Parva elementa Arabicis numeris sociata signaturarum seriem perficiunt in inferioribus marginibus , in quibus desunt reclamantes , nec non foliorum numeri in superioribus.

—— Mafei Vegii Laudensis dialogus veritatis et philalites ad eustachiū fatrem. Incipit feliciter. Philalites. *Is titulus legitur in summitate primae paginae ; ad calcem secundae folii sexti :* Impressum Brixiae per Bernardinum de misintis de Papia anno. M. ccccl xxxxvi. die xii. Maii.

In 4.° parvo.. XIII. A. 39.

Editio est pulchro charactere rotundo, sed minuto impressa, cum signaturis, *a. a. ii. a. iii.* sed numeris , et custodibus caret.

—— Liber xiii. Aeneidos *aliis* Virgilii *adiunctus. Extat cum* Virgilii *operibus. Vide* Virgilii.

—— Carmen in laudem S. Monicae Matris S. Augustini. *Extat ad calcem vitae ejusdem, conscriptae a* Paulo Lulmeo. *Vide* Lulmei.

Venere Abrahae A. Liber de Luminaribus, et diebus creticis. *Titulus, qui opusculo praefixus est, sic extat:* Incipit liber Abrahe a venere de luminaribus et diebus creticis. *Desinit:* Finit Libellus Abrahe a venere de luminaribus et diebus creticis : die : 7 : februarii : 1482.
In 4.° parvo.. VIII. B. 38.

Est opusculum quinque plagularum, excusum charactere gallo-franco *Erhardi Ratdolt Venetiis*, uti innuit *Denis in Suppl. pag. 160.* qui monet etiam pro *A Venere*, legendum *Avenaris.*

Veneti Pauli. Logica. *Deest primum folium nostro exemplari, et opus incipit in secundo recto, a titulo in summitate primae columnae adposito:* Pauli Veneti summule incipiūt. *His absolutis legitur:* Finis logice Pauli veneti Ad laudē omnipotentis. Impressa Venetijs per me Gulielmū Tridinensem de Mont. fer. anno dñi. 1488. tertio nonas septembris.
In 4.° parvo.. VII. B. 6.

—— Alia editio. *In prima pagina occurrunt verba:* Pauli Veneti sūmule incipiunt. *Idem titulus legitur in summitate columnae primae folii secundi. Ad calcem operis:* Finis logice Pauli Veneti Ad laudem omnipotentis. Impressa venetijs ꝑ me Petrum Bergamensem. Anno domini 1492. die 17. Martij.
In 4.° parvo.. VIII. A. 24.

—— Alia editio, *cui praeest titulus excusus in principio columnae primae folii primi recti:* Logica pauli veneti. *Post lineam XII. secundae columnae folii lv. recti, legitur:* Finis logice magistri Pauli veneti. Ad laudem omnipotentis dei. *Exinde* Sequitur registrū foliorum.
In 4.° parvo.. VIII. B. 45.

In praecipuis Bibliographorum Catalogis altum servatur silentium de ista vetusta editione, omnibus typographicis notitiis destituta; ex quo raritatis ejusdem argumentum sumpsi. Nullum adsignavit in marginibus locum custodibus, signaturis, ac numerationi Typographus; imo eas vacuas relinquere maluit. Columnam quamlibet instruxit lineis 48 minutissimi characteris semi-gallo-franci elegantis, ubi ob necessaria spatia pauciores imprimere opus non fuerit; initiales spatiis designavit. Foliis nitidis, solidisque 55. constat opus.

—— Alia editio, *quae titulum habet in fronte principis columnae:* Logica Pauli veneti. *Terminatur in folio lxxII. recto, ad lineam xvIII. secundae columnae, cui subnectuntur sequentia verba:* Finis Logice magistri Pauli veneti. Ad laudem omnipotentis dei. *In ultima pagina visitur* Registrum huius.
In folio parvo.. VIII. B. 84.

Haec perantiqua editio, in qua nulla inest nota typographica, tam ob eius venustatem, quam ob silentium Bibliographorum, merito Bibliothecarum cimeliis adnumeratur. In duabus columnis, papyro albae admodum, ac firmae; charactere aliquantum ad semi gallo-francum adcedente, sed nitido, ac pereleganti opus hoc impressum folia 72. complectitur. Columnae singulae exhibent lineas 41. Signaturae nullae conspiciuntur, nulli custodes, aut paginarum numeri; Initiales uncialibus formis notatae conspiciuntur.

— Pauli Veneti Logica et Menghi faventini Viri clarissimi super ea cōmētum cū questiōib' quibusdam. *Haec verba majoribus gallo-francis typis, tribus distincta lineis leguntur in prima pagina; secunda est alba. Titulus praepositus in fronte columnae primae ita se habet:* Pauli veneti summule cū cōmentariis super his Menghi faventini viri clarissimi ac questionibus eiusdem feliciter incipiunt. *Desinit:* Et sic est finis harū questionū quarū numerus est decem et octo: quare si bene numerabis est cētenarius. Ad laudem dei et gloriose virginis Marie. *Exinde*: Pauli veneti logica cū Menghi faventini viri clarissimi cōmentariis cū questionibus nōnullis per Fratrem Franciscū de macerata accuratissime revisa et emendata feliciter finit. Venetijs impressa per Symonē bevilaqua papiensem. Anno salutis christiane. M. cccc. lxxxxiii. die vero. xv. mensis Aprilis. *Sequitur* Registrum.
In folio .... VIII. C. 16.

Editio haec parum nota et memoratur tantum a *Denis in Suppl. pag. 350.* et a *Mittarello pag. 284.* Excusa est duplici gallo-franco charactere, majori in textu, minori in commentariis, qui lineas 73. occupat in qualibet ex duabus columnis paginarum, quum binae in volumine occurrant. Signaturae *a-t* cum Arabicis numeris in marginibus inferioribus videntur, nullo autem pacto custodes; neque in superioribus occurrunt foliorum numeri. Initiales desunt Commentariis, Textui vero inhaerent expressae parvis litteris.

— *Eadem Commentaria, sine textu. Vide Tom. 1. pag. 12. Art.* Blanchini Menghi Faventini.

— Logica magna Pauli Veneti. *Haec excusa verba extant in prima pagina. In secundo folio a summitate columnae primae* Excellentissimi philosopho4 monarche Pauli Veneti ordinis heremitarum sancti Augustini Logice magne pars prima incipit. *In fine secundae partis:* Clarissimi Doctoris Pauli Veneti ordinis divi Augustini opus: quod magna logica appellatur. Correptum per Magistrum Franciscum Macerata et Fratrem Jacobum de fossano philosophie bachalarium ordinis mino4. Impressum Venetijs per diligentissimum virum Albertum Vercellensem: Expensis dn̄i Octaviani Scoti ac eius fratrum. Feliciter explicit. Anno domini 1499. Die 24. Octobris. FINIS. *In penultima pagina habetur* Tabula contento4 in toto hoc volumine logice magne Clarissimi Doctoris Pauli Veneti tam p̄me q̄ sed'e ptis, *et huic subnexum est* Registrum.
In folio .... VIII. F. 4.

— Sophysmata magistri Pauli Veneti. *Haec in prima pagina; in secunda habentur* Tabula, *et* Registrum. *In secundo folio* Acutissimi ingenij: ac subtilissimi sophyste: nec non et logici preclarissimi famosissimiq3 doctoris: tā Theologie: q̄ phylosophie artis: Magistri Pauli veneti: ordinis divi patris fratrum Eremitarum sancti Augustini doctoris ecclesie. Sophysmata Aurea. ac sūme perutilia feliciter īcipiūt. *Ad calcem:* Aurea q̄dē expliciūt sophysmata Acutissimi diviniq3 īgenij: ac sb'tilissimi Loyci: nec non et sophyste pspicacissimi doctoris Eximij tam Theologie quā ph'ge sciētie: Magr̄i Pauli veneti: ordinis divi pr̄is fratrum Eremita4 Doctoris sancte mr̄is Ecclesie Augustini: sūmo cū studio ac diligētia correpta: ac emēdata seu pūctata: p ut p3 (sic): p venera-

biles viros v3. Magr̄m Secundū venetū Contarenū professorē theologye et cursorem ph'ye fratrē Baptistā de Modoetia : eiusdem ordinis et voti etc. etc. Impressum Venetijs per Bonetum Locatellum Bergomensem : Jussu et expensis Nobilis viri Octaviani Scoti Civis Modoetiēsis. Anno domini. M.cccc.lxxxxiij. XII. Kalendas novembres. (sic) *Post haec visitur signum* Octaviani Scoti.

In folio.. VIII.F. 3.

—— Exemplar alterum .... VIII.C.14.

—— Quadratura, *seu* Dubia. Famosissimi ac excellentissimi viri : doctoris eximij sacre theologie Magistri Pauli veneti ordinis fratrū Eremitarum Divi patris Augustini doctoris ecclesie : nec non et prestantissimi Loyci: ac subtilissimi Sophyste aureum opus quod quadratura inscribitur feliciter Incipit. *Hic titulus legitur in fronte primae columnae folii secundi, nam primum est vacuum. In penultima pagina, post* Registrum, *sequens extat nota:* Impressum Venetijs per Bonetum Locatellum Bergomensem iussu et expensis Nobilis viri Octaviani Scoti Civis Modoetiensis. Anno M. cccc. lxxxxiij. xii. Kalendas Novembris. *Adcedit signum Typographi.*

In folio.. VIII. G. 27.

—— Exemplar alterum .... VIII. G. 14.

—— Expositio in duos libros Posteriorum Aristotelis. *Opus incipit absque ulla inscriptione, ab ipsis Auctoris verbis :* (O) mnis Doctrina et omnis disciplina etc. etc. *In fine libri primi :* Finis expōis p̄mi libri posterio4. *Liber secundus desinit ad lineam xxxv. secundae columnae ultimi folii aversi, verbo* AMEN; *et Typographus subjunxit:* Expositōni clarissimi artiū et sacre theologie doctoris Pauli Veneti ordinis heremitarum beatissimi Augustini ex proprio originali per venerandum fratrem Franciscū de Bēzonibus de Cuma : logyce baccalariū : et fratrē Mariotum de Pistorio ordinis minorum magna cum diligentia emendate: finis impositus ē Venetijs. Impressum q3 est hoc opus per magistrum Theodorum de Reinsburch et Renaldum de Novimagio socios. i477. die i4. mensis Junii. etc. etc.

In folio parvo.. VII. A. 28.

Litterae signaturarum hujusmodi venustae editionis sunt *a-z*, iisque sociantur Arabicae notae; nullum vero in ea reperi custodem, aut foliorum numerum. Binae columnae, quibus paginae instructae sunt, singillatim sumptae, lineas 5o. ostendunt characteris gallo-franci admodum conspicui; charta est firma, et alba. Initiales parvis formis supplentur; prima vero operis littera Illuminatoris industria *Paulum Venetum* habitu Augustiniano indutum, sedentem, et scribentem exhibet; et margines omnes hujus primae paginae floribus auro, coloribusque variis contextis, ac stemmate gentilitio adfabre decorati conspiciuntur.

—— Exemplar alterum *in duobus voluminibus*........ VIII. G. 28-29.

—— Alia editio, *cujus titulus in fronte columnae primae sic legitur :* Clarissimi artiū et sacre theologie doctoris Pauli veneti ordinis heremita4 divi Augustini expositio in lib. posteriorū Arist. feliciter incipit. *Ad calcem :* Explicit scriptum clarissimi artium et sacre theologie doctoris Pauli veneti fratris ordinis heremita4 divi Aurelii Augustini in libros posteriorū Arist. Impressū venetijs per

Guiliermū de mōteferrato tridinesem Anno salutis. M. cccc. lxxxvi. die vero xi. mensis augusti. *Adcedit* Registrum.
In folio parvo... VIII. D. 7.

Charactere duplici gallo-franco hoc volumen exprimitur; major textui *Aristotelis*, minor Commentario inservit: duae columnae in quavis pagina sunt, quae lineas 70. continent, dummodo integrae sint. Margines signantur litteris, Arabicisque numeris; custodes vero, foliorum numeri, et initiales desunt.

—— Exemplar alterum.. VIII. F. 14.

—— Alia editio. *In prima pagina majusculis characteribus notata haec leguntur:* Liber posteriorum magistri pauli veneti. *In secundo folio recto opus incipit a titulo:* Clarissimi artium et sacre theologie doctoris Pauli veneti ordinis heremitarum divi Augustini expositio in libros posteriorum Aristotelis feliciter incipit. *In fine:* Explicit scriptum clarissimi artium et sacre theologie doctoris Pauli veneti fratris ordinis heremita4 divi Aurelij. Augustini: ī libros posterio4 Aristel' accuratissime castigatum. Et q̄ diligenter impssum arte Boneti locatelli bergomensis mādato Nobils viri Octaviani scoti Modoetiensis Anno instantis dñice nativitatis nonagesimo p̄mo supra quadringentesimum millesimūq3 decimō Kalēdas Januarias. Ad honorem eiusdem dñi nr̄i Jesu xp̄i. q est bn̄dict' ī secula. Amen. *Sequuntur* Registrum, *et Typographi signum.*
In folio parvo... VIII. E. 25.

—— Exemplar alterum.. VIII. E. 26.

—— Expositio, *seu* Summa Librorum Naturalium Aristotelis. *Praecedit Tabula repertoria ordine alphabetico disposita, quae titulum hujusmodi gerit:*

Incipit tabula huius libri valde utilis.

Prima ps ē libri phīco4 In qua sūt capittula (sic). 41.
Scd'a pars ē celi et mūdi in qua sunt capl'a. 25.
Tertia ps ē de generatōe et corruptōe ī qua st.' cap.' 27.
Quarta ps ē methauro4. In qua sūt capl'a 30.
Quinta pars ē anime. In qua sūt capl'a 42.
Sexta ps ē methaphisice. In qua sūt capl'a 43.

Haec vero Tabula desinit in folio quinto recto, ad lineam xvii. secundae columnae, et subnectuntur sequentia verba: Et sic est finis ad laudem dei cui sint gratie. Die xvij. Julij. 1476. *Aversa pagina est alba, et in folio sequenti initium sumit opus, a titulo in fronte columnae primae sic excuso:* Sūmule naturaliū magr̄. Pauli veneti ordīs heremitarū sancti augustini physico4 liber īcipit. *Ad calcem voluminis, post verba* Amen Laus deo, *Excusor haec alia addidit:* Explicit ultima pars sūme naturalium edita per Reverendū theologie famosissimū professorem Magistrū. Paulum de venetijs ordinis heremitarū sanctissimi Augustini. Impressa Mediolani. p Cristofo4 Valdarfer Ratisponensem. Anno domini. M. C. C. C. C. LXXvj. Die xvij. mensis Julii.

In folio.. XII. I. 49.

Editio plane rara, quam in paucorum manibus esse evincimus ex silentio Bibliographorum, et tantummodo notam reperimus in *Historia litt. Typogr. Mediol. pag. 565.* ubi eruditissimus *Saxius* fatetur se unum eius exemplar vidisse in *Biblioth. Archintea.* Typographus in hoc opere cudendo binas columnas in paginis expressit, et quamlibet earum instruxit lineis 56. elegantis, et conspicui minutissimi gallo-franci characteris. Foliis nitidis, solidisque 166. constat opus. Initiales litterae parvo typo excuduntur; numeri foliorum, et custodes nullibi impressi fuere. Editionem hanc diligenter aspiciens nusquam primo intuitu reperi signaturas, quas quasi fortuito postea detexi in angulo imae paginae, potius manu, quam praelo impressas, instructas litteris Arabicisque numeris.

—— Alia editio, *cui praeit eadem alphabetica Tabula, quam in praecedenti editione observavimus. Absoluto opere, haec Typographi verba impressa sunt :* Explicit sexta et ultima pars sūme naturaliū acta et compilata per reverendū artium et theologie doctorem magistrum Paulū de Venetijs ordinis fratrū heremitarū sancti Augustini transumpta ex ꝑprio originali manu ꝑpa ꝑfati magistri ɔfecto Venetijs impressionem habuit īpensis Johānis de Colonia socijq3 eius Johannis māthen de Gherretzem. Anno a natali christiano. M. cccc. lxxvi. *Adcedit Registrum.*

In folio parvo.. XII. H. 47.

Artis peritiam, quam in ceteris editionibus solertes Typographi demonstrarunt, in hoc etiam opere imprimendo ostendere haud neglexerunt, ut cuilibet persuasum erit, sive ad chartae firmae, albaeque delectum, sive ad characteres gallo-francos, sed nitidos, respiciat. Summa linearum 51. columnam integram, (cum binae sint in paginis) explet; initiales parvis litteris suppletae extabant, antequam Miniculator coloribus variis majores reddidisset: majusculis vero priores sectionum lineae exprimuntur, iisdemque prorsus, quibus *Aristotelis* libri in hoc opere expositi in marginibus superioribus notantur. Omittitur plagularum numeratio, et custodum impressio; signaturae autem *a-y.* cum Arabicis numeris occurrunt.

—— Exemplar alterum.. VIII. A. 41.

—— Alia editio, *quae haud continet, saltem in nostro exemplari, Tabulam alphabeticam, et exordium sumit a titulo in fronte primae columnae excuso:* Summa philosophie ꝑ famosissimū sacre theologie professorem Magistrū Paulū Venetū ordinis fratrū Heremita4 sancti Augustini. Cuius prima ꝑs correspōdens libro phisico4 Aristotelis feliciter incipit. *Desinit in postica pagina folii clxii. ad lineam xlvi. ac deinde haec verba leguntur :* Explicit Summa phīe ūm magistrum Paulum Venetum Sacre theologie clarissimū Professorem Sacri ordinis Heremitarū sancti Augustini Emendata diligenter per fratrē Valētinum de Camerino sacre thologie (sic) ꝑfessorem ordinis predicato4. Sub anno domini. Millesimoquadringentesimo septuagesimo septimo. die vero xxv. mensis Januarii. *In antica pagina ultimi folii extat Registrum.*

In folio.. XII. I. 47.

Sine loci indicatione, et Typographi nomine. Mentionem fecerunt hujusmodi editionis *Seemiller II. pag. 6.* et *Denis Suppl. pag. 82.* Character, quem ignotus Excusor adhibuit, licet gallo-francus sit, est tamen conspicuus, qui in charta alba, et firma implet in qualibet pagina binas columnas, quarum quaelibet integra constat lineis 60. Foliorum numeri, reclamantes, signaturae, nec non initiales litterae, pro quibus spatia tantum extant, frustra quaerentur in toto volumine.

84

—— Expositio Magistri Pauli Veneti super libros de generatione et corruptione Aristotelis. Eiusdem de compositione mundi cum figuris. *Prima pagina laudata verba exhibet, secunda continet Epistolam Nuncupatoriam, cum epigraphe :* Baptista Alovisius Ravēnas Heremitanus Clarissimo Principi Alberto Carpensi. Salutem. *Prologus operi praeest in tertia pagina, et huic subiicitur titulo :* Divi Pauli Veneti Ordinis Heremitarum in libros de generatiōe et corruptiōe Aurea expositio. *Ad calcem textus, et expositionis legitur :* Theologi pfundi : ac ph'i sūmi Pauli veneti Augustiniani in libros Aris. ph'o4 pncipis de gnōne et corruptōe Aurea expō. explicit castigata a pprio originali Auctoris per fratrē Jacobū baptistā de aloixiis lectorē Theologie in scō Stephano venetia4 : et p venerabilē cursorē Theologie fratrem Bartolomeū ravēnates eiusdem pfessionis et voti. i498. Februarij die i8. *Tabula deinde sequitur, cujus ad calcem charactere majori, quo et textus excuditur, legitur :*

Vincēti Tusci Cesenatis ph'ie pfessoris ad
illustrē dn̄m Carpēsem dn̄m Albertū pium.

Epigrāma.

Fulget appolineus tibi nunc Alberte libellus :
Aurea qui sophie dogmata prisca refert.
Est opus egregium fulvo preciosius auro :
Qui prece vel precio non potuisset emi.
Si diversa anime migrant in corpora : Pauli :
Pectore Aristotiles condidit istud opus.

Libellus de Compositione mundi deest huic nostro exemplari, et uti ex Bibliographis discimus, in calce hujusmodi extat sequens notitia typographica: Impressus Venetiis mandato et expensis nobilis viri domini Octaviani Scoti Civis modoetiensis duodecimo Kalendas Junias: 1498. per Bonetum Locatellum Bergomensem.
In folio.. VIII. D. 37.

—— Expositio in libros Aristotelis Physicorum, et Commentarium. *In priori pagina titulus operis describitur majusculis typis hoc pacto :*

Expositio Pauli Veneti super octo
libros phisicorum Aristotelis
nec non super comento
Averois cum du
biis eiusdem.

Praefatio Nuncupatoria in averso folio adest, cum inscriptione hac : Jacobi Baptistae Aureliani Ravennatis : Ad Magnificum Patritium Petrum Paschalicum: in expositionem Pauli Veneti super physico auditu Aristotelis Praefatio. *Incipit*

opus in folio secundo recto ab Auctoris Praefatione, quae his verbis subdita visitur: Excellētissimi Theologo4 ph'orūq3 monarche Pauli veneti Augustiniani phisicorū Aristotelis ac cōmētatoris divine admodū expositionis prefatio. *In calce verba ista excusa fuere:* Explicit liber Phisico4 aristotelis: expositus p' me fratrē Paulū de Venetijs: artiū liberaliū et sacre theologie doctorē: ordinis fratrū heremita4 beatissimi Augustini. Anno domini. M. ccccix. die ultima mēsis Junij: qua festū celebrat' cōmemorationis doctoris gentium et christiano4 apl'i Pauli. Impressū Venetijs p'pvidū vi4 dñm Gregoriū de Gregorijs. Anno nativitatis dñi. M. ccccxcix. die xxiij. mensis Aprilis. *Sequitur* Registrum, *quod excipit pagina vacua; exindeque occurrit* Tabula, *qua absoluta, legitur:* Joannis Harmonii Marsi ode Tricolos Tetrastrophos ad venerabilem fratrem Jac. Baptistam Alovisium Ravennatem Augustinianae relligiōis (sic) dignissimum theologum. In folio .... VIII. G. 20.

—— Exemplar alterum .... VIII. G. 21.

—— Exemplar tertium .... VIII. F. 5.

VENETORUM STATUTA. *Vide supra art. Statuta pag. 158.*

—— Epistola ad Mahummedem II. *Extat cum* Mahummedis Epistolis *Vide* Mahummedis.

VENIAE MASELLI Beneventani. Prologus in S. Ambrosii operibus. *Vide Art.* S. Ambrosii.

VERARDI MARCELLINI. *Tragicomoedia, carmine heroico conscripta, cujus titulus:* FERNANDUS: SERVATUS: *Idem titulus denuo legitur in prima voluminis pagina; et in secundo folio recto incipit prorsa oratione* Praefatio Caroli Verardi Caesenatis Pontificii Cubicularii in Fernardum servatum ad. R. P. Petrū Mendozā Archiepiscopum Toletanum Hispania4 Primatem: ac S. R. E. Cardinalem. *In hac Praefatione, quae desinit ad lineam XIV. folii IV. recti,* Carolus *sic scribit de hoc opusculo:* Itaque ut ipse quoque, quoad vires meae ferrent, Regiae gloriae non deessem, sumpto calamo, totam eam (*historiam*) digessi, et personis variis, quas loquentes induxi, distinxi .... Cumque jam mihi, ut Nasonis verbis utar, siquis erit dicendi carminis usus deficiat, sitque minor factus .... materiam ipsam Marcellino nepoti et alumno meo, qui poësi mirifice delectatur, versu describendam poëticisque coloribus, salva rerum dignitate, pingendam, exornandamque tradidi. *Et post multa:* tanto autem favore, et attentione ab ipso Pont. Maximo (*Alexandro sexto*) pluribusque Cardinalibus, ac praesulibus (ut inferiores taceam) spectata est, ut facile appareret etc. etc. *In averso folio IV. occurrit:* Marcellini Verardi Caesenatis Fernardus Servatus Ad Pont. Max. Prologus; *quem protinus excipit in eadem pagina ipsum drama, quod desinit ad lineam tertiam folii XVII. recti, verbis:* Fernardi Servati finis. *Accedit* Eiusdem (Marcellini) in Ruffum Regiae Majestatis violatorem Invectiva; *et haec terminatur in prima pagina ultimi sequentis folii.* In 4.° parvo .... XII. B. 4.

Etsi nulla huic editioni adscripta fuerit nota typographica, vix tamen dubitari posse videtur, quin ante exitum anni 1492. hoc Drama non modo recitatum, sed et typis vulgatum fuerit. Ex iis enim, quae ipse *Carolus* scribit in laudata Praefatione, apparet ipsum, ut primum *Romam* allatus est de facinore (quod perpetratum fuerat *Barcinonae 7. Decembris anni 1492.*) nuncius, calamum arripuisse, remque totam eo, quo ipse narrat, modo litteris consignasse. Vide de hac re *Gesnerum*, *Zenum*, *Fabricium*, *Lairium*, *Mansium*, *Audiffredum*. Totum volumen, uti jam innuimus, est foliorum XVIII. Romano praestantiore charactere *Eucharii Silberi* excusum, cum signaturis tantum: litterae initiales formis ligneis florentibus repraesentantur.

VERCELLIS ANTONII DE. Sermones Quadragesimales. Prologus *incipit in folio primo recto, cum hujusmodi titulo, qui exprimitur rubro colore:* Fratris Antonij de vercellis ordinis mino4 de observantia. Apostolici viri ac predicatoris gratissimi. Sermões quadragesimales de xii. mirabilibus christiane fidei excellentijs. Prologus. *Eodem colore* Prologus *notatur in superiori margine, et ad operis calcem haec retulit Impressor:* Explicit q^9dragesimale de 12. mirabilib^9 excellẽtijs. xp^9iane fidei editum cũ ingẽti studio et labore per veñ. Religiosũ fratrẽ Antoniũ de Balocho diocesis Vercellẽsis regularis observãtie fratrũ minorũ p^9fessorẽ ac predicatorem apostolicum. Impressum vero Venetijs per Joãnẽ et Gregoriũ d^9 gregoris (sic) fratres Anno domini. M. cccc. lxxxxij. mẽsis Februarij. die xvi. Finis. *Adcedunt* Registrum, *signum Typographi*, *et* Tabula. In 4.° parvo .... II. D. 46.

—— Exemplar alterum .... III. B. 14.
—— Exemplar tertium .... III. C. 9.
—— Exemplar quartum .... III. D. 19.
—— Exemplar quintum .... III. D. 20.

—— Consegli della salute del Peccatore. *In summitate primae paginae legitur:* TRACTATO. UTILE. E. SALVTIFERO. DE LI. CONSIGLI. DE. LA SALVTE. DEL. PECCATORE. *Sequitur brevis Nuncupatoria Epistola* AGLI magnifici conservatori prestanti cavaleri venerabili e devoti citadini del borgo de sancto sepulcro Frate Antonio de vercelli professore delordine e regola deli frati minori. Manda mile (sic) salute (sic) con pace sempiterna. *Epistolam excipit in eadem pagina opus ipsum, quod absolvitur in folio LIV. recto, ad lineam XIX. Exinde legitur:*

Forniti sono li Consiglii (sic) de la salute del peccatore.
. M. CCCC. LXX .

In 4.° .... XIII. C. 16.

Absque indicatione loci, et nomine Excusoris. Editionem hanc apud celebriores Bibliographos haud reperire potui: ipsi enim memorant aliam *Mutinae* excusam, de qua infra agemus anno 1492, eamque Principem adpellant; merito igitur hanc nostram rarissimam putamus. Tam Chartarii Artificis, quam Impressoris, ex inspectione hujus voluminis, solertia parum est commendabilis; quum alter spissam quidem, sed fuscam, et minime levigatam papyrum fabricaverit; alter vero, characteres licet rotundos, rudes tamen, et inaequales insculpserit; nec in ipso typographico opificio diligentiam, studiumque adhibuerit, uti videre est in spatiis, quae vocibus, ac lineis interposita sunt, quaeque

modo majora, modo minora conspiciuntur. Typus in 34. lineas dividitur, ut in aliquot paginis integris expertus sum. Sive signaturas, sive numeros foliorum, sive custodes hac in editione requiras, nullos reperies, quum Excusor hos penitus omiserit in amplis marginibus, quos in prima voluminis pagina, adfabre decoravit auro, ac variis coloribus Illuminator; initiales litteras iisdem supplevit coloribus.

—— Alia editio, *quae in fronte primae paginae eumdem titulum habet, nempe:* Tractato utile et salutifero de li Consegli de la salute del peccatore. *Ad calcem legitur primum* Finis, *dein:* Deo Gratias; *ac tandem Typographus subjunxit:* Questi sono tredeci osiglij (sic) de salute: li quali cōpose frate Antonio de Vercelli de frati minori de la observātia: Stāpiti (sic) a Modena p. M. Dominico Rochozola. 1492. a di ultimo de luyo.

In 4.° parvo.. II. D. 23.

Vergerii Petri Pauli. De ingenuis moribus, ac liberalibus studiis. *Adcedunt alia opuscula, nempe:* Leonardi Aretini Epistola ad Colucium Salutatum, *et* S. Basilii de liberalibus studiis et ingenuis moribus liber. *Opusculum princeps in folio primo recto incipit, et huic subnectitur inscriptioni:* PETRI PAVLI VERGERII JVSTINOPOLITANI DE INGENVIS MORIBVS AC LIBERALIBVS STVDIIS: LIBER. *In secunda pagina folii xxv.* PETRI PAVLI VERGERII JVSTINOPOLITANI DE INGENVIS AC LIBERALIBVS STVDIIS LIBER EXPLICIT. *In sequenti folio occurrit Epistola, qua* LEONARDVS ARETINVS COLVCIO SALVTEM PLVRIMAM DICIT, *quamque in postica pagina, post lineam xvi. excipit* SANCTI BASILII DE LIBERALIBVS STVDIIS ET INGENVIS MORIBVS LIBER PER L. AR. EX GRAECO IN LATINVM CONVERSVS. *Hoc* S. Basilii *opusculum revera nil aliud est, nisi Oratio Paraenetica ad Adolescentes circa Ethnicorum scripta a* Leonardo Bruno Arretino *in latinum versa, et ad* Colucium Salutatum, *praevia Epistola Nuncupatoria ab Interprete directa. Ad lineam xviii. folii xxxvi. recti secundum opusculum terminatur, et additur verbum* FINIS. *Typographus exinde haec alia subjunxit:* Impressum Mediolani per Philippum Lavanium civem mediolanensem Mcccclxxvii. quintodecimo Klendas maias.

In 4.° parvo.. XII. A. 1.

Editio rarissima, et prima hujus operis, excusa eleganti rotundo typo, qui utique 28. lineas occupat in paginis integris, adeo ut satis lati supersint margines, in quibus custodes, et foliorum numeri desiderantur: signaturarum vero series absolvitur litteris *A-E.* sociatis Romanis numeris. Initiales ubi adpingi debeant, indicatur spatiis quadratis; excepta prima, quam Miniculator adfabre expressit auro, et coloribus variis; et pari ornamento decoravit margines ejusdem paginae.

—— Alia editio, *quae in prima pagina sequentia verba continet:*

Petri Pauli vergerii de ingenuis moribus una cum com
mentariis Joannis bonardi praesbyteri Veronensis
Basilii de legēdis antiquorum libris opuscu
lum divinum. Traductio de tyrāni
de ex Xenophonte. Guarini
Veronēsis in Plutarchi (sic)
praefatio.

Prima pagina secundi folii continet Epistolam sic inscriptam : Joannes Bonardus praesbyter Veronensis : et Liniaci professor. S. D. Magnifico domino Joanni Maliperto Veneto patricio et portus Liniaci Castellano dignissimo: *Secunda aliam Epistolam habet ejusdem* Joannis Bonardi *ad* Lectorem. *Absolutis opusculis supra notatis, adcedunt* S. Hieronymi praesbiteri de officiis liberorum erga parentes brevis admonitio, *et Epistolium* Calphurnii Brixiensis ad Lectorem. *Ad calcem hujus :* Impressum Venetiis per Joannem tacuinum de tridino die. xxii. Septembris. M. cccc. lxxxxvij.

In 4.° parvo.. IX. B. 49.

—— Sermo de Laudibus S. Hieronymi. *Extat ad calcem Voluminis I.* Tractatuum *et* Epistolarum S. Hieronymi. *Vide* Hieronymi.

Vergilii Polydori Urbinatis. De Inventoribus rerum libri tres. *Prima pagina continet sequentia verba :*

POLYDORI VERGILII VR
BINATIS DE INVEN
TORIBVS RE
RVM LIBRI
TRES.

In secunda incipit Polydori Vergilii Vrbinatis ad Lodovicum Odaxium Patavinum Praefatio, *quae absolvitur in averso folio tertio, et protinus incipit Tabula Capitum. In septimo folio recto,* POLYDORI VERGILII VRBINATIS DE INVENTORIBVS RERVM LIBER PRIMVS INCIPIT : *In fine libri tertii:* Polydori Vergilii Vrbinatis de Inventoribus rerum opus Magister Christophorus de Pensis impressit Venetiis Anno humanitatis Christi. MCCCCLXXXXVIIII. Pridie Kalendas Septembris. *Huic adcedit subscriptio ms.* Antonij Seripandi ex Jani Parrhasij testamento.

In 4.° parvo.. IX. A. 45.

Editio originalis, quae tantummodo tres priores operis libros exhibet, quod anno 1517. quinque aliis a *Polydoro* auctum fuit. A *Maitthairo pag. 692.* et *Denisio in Suppl. pag. 476.* alia excitatur editio *Urbini* exarata eodem anno 1499., quae revera non alia est, quam haec Veneta, unica Saeculo xv. impressa.

—— Exemplar alterum.. X. B. 49.

—— PROVERBIORVM LIBELLVS. *Haec verba leguntur in priori pagina: in secunda extat* Polydori Vergilii ad librum suum Epigrāma. *In tertia, quarta, et quinta locum obtinet Praefatio, cui verba imminent:* Polydori Vergilii Vrbinatis Praesbyteri ad Illustrissimum Principē Guidum Vbaldum Vrbini Ducem praefatio. *Sexta pagina est alba; in septima vero* Polydori Vergilii Vrbinatis Praesbyteri Proverbio4 Libellus incipit, *quo absoluto ad lineam xvi. secundae paginae folii lxviii. notatur verbum* FINIS ; *ac deinceps Epistola excuditur, qua* Pollio Gerus Vadius Praesbyter Domicio Palladio Sorano, S. D. *Nimirum* Pollio, *qui, ut Epistola docet, familiariter utebatur* Polydoro Vergilio, *plu-*

rimumque auctoritate apud eumdem valebat, precibus ipsius Palladii, *et* Liberalis Thomasii *Medici amicum induxit, ut publici iuris opusculum fieri permitteret. Ad calcem hujusmodi Epistolae, quae desinit linea xi. folii aversi lxix: sequentia verba leguntur:* Impressum Venetiis per magistrū Christophorum de Pensis Anno salutis nostrae. M.cccc.lxxxxviii. die x. Aprilis. *Adduntur insuper haec alia verba :* In Proverbio Sapientia vino obumbratur. Vbi ad me scripsi legitur. Legendum est ad eum. Cum Privilegio Libellus hic impressus est: Vt ne quis per decennium hunc vel ex his Proverbium aliquod imprimere audeat: sub poena in eo continente (sic).

In 4.° parvo... IX. A. 46.

Hae duae editiones, sunt praesenti aetate quodammodo rarae, licet ad exitum saeculi xv. sint exaratae Formis exprimuntur rotundis, nitidisque, ac iis lineae 29. implentur in pagina unaquaque integra. Nullum custodem, aut foliorum numerum adnotatum inveni; signaturas autem deprehendi istructas litteris sociatis Romanis numeris; initiales tandem supplentur minoribus elementis.

Verini Michaelis. Disticha Moralia. *Prima plagula Epigrammata parentalia continet, in quibus Castitas* Michaelis *laudatur, quod mortem oppetere vellet potius, quam ejusdem leges infringere. Sunt autem haec* Angeli Politiani, Nicolai Seratici, Bernardi Michelotii, Antonii Gerardini, *et* Hieronymi, *qui in primo versu Epigrammatis aetatem* Michaelis *statuit hoc pacto:* Hic situs est Michael sexta trieteride raptus. *Incipit* Verini *opus in folio secundo recto, eique praemittitur sequens titulus:*

MICHAELIS VERINI VGOLINI. F. DISTICH
ORUM LIBER. QUI SENTENTIARV
M INSCRIBITVR. AD PAVLVM
SAXIAM RONCILIONEM
GRAMMATICAE OLIM
PRAECEPTOREM
SVVM INCPIT (sic).

Ad calcem, FINIS *legitur, ac deinceps ista loci, et temporis impressionis notitia :*

Inpraessum (sic) Florentiae xv. Kalēdas
Faebruarii (sic). Anno salutis
Millesimo quadrīcen
tesimo octua gesi (sic)
mo septimo.

In 4.° parvo... XIII. A. 55.

Sine Typographi nomine. Characteres rotundi sunt elegantes, lineasque 27. in pagina quavis integra adimplent. Litterae adnexae Romanis numeris signaturas indicant; custodes tamen, et plagularum numeratio desiderantur omnino.

— Alia editio, *quae in summitate primae paginae typo majori gallo-franco hunc titulum habet:*

Liber Distichorū Michaelis Verini
Ugolini qui sententiarum inscribit'.

Sequuntur Epigrammata Politiani Seratici, Michelotii, Gerardini, *et* Hieronymi, *sed rotundo eleganti charactere, uti opus ipsum excusum cernitur. In secundo folio* Michaelis Verini Vgolini. f. distichorum liber qui sentētiarū inscribitur: ad Paulum saxiam rōcilionē grāmaticae olim praeceptorem suū incipit, *et desinit ad lineam* VII. *folii* XXI. *aversi, et post spatium trium linearum legitur:*

Hoc opus Distichorum qui alias sen-
tentiarum inscribitur finit foeliciter
Impressum Salmantice. Anno salutis
M. cccc. xcvj.

In 4.° parvo.. IX. B. 59.

Editionem hanc sedulo ubique quaesitam, reperire haud potui in Catalogis instructissimarum etiam Bibliothecarum. Laudatur quidem, ut opus doctum ac rarum, a *Nicolao Antonio* in *Bibl. Hisp. Vet. Tom.* II. *pag.* 323. *n.*° 749.; a *Caballero* in *Specimine de prima Typogr. Hispan. Aetate*; a *La Serna Catal. de la Bibl. de Santander Tom.* II. *pag.* 17. qui *Verinum* civem suum fuisse contendit; quod et credidit etiam *Martinus de Ibarra-Cantaber* in Vita hujus Poëtae, et *Distichis* eius; attamen oppido errant. *Michael* enim hic *Verinus Vgolini Verini* filius fuit, *Florentini* Poëtae celebris: et de iis diffuse pertractarunt *Michael Poccianitius* in *Catal. Script. Florent.*; *Vossius de historic. latinis lib.* 3. *cap.* 8. *pag.* 626. aliique; et hi omnes laudati Scriptores satis accurate, et copiose agunt de operibus, ac editionibus *Verini*; sed praesentem penitus ignorarunt: quapropter merito monumentum typographicum rarum, et pretiosum vocamus, eo vel magis, quod editionem hanc splendide, et ample Excusor, quisquis ille fuerit, paraverit; ita ut nulla in eadem desideretur elegantia. Typi rotundi nitidi, et conspicui in lineas 27. tributi satis latum marginibus, signaturis tantum *a-ciij.* praeditis, locum relinquunt; charta vero levitate, albedine, et soliditate micat.

Verli, *sive* Verlati Antonii Vicentini. Hendecasyllabon ad Catalogum Sanctorum Petri de Natalibus, *una cum 25 vitis adjunctis illis* Petri. Postquam (*ait* Verlus) ad libri calcem Deo annuente pervenimus, nobis visum est fore haud inutile, quorumdam Sanctorum gesta subnectere, quae ex eorum historiis quam compendiose potuimus, auctorem huius imitati decerpsimus, ordinem temporum tantummodo servantes, et ut opus uberius habeatur, et ut ceptis nostris aliorum animos ad ampliorem fecunditatem excitemus. *Inter vitas a* Verlo *collectas aliae leguntur Sanctorum noviter in Canonem relatorum, post tempora* Petri de Natalibus. *Extant in eodem* Catalogo. *Vide Tom.* II. *pag.* 164. *Art.* Natalibus Petri de.

Verniae Nicoleti. Questio an ens mobile sit totius naturalis Philosophiae

subjectum. *Extat cum* Expositione Aegidii Romani, *et* Quaestionibus Marsilii Inguen super Aristotelis libros de Generatione, et Corruptione, *Vide in Appendice Art.* Aegidii, *et* Aristotelis.

Veronensis Baptistae Guarini. Epistolae 11. ad Joannem Picum Mirandulam. *Extant cum* Heptaplo *ejusdem* Pici. *Vide* Pici.

—— *Ejusdem* Epistola ad Joannem Picum Mirandulam, *scilicet, secunda ex laudatis, et duae ad* Angelum Politianum. *Extant cum* Politiani *Epistolis lib. 1. inter ejusdem opera. Vide* Politiani.

—— Baptistae Guarini funebris oratio in Excellentissimam Reginam Eleanorā (sic) Aragoniā Inclyti ducis Herculis Estensis cōiugem habita quarto Idus Octobres. 1493. *Is titulus imminet opusculo : ad calcem occurrit sequens*

Eiusdem Epigramma.

Quid quasi defunctam luctu decoratis inani ?
Non obiit Cuius gloria tanta manet.
Vivit forma decens animo coniuncta pudico :
Vivit Aragoniae nobilitatis honor.
Vivit clara fides : probitas : clemensq3 potestas :
Et comis gravitas: ingenijq3 vigor.
Inq3 deum pietas : et castus coniugis ardor :
Paupertatis amor : Munificaeq3 manus.
Denique dum patriae matrem bona fama loquetur
Vivet apud populos Eleonora suos.

In 4.° parvo.. XIII. A. 40.

Sine ulla typographica nota. Sex tantum sunt hujusmodi opusculi folia impressa charactere gallo-franco, sine signaturis, numeris, ac reclamantibus. Sextum non continet, nisi laudatum Decastichon. Hujusmodi editionis mentionem fecerunt *Audiffredus* in *Specim. hist. Crit. Edit. Italic. Saec. xv. pag. 250. Denis in Suppl. pag. 479. et Catal. Bibl. Menck. Tom. 11. pag. 342.* sed deest apud *Baruffaldium. Ferrariae*, ut verisimile est excusum; nam typus idem est ac ille, quem gerit *Defensio Pliniana* impressa per *Andream Belfortem*, quam notavimus Tom. 1. pag. 208.

—— Poema, et Bucolicum Carmen. *Titulus, qui imminet secundae paginae (nam prima est alba) hoc pacto habetur:* BAPTISTAE GVARINI POEMA DIVO HERCVLI FERRARIENSIVM DVCI DICATVM. *Ad calcem post verba* Τέλος, *et* Deo Gratias, *extat sequens notitia typographica :* Habes candide lector Baptistae Guarini divinum poema et Bucolicum carmen pulcherrimis characteribus Mutinae impressa a diligentissimo calchographorū. M. Dominico Rocociolo āno dñi. M. cccc. lxxxxvi. decimoq̄rto Kalē. Octobris. *Penultimum folium continet in antica facie* Francisci Rococioli Mutinensis Ad lectorem Epigrāma; *et in postica ultimi folii occurrit Typographi signum, alibi descriptum.*

In 8.°.. XII. B. 54.

—— Epistola de ordine docendi, ac studendi. *Sic enim dicatur:* BATISTA (sic) GVARINVS AD MAFFEVM GAMBARAM BRIXIANVM ADOLESCENTEM GENEROSVM DISCIPVLVM SVū DE ORDINE DOCENDI AC STVDENDI. *Ad lineam* xi. *folii* xvii. *recti, sic desinit:* Veronae xv. Kal^s. Martii. M. cccc. lviii. *Hanc excipit protinus altera* Guarini ad Baptistam Guarinum filium suum. *Ad calcem hujus secundae Epistolae occurrunt quinque lineae graecis vocibus scriptae, quarum interpretatio haec est:* Hoc graecum ita sonat. Aveo et vehementer opto audire inventum esse tibi praeceptorem in logicis seu dialectica et in philosophia quod si feceris vaticinor te alterum Italiae florem futurum obtempera mihi obtempera Fili carissime.
In 8.° .... XII. B. 13.

Sine notis Typographicis. *Tiraboschi Tom.* iv. *sulla Typografia Modanese pag. 377. et Panzer Tom.* ii. *pag.* 152. tribuunt hoc opusculum eidem Typographo *Dominico Richizola;* nam unus idemque character, opificium typographicum, ac chartae qualitas observantur in hoc opusculo, et in praecedenti.

—— Ars diphthongandi. Ars punctandi; Tractatus de accentu; Vocabularius Breuiloquus. *Prima folii primi pagina vacua est; aversam Editoris Anonymi occupat Praefatio, cujus initium ita sonat:* Sunt qui sibi iam plurima comparare volumina statuerunt a quorum profecto lectione sepius dictionum avertit ignorantia. fastiditque animus legentis. cum orationis vocabula minus intelligat. Itaque ne libri quandoque nobilissimi fastidio lectoris arca reconditi rodantur tineis. ac consumantur ceteris ligni termetibus iste omnium utilissimus liber vocabularius. cui nomen est breviloquo. Basilee acri studio electus. et emendata nitidaque littera impressus est etc. etc. *Disserit deinde de operis hujus praestantia, et abbreviaturas hic occurrentes explicat. Huic Praefationi adnectitur series operum in volumine excusorum, hoc pacto*

In presenti libro continentur.

Item ars dipthongandi (sic) Guarini Veronensis.
Item compendiosus dialogus de arte punctandi.
Item tractatus utilis de accentu.
Item Breviloquus vocabularius.

Tractatus de Diphthongis *a* Guarini *Nuncupatoria Epistola, in secundo folio recto excusa, incipit sub epigraphe:* Guarinus Veronēsis Floro suo salutem plurimam dicit. *In tertia columna folii tertii*, Artem Diphthongandi *excipit* Compendiosus Dialogus de arte punctandi; *istum ejusdem folii quarta columna ad lineam 40.* Tractatus de accentu. *In folio septimo ipse incipit* Vocabularius Breviloquus, *in tres partes divisus. In prima, ordine alphabetico explicantur nomina; in secunda, verba; in tertia denique, partes orationis indeclinabiles. Singulis earum breve praemissum est Prooemium. Ad calcem tertiae partis legitur:* Finit vocabularius breviloquus. triplici alphabeto diversis

ex autoribus necnon corpore utriusq3 iuris collect' ad latinū sermonē capessendū utilissimus. Impressus Basileae. Anno dñi. M. cccc. lxxxi. Laus deo.
In folio........... .... IX. C. 1.

Opus praesens foliis 330 contentum, charactere gallo-franco *Iohannis de Amerback* (uti observant *Maittairus pag. 428.* et *Straus Monum. pag. 154.*) papyro albae, et levigatae in duabus columnis, quae modo perficiuntur 54 lineis, modo 55, impressum est. Paginae signatae cernuntur litteris, Arabicisque notis; custodes tamen, et foliorum numeratio desiderantur. Initiales parvas expressit Typographus, sed Miniculator eas majores eleganter reddidit coloribus variis. Omnia opuscula in volumine contenta ad *Guarinum* referenda esse, docent *Maffeius Veron. Illustr. P. 11. col. 78. 79. 80.* et *Apostolus Zenus* in *dissert. Voss. Tom. 1. pag. 222.* Idem scripsit *Gemeine in Den Nachrichten* etc. etc. *pag. 192.* ubi plures recenset hujus operis editiones, et *Vocabularii breviloqui* auctorem laudat *Guarinum* natione Italum, patria Veronensem, qui anno 1460. nonagenarius *Ferrariae* supremum diem obiit. Ab hac tamen sententia discedit Auctor Praefationis, quae *Roberti Stephani* latinae linguae thesauri editioni Londinensi anni 1735. praefixa habetur. Ibi enim *Ioannes Reuchlinius*, seu *Capnio*, natione *Germanus*, patria *Phorcensis*, vir Hebraice, Graece, et Latine apprime doctus, earumque litterarum felicissimis auspiciis primus in Germania instaurator, eiusdem auctor celebratur. Testatur quoque juvenem admodum hoc Onomasticon composuisse, et quasi primitias studiorum orbi erudito obtulisse. *Melchior Adamus* in vita *Ioannis Reuchlinii*, ita scribit: *Eodem tempore, scilicet anno 1480, Fratres Amerbachii officinam typographicam instituerunt, qui cum desiderari viderint latinum Onomasticum, CAPNIO librum collegit, cui titulus est VOCABULARIUS BREVILOQUUS, qui hinc cum nondum meliores libri in hoc genere haberentur, et expetitus est, et studiis profuit.* Ex his discimus, *Reuchlinium* hujus operis esse auctorem, et apud *Fratres de Amerback* istud typis fuisse excusum.

—— Alia editio, *continens ea omnia, quae in praecedenti notavimus. Majusculis typis in prima pagina haec verba sunt expressa:* Vocabularius breviloquus cum arte diphthōgādi. pūctandi et accentuandi. *In averso folio imprimitur eadem Praefatio, cum ordine operum in volumine contentorum; et ad calcem haec notavit Typographus:* Finit vocabularius Breviloquus. triplici alphabeto diversis ex autoribus nec non corpe utriusq3 iuris collectus ad latinum sermonē capessendū utilissim'. Impressus Argentine Anno dñi. M.ccccIxxxix. Finitus in die sancti Leonardi.
In folio... IX. C. 2.

Sine nomine Typographi, quem *Denisius in Supplem. pag. 267,* monet fuisse *Martinum Flach.* Duplex columna gallo-franci characteris occurrit in pagina quavis, et lineis 53., dummodo integra sit, impletur. Signaturas adposuit Excusor, indicatas elementis, et Arabicis numeris; nequaquam vero custodes, et foliorum numerationem. Initiales parvis ut plurimum supplentur formis; sed Illuminator quasdam earum colore rubro majores reddidit. In superioribus marginibus alphabetica elementa uncialia excusa sunt, *Vocabulario* inservientia. Totum opus constituitur 321. foliis impressis.

—— Alia editio, *tantum* de diphthongis. *Praeit Nuncupatoria, qua* GVARINVS Veronensis floro suo salutem plurimam dicit. *Hanc excipit opusculum, ad calcem cujus nulla extat subscriptio.*
In 4.° parvo... IX. B. 75.

De hac editione a nobis jam actum est in Tom. 1. pag. 43. Art. *Apuleii*, cum quo extat excusa, et compacta: *Vide* proinde, *Apuleii.*

—— Regulae grammaticales, et de Nominis et Verbi differentia. *Deest in nostro exemplari primum folium; et in fronte primae paginae folii secundi*

legitur: Guarini Veronensis viri peritissimi grammaticales regulae foeliciter incipiunt. *In calce extat sequens notitia typographica :* Opus Guarini Veronensis viri peritissimi Venetijs foeliciter impssum. Anno christi. i479. die i3. novẽbris. *Sequitur* Registrum.

In 4.° parvo .... X. B. 74.

Hoc opusculum gallo-francis, ac perelegantibus characteribus nitidissime impressum, 31. foliis comprehenditur, et in unaquaque pagina, modo integra sit, occurrunt 33. lineae. Litterae initiales parvae extabant, priusquam Miniculator rubro colore majores reddidisset. Custodes, et paginarum numeri, earumque inscriptiones desiderantur; non autem earum signaturae, instructae litteris, Arabicisque notis. Hac de editione apud *Maittairum*, et alios Bibliographos altum est silentium; ex quo insignis ejusdem raritas elucescit.

—— Alia editio, *Legitur in summitate primae paginae :*

GVARINI VERONENSIS
REGVLAE . INCIPIVNT.

Post has regulas, sequuntur versus differentiales. Ad lineam x. primae paginae folii xxxv. legitur verbum, FINIS.

In 4.° .... XI. A. 13.

Nullà notitia typographica apponitur huic editioni, nec apud celebriores Bibliographos, quos diligenter evolvi, mihi licuit eam invenire: sed, si nos non fallunt amor, et sensus noster, autumamus libellum hunc excusum *Neapoli*, et ex egregia *Arnaldi Bruxellensis* officina in auras exivisse. Scimus enim *Arnaldum* aliis opusculis nomen suum non subjecisse, nec locum impressionis, et annum indicasse; cur autem *Arnaldo* potius adjudicemus *Regularum Guarini* impressionem, quam alicui alii Typographo, character in primis est in causa: nitidissimus nempe, et elegantissimus, ac omnino consonus ceteris voluminibus, quae prodierunt ex ejusdem typographaeo, licet in hoc litterarum forma sit aliquantulum major. Secundo id arguimus, post accuratissimum habitum examen (ut verbis, alia de editione prolatis a *Maittairo*, utamur) ex eoquod eadem omnino sit compacta, et conglutinata charta, litterarum dispositio, linearum aequabilitas, vocum distantia, atramentum, idoneus marginum situs, tam in hac editione, quam in aliis operibus ingeniosissimi opificis *Arnaldi.* His igitur animadversionibus nostris, censemus admodum verosimile, *Arnaldum de Bruxella* impressisse has *Regulas grammaticales Guarini Veronensis.*

—— Praefatio in interpretationem Plutarchi de liberis educandis. *Extat cum* Vergerio de ingenuis moribus. *Vide* Vergerii.

—— Versio priorum decem librorum Geographiae Strabonis. *Vide* Strabonis.

—— Versio *aliquot* Vitarum *ex* Plutarchi *Graeco textu in Latinum ; nimirum* Marci Coriolani, Fabii Maximi, Marcelli, Philopoemenis, Titi Quintii Flaminii, Lysandri, Syllae, Caj Marii, Eumenis, Niciae, Marci Crassi, Alexandri M., Dionis, Marci Bruti, Evagorae, Platonis, Aristotelis, *et* Homeri. *Extant cum Vitis* Plutarchi. *Vide* Plutarchi. *In editione* Veneta anni 1478. Vitarum Plutarchi, *adscribuntur* Guarino Veronensi vita Aristotelis, *quae in editione* Romana 1470. Leonardo Bruno adjudicatur; vita Homeri, *quae* Pere-

grini Allii *nomen praesefert, et* Vita Marii, *quae* Antonium Tudertinum *auctorem habet, quod quidem in aliis etiam editionibus accidit.*

Veronensis Celsi. *Vide* Maphaei Celsi Veronensis. *Tom. 11. pag. 84.*

Veronensis Marci Ordinis Canonicorum S. Augustini Opuscula varia. *Primum opusculum titulum habet:* Confessionario per spiritual ꝓsone compilato da me p̄dicatori (sic) minimo don Marco Veronese indegno canonico Regulare di sancto Augustino. *In fine legitur:* Impresso in bologna per Zanantonio di benedetti citadino Bolognese nel M. cccc. lxxxxviiii. a di xxviii. de Setembro (sic). Laus deo. *Terminatur cum signatura* E iii. =

Precepti da orar devotamente. *Complectitur x. folia sub signatura* F.

De la Fortezza Sermone a fiorentini ꝑ Don Marco nel Mcccclxxxxiiii. La terza Dominica di pasqua. Non pero cum tutte le allegatione che alhora fece per litterati. E questo acioche ancora a gli illitterati faci utilidate. *Complectitur signaturas* G. *et* H.

De le Donzele (sic) Spechio spiritual fructuoso tamen ancora a gli altri siano di qualūq3 etade o cōditiō si voglia cōpilato da Don Marco Veronese Canonico Regulare de S. Augustino. *Complectitur signaturas* I. *L. et tria folia tantum* M.

Alle Donne Giovane. Admonition del medemo Don Marco Veronese secondo sancto Augustino. *Adcedit* CONTRA GLI BALLI Epistola del medemo Don Marco. a mona Camilla di Strozzi Fiorentina. Data ne labbadia fesulana. Mcccclxxxxiii. adi xxi de Mazo. (sic). *Sequitur* Oration a la croce il vener (sic) sancto. *Ex quinque foliis.*

Stimulo De Amar Dio el proximo. A la illustre cōtessa. Marco Veronese canonico Regulare di sancto Augustino pace et salute sempiterna el proximo sermone contro la menzogna over Busia. Data Adi ultimo de Aprile. Mccccxcix. *Terminatur cum signatura o foliorum 8.*

In 4.° parvo .... XIII. A. 53.

Raro contigit hanc completam reperire collectionem opusculornm *Marci Veronensis*, quae prodiit Bononiae anno 1499. excusa rotundo, et eleganti charactere.

Veronensis Pauli. Opuscula *duo* de Sacramentis Poenitentiae, *et* Eucharistiae, *italice. Praeit* EPISTOLA domini pauli Veronensis ordinis sancti Augustini episcopi. *Hac absoluta, legitur:* IL MOTIVO che mose lauctore a fare questo infracripto tractato fu la charita. La quale charitade desidera che lanime sieno veramente spose de iesu christo per mundita di cuore et purita di confessione. *Post tractatum de* Confessione, LIBELLUS vulgaris Pauli Veronensis canonici regularis. De sacra cōuniōe corporis domini nr̄i iesu Christi. Feliciter Incipit. *Ad hujus calcem, post verbum* FINIS, *sequentia verba leguntur:*

Finisse il devotissimo libro del sacramẽto Stampato in Venetia per maistro Pietro da Pavia nel anno del. M. CCCCC. (sic). A di xii. del mese de decembrio. *Adcedit Registrum, et huic subnectitur lignea tabula repraesentans* Aeternum Patrem, *sedentem et choro Angelorum stipatum.*
In folio parvo.. I. E. 15.

Veronensis Quintilii. Carmen in Laudem Pauli Pompilii, *ejusque operis de* Syllababus, Accentu, Pede, *et* Carmine. *Extat cum opere* Pompilii. *Vide* Pompilii.. XII. B. 66.

Versoris Joannis. Quaestiones super libros Ethicorum Aristotelis. *In prima pagina folii primi sequentia verba leguntur impressa:* Questiones magistri Johannis versoris super libros Ethicorum Arestotelis et text' eiusdem cum singulari diligentia correcte. *In secundo folio recto opus incipit absolute, nullo praefixo titulo; et sub finem secundae columnae folii aversi cxxii:* Expliciunt questiones magistri Johannis versoris peroptime correcte super decem libros Ethico4 Aristotelis cũ textu eiusdẽ. Impresse p Henricum Quentel. Civem alme Civitatis coloniensis. Anno domini Millesimo cccc. xci. etc. *Adjecta est Tabula* Quaestionum, *duobus foliis contenta.*
In folio parvo.. VII. A. 4.

Opus istud, quod *Straus pag. 232.* oppido rarum appellat, in duabus columnis gallo-franco duplici charactere impressum, 122. foliis, quae numeris Romanis sunt notata, constat. Character textus grandior inter Commentarii sectiones locum obtinet. Signaturae adsunt, custodes vero nulli observantur. Initiales litterae aut desiderantur, aut ligno incisae sunt adjectae.

—— Expositio Logicae Petri Hispani. *Titulus iste primae columnae folii primi recti praefigitur:* Expositio Versoris Praestantissimi Doctoris Parisiensis super sũmulis magistri Petri hispany. *Huic subnectitur Expositoris Prooemium, quod desinit ad calcem primae columnae secundae folii aversi; et protinus* Incipit expositio lr̃e Petri hy (sic). *Opus terminatur in columna prima ultimi folii recti, sequentibus verbis, in linea xiv.* Et in hoc finiuntur scripta sũmula4 magistri Joannis versoris sacre pagine professoris. *Post spatium duarum linearum:* Divo Lodovico Illustri mantuanorum prĩcipe regnãte Religiosissimus vir sacre pagĩe magister. d. frater Lodovicus de cremona ordinis carmelitarum civis mantuanus sua impensa pficiendum opus hoc curavit. imprimẽte magist.º Paulo de puczpach germãico eius artis perito absolutumq3 est Mantue........ *Alio brevi spatio interposito:* Anno verbi ĩcarnati millesimo quadringẽtesimo septuagesimo tertio die uero vigesima septĩa novembris.
In 4.º parvo.. .. VIII. A. 7.

Editio ista insignis raritatis notam omnino meretur; quum nec *Panzer*, nec alius Bibliographorum de ea notitiam eius habuerit. Gallo-francus character hujus impressionis in quavis ex duabus columnis, quibus paginae instruuntur, 38 lineis distinctus adparet. Fasciculis 32. volumen absolvitur, nullis custodibus, signaturis, et numeris foliorum praeditum. Initiales rubro colore adposuit Minicularius, quum id

facere Typographus omnino neglexerit. Valde detritae, et corrosae extant plagulae hujusmodi rarissimi artis typographicae monumenti, idcirco ne omnino deperiret, illud in theca tueri curavimus.

—— Alia editio, *cujus in postica pagina folii primi imprimitur Epistola cum titulo*: Petrus de sancto Johanne Johanni Pardo Salutem. *Epistolae subnectitur Elenchus operum in volumine contentorum, hoc pacto:*

In hoc libro septem principales tractatus continentur quorum primus ē de enunciatione correspondens libro peryarmenias Aristotelis.

Secundus ē de quiq3 universalibus correspondēs libro p̄dicabilium Porphirii.
Tercius ē de predicamentis correspōdens libro predicamētorum Aristotelis.
Quart' de sillogismo simpliciter: libro priorū Aristotelis correspōdens.
Quintus ē de locis dyalecticis q correspondet libro thopicorū Aristotelis.
Sextus est de fallaciis correspondens libro elencorū Aristotelis.
Septimus est de parvis logicalibus nulli speciali libro correspondens: cōsiderans de septem proprietatibus terminorum: ideoq3 dividitur in septem partiales tractatus. Primus est de suppositione.
Secundus de relatione.
Tercius de ampliatione.
Quartus est de appellatione.
Quintus de restrictione.
Sextus de distributione.
Septimus et ultimus de expositione.

Inscriptio praeit in prima columna folii primi recti: EXPOSITIO VERSORIS PRESTANTISSIMI DOCTORIS PARISIENSIS SVPER SVMMVLIS MAGISTRI PETR. HISPAN. *Huic subjacet* Versoris *Prooemium, quod absolvitur in antica pagina folii tertii, secunda columna ad lineam xix.; et protinus opus ipsum incipit. In folio ccxli. absolvitur volumen, ad lineam xxiii. quartae columnae, ac deinde haec Typographus notavit:* Et in hoc finitur scriptum summularum Magistri Johannis versoris parisiensis doctoris prestantissimi. Impressum Neapoli .... Anno nativitatis Christi Millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo. Die vero quinto Mens'. Februarii.
In folio parvo... XI. C. 15.

Ignotus artifex, qui hoc opus typis commisit, summam solertiam adhibuit ut editionem elegantissimam redderet; nam characteres rotundos, et pulcherimos elegit, quos in lineas 40. partitus est, ac ita columnas integras in paginis construxit. Charta mundissima est, et in eius peramplis marginibus nulli adparent custodes, et foliorum numeri; sed parvis elementis, et Arabicis notis exprimuntur signaturae. Initiales, quae deerant, Minicularius rubro, vel caeruleo colore eleganter pinxit; margines laterales postillis mss. rubro pariter refertae sunt. Editio rarissima, ac paucis nota; fugit etiam nostrum *Giustiniano*.

Verulani Joannis Sulpitii. De arte grammatica opusculum. *Titulus operi praepositus ita se habet:*

Sulpitianum opusculum lege foeliciter.
(H) Aec: quae sunt nri praeludia parva libelli:
Discat Donati post elementa puer:
Quem si emendatum docuit pia cura magistri:
Utilius potuit nempe docere nihil.

Sequitur de octo partibus orationis libellus, qui desinit in prima pagina folii vi. et in postica ejusdem incipit Jo. Sulpitii Verulani: de Moribus puero4 Carmen Juvenile, *quod terminatur in folio viii. averso. Post eiusmodi Praeludia, sequitur opus ipsum, quod libros quatuor complectitur, in quorum fronte legitur Epistola Auctoris, sic inscripta:* Clarissimo viro Falconi Sinibaldo Patritio Romano Protonotario Apostolico apostoliciq3 fisci Custodi. Sulpitius Verulanus Salutem. *Haec in antica pagina folii ix.; in postica vero praeponitur*, Bart. Platynae viri Clarissimi Epigramma, Pomponii Laeti Tetrastichum, Martini Philethici Carmen, *et* Eiusdem Distichum. *In folio x. recto incipit* Jo. Sulpitii Verulani de arte grammatica Opusculum compendiosum. *Huic titulo sequentes versus subjunguntur:*

Fundamenta cupis latiae qui noscere linguae:
Artibus ut doctis invigilare queas.
Hac iter est: te calle brevi: parvoq3 labore
Perducam: fausto sidere carpe viam.
Nomina per casus nam te variare docebo:
Hinc sibi quod servent nomina quaeq3 genus.
Post haec de verbis et formis pauca locutus
Praeteritis tradam iuncta supina suis.
Postremo ut verbis doceat te iungere casus:
Construere et partes foedere quasq3 suo.
Ergo age ut ad laetam venias puer optīe frugē:
Sulpitii discas haec monumenta tui.

Ad calcem primi libri:

Pars hic prima mei finitur Falco laboris:
Jam fient plausus ex helicone tibi.
En mihi fert niveos doctor4 turba lapillos:
Murmuret ignarus: livor: et ipse licet.
Sed nos ad reliquum ꝑgamus numine dextro:
Pectora proficiant ut studiosa brevi.

Sequitur: Ad clarissimum virum Falconem Sinibaldum. Jo. Sulpitii Verulani de generibus nominum liber secundus.

Ne qs ī androgynos ↄvertat et hermaphroditos
Nomina: nec miro salmacis amne riget.
Observent nostri Juvenes praecepta libelli:
Atq3 accepta ferant Optime Falco tibi.
Nam nisi me ornasset meritis tua plurima virtus
Tam castigatum non legeretur opus.

Ad hujus secundi libri finem:

Altera ad optatum venere volumina finem:
Judicio docti vera reperta chori.
Laetitia exhultaus (sic) plaudat studiosa iuventus
Et cum Sulpitio Falco per ora sonet.
Non ausit livor palam damnare libellos
Quos legit intentus discit amatq3 domi

FINIS

Jo. Sulpitii Verulani Li
ber Tertius de Praeteritis.

Praeterita o pueri liber hic pariterq3 supina
Vos docet hunc avide discere quenq3 (sic) velim.
Discite nam frugi est: et parvo magna labore
Implebit vobis horrea: nostra seges.
Sed tamen interea Falconis dicite laudes
A quo nil virtus vult procul esse sui.
In quo magnanimo regnat prudentia summa
Et modus: et recti Justus ubiq3 tenor.
In quo vel primo candor vetus ille quiritum
Cernitur: et linguae sed sine labe decus.
Et quem virtuti si praemia digna dabuntur
Praeficiet regnis Roma beata suis.

Ad calcem libri tertii post verbum FINIS, *additur:*

Jam tandem exacta est operis pars tertia nr̄i
Cur docilis plausus tot mihi turba facis?
Jactetur clari nomen Falconis ad astra:
Quem laudare satis nulla camoena potest.
Hic est quem virtus toto redimivit honesto:
Huic date coelestes prospera cuncta dei.

FINIS.

In principio IV. *libri alia occurrit Epistola ad eumdem* Falconem, *cujus inscriptio:* Clarissimo viro Falconi Sinibaldo Patritio Romavo (*sic*) Protonotario Apostolico Apostoliciq3 fisci custodi Sulpitius Verulanus Salutem. *Epistola absoluta, legitur sequens Epigramma:*

Ad Lectores.

Quisquis scire cupit verbis connectere verba
Me discat: parvo tempore doctus erit.
Non haec innumeris sunt plena volumina verbis
Nam genus et species paucaq3 nosse satis.
Ad quorum certas referet bene singula leges
Quae passim discet congeret atq3 puer.
Cui si proprietas si copia tradita per te
Doctor erit: magna est gloria parta tibi.

Haec alia duo Sulpitii *Epigrammata adcedunt in fine libri* IV.

Ad Lectorem.

His mihi non pretiū est quesita ve (*sic*) gloria libris
Dogmata sed latii tradere vera soni.
Et gratum munus Falconi offerre suisq3
Cui cupio ut grates tu quoq3 lector agas.
Nanq3 (*sic*) is vel solus prisco candore quiritum
Castalios gaudet promeruisse viros.

Rursus:

Ad Lectorem.

Sunt quoq in manibus nr̄i monumenta laboris
Vos precor: haec iusta pendere lance iuvet.
Si placeo: laudis non me fraudetis honore
Offendet si quid me monuisse vacet.
Si non tutabor cogar peccasse fateri
Debebo et monitis lector amice tuis.
Me volet ut si quis rabie latrare canina
Cerbeream rabiem sentiet esse mihi.

FINIS.

Sequitur Donati Grām̄atici de Figuris opusculū, *ad cujus finem haec cecinit* Sulpitius:

Barbariem quicunq3 cupis vitare loquendo
Donati hoc lecto codice doctus eris.

Adcedit exinde Vocum quae in toto opere continentur brevis et vera interpretatio; *qua absoluta, Auctor addidit:* Nos hoc ordine et brevitate ad rudium utilitatē ista conscripsimus : Quare improbissime faciet q alieno in libro voluerit esse ingeniosus. FINIT FOELICITER. *Sequuntur emendanda, et addenda quaedam, infra quae occurrit sequens nota typographica:* ROMAE MCCCCLXXXI. NONIS AUGUSTI: *In ultima pagina extat* TABULA QUATERNIONUM, ET FOLIORUM.

In 4.° parvo.. XII. A. 29.

Editio praestantissima, quae deest apud *Audiffredum, Orlandium, Maittairium*, caeterosque Bibliographos. Praestantissimo quoque charactere Romano (forsan *Stephani Plancx*) excusa est, qui lineis 29. perficit integram paginam, in quibus signaturas, reclamantes, foliorum numeros, et initiales neglexit Typographus.

—— Alia editio, *in qua praecedit Tractatus* De versuum scansione, de Syllabarum quantitate etc. etc. etc. *In primo folio averso legitur Epigramma* Sulpitii ad Lectorem *xviii. versuum. In secundo recto operis titulus sic extat:* Jo: Sulpitii Verulani de versuū (sic) scansione. De syllabarum quantitate. De heroici carminis decoro et vitiis. De pedibus et diversis generibus carminū precepta. Deq3 illorum connexionibus observationes ad Cyprianum Omagium lege foeliciter. *Huic subnectitur Tetrastichon:*

Castalios latices: et amena vireta sororum
Si peragrare cupis : iam tibi pando fores.
Me duce mellifluo modulabere carmina cantu
Et nectes daphne mi Cypriane comam.

Ad calcem hujus tractatus legitur sequens Epigramma:

Me duce musarum choreas ingressa iuventus.
Quae fingis dulci carmina docta sono.
Seu te meonio delectat ludere cantu
Sive per undenos nectere verba pedes.
Seu quoscunque iuvat numeros contexere: phoebo
Digna cane : obscenos non amat ille modos.
Et si non celebras me carmine: dicito saltem
Haec per Sulpitium plectra lyramq3 gero.
Finis.

Adcedit ejusdem Sulpitii *allocutio ad Lectorem, quam excipit* Jo. Sulpitii de scansione et syllabarum quantitate Epitome Tyronibus ad ornatissimum adolescentem Alexandrum pharnesium, *cum hoc disticho:*

Nomine pharnesi pleno subtracta libello
Ars brevis: o lector spero placerae (sic) tibi.

Ad extremum vero hujus tractatus distichon aliud apponitur:

Claudit*u*r hic rivus : nostri pete flumina fontis
Ludere quo possis carminis omne genus.
FINIS.

Adcedunt ejusdem Jo. sulpitii in nestorem recriminatio, *et* Priscianus de accentibus. *His omnibus absolutis in principio folii lxvi. recti, adcedunt quaedam emendanda, et addenda : in aversa pagina idem* Sulpitius *hoc monitum scripsit :* Adolescens nihil tibi iam ad latinam musicam hoc est ad rectam pronuntiationem deest. Habes de syllabarum quantitate opus exactissimum. habes de pedibus. et de generibus carminum. Habes ex Servii excerpta centimetro. ipsumq3 epitomen. (sic) Habes de accētibus Priscianum. Superest ut iis invigiles et diligenter incumbas. Quod si egeris os tuū stribiligine non foedabis et carmen compones elegantissimum. *Post haec omnia incipit Tractatus* De octo partibus orationis, *cujus titulus* : SVLPITIANVM OPVSCVLVM LEGE FOELICITER. *Caetera omnia in hoc secundo opere, uti in praecedenti editione. Ad calcem vero legitur* : Impressum Romae per Magistrum Steffanum Planck Anno dñi Millesimo quadringentesimo Nonagesimo secundo. Die. xxii. Mēsis Septēbris. Sedente Alexandro Max. Pont. vi. Anno eius Primo.
In 4.° parvo.. IX. B. 53.

Etiam haec altera Romana editio fugit *Audiffredum*, *Lairium*, ac alios Bibliographos. Cusa est rotundis elegantissimis elementis, quae in paginis plenis perficiunt summam 27. linearum. Foliorum numeri, et custodes desunt; ast fasciculi plagularum signantur elementis, Arabicisque notis. Initiales florentes, et ligno eleganter incisae in toto opere visuntur.

—— Exemplar alterum *tantum* de versuum scansione, de Syllabarum quantitate, de heroici carminis decoro, et vitiis; de pedibus, et diversis generibus carminum praecepta; deque illorum connexionibus observationes ad Cyprianum Omagium. *Item* de Scansione, *et* quantitate syllabarum, ad ornatissimum Alexandrum Farnesium. *Item* In Nestorem recriminatio, *et* Priscianus de accentibus.. IX. A. 33.

—— Alia editio *istorum* Tractatuum. *Praecedit, ut in praecedenti editione* Sulpitii, *Epigramma xviii. versuum ad* Lectorem, *excusum in postica pagina folii primi, et in sequenti folio recto opus incipit, in quo continentur ea omnia, quae in superiori editione notavimus, et desinit ad lineam iv. folii recti lxvii. Post verbum* FINIS, *adduntur* Emendanda etc. etc. *et* Registrum ; *et in aversa pagina legitur ejusdem* Sulpitii *monitum ad adolescentes.*
In 4.° parvo.. IX. B. 55.

Nemo ibit inficias, praedictos Tractatus partes esse operis *de Arte grammatica Romae* impressi anni 1481. ab ignoto Typographo, quod quidem opus primo loco notavimus. Instituto enim accuratissimo utriusque operis examine, animadvertimus ex similitudine typorum, papyri, et totius impressionis oeconomia unum eumdem que Artificem has editiones excudisse.

—— Alia editio *continens omnia jam in praecedentibus editionibus recensita.*

In 4.° parvo... IX. B. 56.

Negliguntur etiam in hac editione Typographorum consuetae subscriptiones. Characteres licet rotundi, quodammodo tamen rudes apparent, ac omnino pro iis *Romae* Saeculo xv. adhibitis habendi sunt; charta insuper fusca est, et parum levigata. In qualibet integra pagina occurrunt lineae 33. et in inferiori ora ignotus Excusor signaturas impressit instructas litteris, et Romanis notis; omisit tamen reclamantes, et foliorum numeros. Initiales modo desunt, modo suppletae visuntur parvis elementis. Totum volumen componitur 42. foliis. Memoratur a *Maittairo pag. 768.*

—— De componendis, et ornandis epistolis. *Adcedit* Priscianus de praeexercitamentis Rhetoricae ex Hermogene translatis. *Opusculum dicatur* Philippo Gentili Pallavicino, *hac inscriptione*: Jo. Sulpitii Verulanì de componendis et ornandīs epistolis ad Philippum Gentilem Pallavicinum Patriciū Genueñ. opusculum Sulpitii. *Hoc desinit in folio xxv. recto, et in eodem averso incipit* Priscianus Grāmaticus de praeexercitamentis Rhetoricae ex Hermogene translatis. *Ad calcem primae paginae folii xxxiii. post verbum;* Finis, *legitur*: Impressum est opus Romae per magistrum Stephanum Plannck: Absolutūq5 die iii. Junii: Anno dñi. M. cccc. xci.

In 4.° parvo... IX. B. 76.

Excusa est haec editio charactere Romano quidem, verum non satis pulchro, qui quamlibet perfectam paginam complet lineis 31. Signaturae occurrunt, et initiales parvis litteris indicantur: haud vero Excusor adposuit reclamantes, et numeros foliorum.

—— Commentaria et argumenta in Lucani Pharsalia. *Extant cum textu* Lucani. *Vide* Lucani.

—— Commentaria in Quintiliani Institutiones Oratorias. *Extant cum* Quintiliani *textu. Vide* Quintiliani.

Vesconte, *vel* Visconte Matteo da S. Ganziano. Traduzione de' fatti de' Veneti di Marcantonio Sabellico. *Vide* Sabellici.

Vespasiani Imperatoris. Epistolae, *graece. Extant in collectione Epistolarum* Aldi Manutii. Venetiis. 1499. *Vide* Epistolae Variorum Auctorum.

Vespuccii Georgii Antonii. Epistola ad Joannem Baptistam Boninsegnium. *Et quoniam* Vespucius *eam scripsit cum* Marsilio Ficino *extat cum* Ficini Epistolis. *Vide* Ficini.

Vetesii, *vel* Vedesii Ladislai. Oratio ad Sixtum iv. *nomine* Matthiae Hungariae Regis. *Titulus Orationi adpositus is est*:

Ladislai Vetesii Pannonii Cubicularii apo
stolici oratio ad summū Sanctissimūq3 Pon
tificem Sixtum. IIII. pro p̄standa obedien
tia nomīe Invictissimi p̄ncipis divi Mathiae
Serenissimi Hungaro4 ac Bohemo4 Regis
Quarto nonas februarii. MCCCCLXXV.
FINIS.

Desinit verbo, FINIS, *ad lineam xxv. aversae paginae folii xii.*

In 4.° parvo... XII. A. 80.

Sine notitia loci, anni, et Typographi; sed *Romae* excusa per *Joannem Schurener de Bopardia* certo evincitur ex similitudine typorum, quos laudatus Artifex in aliis operibus excudendis adhibuit; praesertim in *Epistolis Aeneae Silvii Piccolhominei* impressis anno 1475. quibus consonat etiam in aliis rebus typographicis. Lineae 25. implent quamlibet integram paginam, et duodecim foliis absolvitur oratio, absque notis in marginibus. Latuit haec editio *Audiffredo*, et *P. Lairio*.

U G

Ugerii Mauri Mantuani. Carmen Elegiacum ad Jacobum Francum Ravennatem in laudem operis Desiderii Spreti, de amplitudine: devastatione: et de instauratione urbis Ravennae. *Extat excusa ad calcem hujusmodi operis. Vide* Spreti Desiderii.

Ughii Mariani. Declaratio circa experimentum ignis faciendum ad veritatem doctrinae Hieronymi Savonarolae comprobandam, *italice. Vide* Savonarolae.

Ugolini Baccii. Epistola ad Robertum Salviatum. Venetiis 1498. *Extat in* lib. vii. Epistolarum Politiani, *cum eiusdem Operibus. Vide* Politiani.
—— *Ejusdem* Epistola ad Politianum. *Vide* Politiani. *Nominatur* a Domitio Calderino *in Epistola ad* Augustinum Maffeum *praefixa suis commentariis in* Sylvas Statii.

Ugonis Senensis Medici. *Vide* Bentii Ugonis.

V I

VIANA MARTINI DE. Oratio de Christi ad Coelum ascensione. *Praeit titulus*: Martini de viana artium et sacre theologie professoris: Cappellani R. Car. sancti Georgii sedis apostolice Cam. Oratio de xp̄i ad celos ascensione habita corā Alex. vi. Pont. Max. Anno dn̄i. M. cccc. xciiii.
In 4.° parvo. *Vide* Orationes Variae.......................... IX. A. 58.

Est opusculum foliorum v. excusum gallo-franco charactere ignoti Typographi. Memoratur ab *Audiffredo pag. 330*, et a *Denisio in Supplem. pag. 689*.

—— Oratio in die Sanctissimae Trinitatis. *Legitur in principio*: Martini de Viana artium ac sacre theologie doctoris: R. dn̄i Cardinalis sancti Georgii Cappellani: oratio in die sanctissime Trinitatis habita coram Alexandro vi. Pont. Max. Anno dn̄i Mccccxciiii.
In 4.° parvo. *Vide* Orationes variae.......................... IX. A. 58.

Idem typus, ac praecedens observatur in hac editione foliorum v. Eiusdem mentionem fecerunt *Audiffredus pag. 331. Denisius pag. 689.* et *Seemiller Fasc. iv. pag. 134.*

—— Exemplar alterum.................................. XIII. A. 40.
—— Oratio habita in die cinerum. Martini de Viana Artium et sacre theologie doctoris R.mi dn̄i Car. sc̄i Geor. Sedis apl.ᶜ Camerarii Cappellani: Or̄o habita in die cin4 corā Alexaudro. vj. Pōtifice Max. Anno dn̄i. M. cccc. xcvi.
In 4.° parvo. *Vide* Orationes variae.......................... IX. A. 58.

Licet typus hujusmodi opusculi vi. foliorum sit Romanus, rudiusculus tamen apparet, et pertinere videtur ad *Stephanum Plannck*. Notatur ab *Audiffredo pag. 337. Denisio pag. 689. Fossio Tom. ii. pag. 790.*

—— Oratio in festo S. Thomae de Aquino Martini de Viana Artiū et sacre theologie doctoris R. dn̄i Car. sc̄i Geor. Sedis Apostolice Camerarii Capellani Or̄o. habita apud Minervā Corā Sacro collegio R.mo4 Cardinaliū in festo Divi Thome de aquino Anno dn̄i M. cccc. xcvi.
In 4.° parvo. *Vide* Orationes variae.......................... IX. A. 58.

Character idem, ac praecedens totidemque foliorum. *Audiffredus pag. 337. Denisius pag. 689. Seemiller Fasc. iii. pag. 135.* hunc libellum memorarunt.

VICECOMITIS HIERONYMI. Lamiarum seu Striarum opuscula duo. *Occurrit in aversa pagina folii primi Monitum Editoris sub epigraphe:* Liber ad Lectorem et emptorem. *In secundo folio recto Epistola ejusdem* Magistri Hyeronimi (sic) Vicecomitis Lamiarum sive striarum opusculum ad illustrissimum Mediolani ducem franciscum Sfortiam Vicecomitem :. Incipit feliciter : *terminatur ad lineam*

tertiam aversae paginae, et protinus sequitur opusculum ipsum. Altera inseritur Epistola post idem opusculum absolutum in antica pagina folii xiv. sic inscripta: Donus (sic) Aluisius de la cruce Carevallis monachus et decretorum doctor pro continuatione sequentium francischo bossio amico suo salutem plurimam. *Post lineam vii. folii xxiii. aversi,* Explicit Lamiarum tractatus magistri Jheronimi (sic) Vicecomitis predicatorum ordinis etc. etc. *Exinde:* Impressum Mediolani per magistrum Leonerdum (sic) Pachel Anno Domini. M. cccc. xc. Die xiii. Mensis Septēbris.
In 4.° parvo... VIII. B. 26.

Opusculum a paucis visum, memoratum vero a *Saxio pag.588.* et a *Denisio pag. 298*: excusum charactere minuto Romano, et praeditum pluribus abbreviationibus; absque titulis, numeris paginarum, et reclamantibus. Folia signata cernuntur litteris, et Romanis notis, et pro initialibus parva elementa adposuit Typographus, qui paginas perfectas implevit lineis 37.

Vico Pisano Dominico da. *Vide* Cavalca Domenico.

S. Victore Hugonis de. *Vide* Hugonis de S. Victore.

Victorii Andreae Repertorium Dictorum Aristotelis, Averrois, aliorumque Philosophorum, *cum Epistola Nuncupatoria ad* Hieronymum Tostinum. *Vide Art.* Repertorium.

Victorii Benedicti. Tractatus Proportionum. *Prima pagina exhibet hunc titulum sic excusum in summitate columnae primae:*

Excellentis Artium et medicine doctoris
Benedicti Victorij. Faventini Commētaria
In Tractatum Proportionū Alberti de
Saxonia Ad illustrem Albertum
Pium Carpensium Principem.

Ad calcem: Et sic est finis annotationum proportionum Acutissimi Artium et medicine Doctoris Benedicti Victorij Faventini philosophiam Bononie publice edocentis. Impressum autem ē Bononie etc. etc. Sequitur de motu circulari, *et in ultimo folio recto occurrit* Tabula Dubiorum; *ad calcem cujus legitur,* FINIS.
In folio... IX. G. 16.

Opusculum ignotum, exaratum, ut videtur, ad exitum Saeculi xv. vel xvi. ineunte. Quoad typographicum artificium ignoti Impressoris, qui forsan fuit *Benedictus Hector,* haec sunt consideranda: Character duplex est, rotundus in textu *Alberti de Saxonia,* minor, et semi-gallo-francus in commentariis, qui gemina columna distinctus et quamlibet integram implet lineis 53. Omittuntur tantummodo reclamantes; nam signaturae, et foliorum numeratio suo loco conspiciuntur. Initiales parvis elementis designabantur, easque majores reddidit Miniculator, qui primam paginam adfabre decoravit auro, aliisque coloribus, ac stemma etiam gentilitium ignoti possessoris in ora inferiori adpinxit.

Victorini Marii Fabii. Isagoge Porphyrii *latine versa, cum Commentariis* Boethii. *Vide* Porphyrij.

—— Commentaria in libros Rhetoricorum, *seu* de inventione Ciceronis. *Extant cum textu* Ciceronis. *Vide* Ciceronis.

—— De ratione metrorum, *sub corrupto nomine* Maximini Victorini. *Extat cum* Donato, *aliisque veteribus Grammaticis. Vide* Donati, *ac* Gramatici Veteres.

VILLA DEI ALEXANDRI DE. *Vide* Galli Alexandri.

VILLANO GIOVANNI. Cronica del Regno di Sicilia. *Praeit sequens titulus:* In comenza (sic) vna nobilissima et vera antiqua cronica. Composta per lo generosissimo missere iohãne villano recolta da molti antiqui quale e delectevole et de gran piacere per sapere le antiquitate dello regno de sicilia citra et ultra el faro in de la quale se tracta de mutamenti de multi stati et incõmenza dala edificatione de Cuma. Lege feliciter. *In folio lxi. recto ad lineam xv. absolvitur opus, et protinus in eadem pagina* Seguita vno tractato deli bagni de Pizolo et de tre Pergule et de Agnano et de tutte le confini in lo quale per recreatione de le gente cossi breve de molti libri autentici e tracto. *Hoc secundum opusculum desinit ad lineam xvii. primae paginae folii lxvii. et additum est verbum*, Finis.

In 4.° parvo.. XI. B. 32.

Haec eximiae raritatis editio, quam noster *Giustiniano* primus excitavit, eamque merito tribuit *Sixto Reissingerio*, excusa cernitur eodem omnino typo Romano laudati Typographi, quo usus fuit postea *Franciscus Tuppius* in impressione *Tractatus de Syndicatu Paridis de Puteo* anno 1485. ubi opus praedictum dicitur fuisse impressum per *fidelissimos germanos*, quibus verbis idem *Tuppius* intellexit *Riessinger*, eiusque socios, qui ea aetate *Neapoli* libros quam plurimos impresserunt. Insunt in paginis integris lineae 36. et in marginibus inferioribus signaturae elementorum serie, et numeris Romanis notatae cernuntur; ex quo eruitur post annum 1476. editionem hanc fuisse exaratam, quum per id temporis inceperint Impressores fascicula signatnris instruere. Nullus occurrit plagularum numerus, aut custos; et pro initialibus modo vacua spatia tantum extant, modo parvae litterae adpositae conspiciuntur.

VILLANOVA ARNALDI DE. De virtutibus herbarum. *Primum folium est album, et Prologus incipit in tertia pagina, quae includitur ligneo ornamento, cujus in superiori parte repraesentantur* Arnaldus de Villanova, *et* Avicenna *sedentes, deque herbis disputantes, ut ex litteris subjectis adparet*, ARNOLDI DE NOVA VILLA: AVICENNA; *quibus titulus Prologi subditur:* INcipit Tractatus de virtutibus herbarum. *In postica pagina folii cl. ad lineam xvi. post* Usneae *descriptionem legitur:* Finiunt liber (sic) vocatur (sic) herbolarium de virtutibus herbarum. Impressum Vincẽciae (sic) per Magistrum Leonardum de Basilea et Guilielmum de papia socios. Anno salutis. M. cccc. lxxxxi. die xxvii. meñ. Octob. *Postmodum vero* Deo Gratias. *Index his adcedit duorum foliorum, exinde sequitur* Particula secunda De simplicibus laxativis linitivis seu lubricativis, superioribus antiquis deserviẽtibus, *cui alius Index subnecitur.*

In 4.° parvo.. XII. B. 20.

Editio haec nec *Maittairo*, nec *Denisio* innotuit, immo nec ipsi *Facciolo*, qui editiones Vicentinas recenset in Tom. xli. *Novae Collect. opusc. Caloger.* Character rotundus est, nec inelegans, et

chartae firmae imprimitur. Quaevis pagina 34. linearum est capax, licet nulla operis, si *Particulam secundam* excipias, characteribus tantum expressam, integra adpareat, ob figuras herbarum xylographicas, quae earumdem descriptionibus praefiguntur. Signaturae *a-x.* Arabicis notis iunguntur; et primum excludunt fasciculum. Custodes desunt, numeri vero foliorum *1-cl.* a quinto folio incipiunt, et hisce destituuntur 18. postrema folia. Ex initialibus duae florentes xylographicae adparent, prima scilicet voluminis, et prima pariter *Secundae particulae* operis, quae reliquas minoribus formis expressas habet; primae partis vero sectiones a communi unciali littera incipiunt, sed nomen herbae suppositum majoribus quadratis exprimitur typis.

—— Alia editio, *quae nullum praesefert titulum in principio. Absoluto primo opusculo ad lineam xxII. folii aversi cl. in sequenti folio incipit* Particula secūda de simplicibus laxativis linitivis etc. etc. *et desinit in folio clxvII. averso, et post verbum* FINIS, *additur*: Finiūt liber (sic) vocat⁹ Herbolariū de virtutibus herba4. *Exinde*: Impressum Venetiis per Simonem papiensem dictum Bivilaquam Anno Domini Jesu Christi. 1499. die xiiii. decembris. *Adcedit Registrum.*
In 4.° parvo.. VIII. B. 30.

Praesens editio, quoad res typographicas, et figuras herbarum consonat cum praecedenti; attamen in hac Primus tractatus exprimitur charactere venustiori, et quadrato; secundus vero charactere minus quadrato, verum polito, et veteri ejusdem saeculi xv.

—— Regimen Sanitatis, *sive* Expositio in Scholam Salernitanam. *Extat cum textu. Vide* Salernitana Schola *pag. 41. hujus volum.*

—— Libellus de Venenis. *Extat cum opusculo ejusdem argumenti* Petri de Abano. *Vide Tom. 1. pag. 1.*

—— Versio latina Libelli Avicennae de viribus cordis. *Extat cum* Avicennae *aliis operibus. Vide in Append. Artic.* Avicennae.

Vicentia Dominici de. *Vide* Dominici Magistri de Civitate Vicentia. *Vide insuper* Juris Variorum tractatum Collectio.

Vicentia Petri de. Relatio ad Alexandrum vi. super falsis Brevibus confectis per Bartholomaeum Floridum. *Praeit Epistola Nuncupatoria, excusa in secunda pagina folii primi sub epigraphe:* Ad S. D. N. Alexandrū vi. pontificē maximū Petri de Vicētia Epi Ceseñ. Camer̄ apl⁹ce Auditoris. Et in hac causa una cū R. P. D. Petro Isuaglies Archiepo Regino Alme urbis gubernator̄ Cōmissarij. Relatio habita coram S. sua in consistorio secreto sup falsis brevibus apl⁹cis cōfectis per Bartholomeum floridum tunc Archiepm Cusentinū ac eiusdem D. N. Pape Secretarium. *In fine:* Impressum per Eucharium Silber al⁹s Franck Rome In Campo Flore. Anno Dñi. M. CCCC. XC. VJJ. Die ix. Novēbris.
In 4.° parvo.. XIII. D. 34.

Character est gallo-francus; inscriptio tamen, et Epistola inscriptioni subjecta charactere minori, ac opus ipsum, exarata sunt. Opusculum constat xvi. foliis, in quibus tantum signaturae observantur, et lineae 35. numerantur in paginis integris; duae initiales litterae, quae in opere occurrunt, xylographicae sunt.

—— Oratio pro capessenda expeditione contra Infideles. *Titulus praefixus ita se habet*: Oratio pro capessenda expeditione contra infideles: habita iussu Sanctissimi in Christo patris et domini nostri Innocentii divina providentia papae VIII. per Reverendū patrem dominum Petrum de Vicentia Episcopū Caesenatensem Camerae Apostolicae Auditorem: In Capella palatii apostolici Anno a nativitate domini. M. ccccxc. In die Annunctiationis (sic) Beatae Virginis: quae ad incohandā congregationem super expeditiōe hmōl de mandato suae Sanctitatis fuerat indicta. *In fine legitur tantummodo*: LAUS DEO.
In 4.° parvo....... .... IX. A. 58.

Sine notis typographicis. Hujus editionis meminere *Audiffredus pag. 294. Maittairus pag. 68: Denis pag. 689.* et *Seemiller iv. pag. 135.* qui eam referunt inter editiones anni 1490. exaratas ab *Euchario Silbero*, cujus elegans Romanus character micat in praesenti editione. Est opusculum 12. plagularum, sine signaturis, numeris foliorum, et custodibus; et lineae 27. numerantur in paginis.

—— Exemplar alterum.................................... XIII. A. 51.

—— Praefatio adjecta in opere S. Thomae Aquinatis, super Evangelia Dominicalia, et Ferialia. *Vide* S. Thomae Catena Aurea.

Vincentii Bellovacensis, *vel* Belvacensis. Speculum Morale *in tres libros divisum; et libri in partes; istae in distinctiones. In prima voluminis pagina legitur:* Speculum Morale Vincentii. *In aversa:* Tabula Index in opus Speculū scilic[s] Morale Vincentii Belvacensis ordine alphabeti demonstrans quoto libro: quota parte: quota distinctione: quotaq3 charta: quoq3 ī eo volumine p̄cipaliter tractata inveniri debeant incipit. Et punctus prepositus numero charta4 anteriorem faciem: earūdem postpositus vero posteriorem celerius inveniendi gratia singula declarat. *In folio quarto recto* Speculi Moralis Vincentii Liber primus incipit feliciter. *Ad calcem:* Opus preclarū qd[s] speculum morale intitulat[9]: ab egregio doctore Vincentio alme Belvacensis ecclesie presule: ac sancti dñici ordinis professore: editum: feliciter finit. Impensis q3 et cura non mediocri Hermāni liechtenstein coloniensis: emendatione diligentissima Impressum Anno Salutis. M. cccc. lxxxxiij. pridie Kal.[9] Octobris. Venetiis. Laus Christo. *In penultima pagina extat* Registrum.
In folio.. III. G. 7.

Corrigendum siquidem est illud *Beluacensis Ecclesiae Presule*, cum nunquam ad eam Ecclesiam regendam fuerit *Vincentius* assumptus. *Speculum Morale* nomen quidem praefert *Vincentii Belluacensis*, sed *Quetif. Tom. 1. pag. 218-232-300-118.* multis argumentis demonstrare nititur, *Vincentium* hujusmodi operis auctorem haud esse, ac illud esse opus Saeculi xiv. nec nisi inter annos 1310-1325. a falsario editum, et *Vincentio Belluacensi* subpositum. Auctores vero, ex quorum operibus *Speculum Morale* compactum est, quinque sunt praecipui, I. Anonymus Auctor *Tractatus de consideratione novissimorum*, qui florebat an. 1300. II. *F. Stephanus de Borbone*, seu *de Bellavilla Ordin. Praedicatorum*, qui sub 1262. mortuus est, et magnum opus de septem donis Spiritus Sancti edidit, fere totum in *Speculum Morale* translatum. III. *S. Thomas* mortuus anno 1274. IV. *F. Petrus de Tarentasia*, seu *Innocentius Papa V.* mortuus anno 1276. V. *F. Richardus de Mediavilla Ordin. Min.* qui obiit circa an. 1300. 1302. *Vincentius* vero mortem oppetiit anno 1264. ut idem *Quetif* l. cit. pag. 213. innuit.

—— Speculum Doctrinale Vincentii. *Haec verba leguntur in antica volu-*

minis pagina. In secundo recto folio Tabula Index in opus Speculum scilicet Doctrinale Vincentii Beluacensis Episcopi : libris decem et septem distinctum. Demonstrans cuiusq3 libri : quota charta quoq3 in eo volumine p̄ncipaliter tractātur inveniri debeant incipit. etc. *Folio xi.* Speculū Doctrinale Vincētii Liberq3 primus incipit feliciter. *Ad calcem :* Operis preclari Speculi cōis Speculū doctrinale ab eximio doctore Vincētio almeq3 Beluacēsis ecclesie presule : ac sancti dominici ordinis p̄fessore editū feliciter finit. Impēsisq3 nō mediocribus at (sic) cura sollertissima. Hermāni liechtenstein Coloniēsis agrippine colonie : Nec nō emendatione diligentissima est Impressum Anno Salutis. M. cccc. lxxxxiiij. Idib⁹ ianuarij. Venetijs Sedēte Divo Alexādro. vi. Maximo pontifice Regnanteq3 Maximiliano p̄mo Romano4 rege invictissimo Faustissimoq3 Semp̄ Augusto. *Exinde:* Summe et individue trinitati. Jhesu christi crucifixe humanitati : eiusq3 gloriosissime matri Marie sit laus: honor et gloria per infinita secula seculorum. Amen *Sequitur* Registrum.

In folio . . . . VIII. G. 5.

—— Speculum Naturale Vincentii. *Is titulus in prima pagina occurrit ; et in prima secundi folii* Tabula cōmnis sive Tabularis index in opus Vincentii qd⁹ Speculū Maius intitulat⁹. Inq3 potissimā eius partē qd⁹ Speculū Naturale inscribit⁹. Tabulas particulares singulo4 librorū quoq3 capitula singula etc. etc. Incipit feliciter. *In folio xv. recto* Opus Preclarū Speculū Maius intitulat⁹ In Speculum Naturale : Speculū Doctrinale : Speculū Morale : et Speculum Historiale Quadripartitū Vincentij Presulis Inchoat numine felici. At (sic) primo in eas partes generalis prologus.. *In fine voluminis :* Operis preclari Speculi cōis Speculū naturale ab eximio doctore Vincētio almeq3 beluacēsis ecclesie presule : Ac sancti dominici ordinis p̄fessore editū feliciter finit. Impēsisq3 nō mediocribus at cura sollertissima Hermāni liechstenstein Coloniensis agrippine colonie : Nec non emendatione diligentissima est Impressum Anno Salut⁹. M. cccc. lxxxxiiij. Idib⁹. maij. Venetijs Sedēte Divo Alexādro. vj. pōtifice Maximo. Regnāteq3 Maximiliano primo Romano4 rege invictissimo Faustissimoq3 semp̄ Augusto. Summe et individue trinitati etc. etc. Registrum *extat in penultima pagina.*

In folio . . . . IX. H. 5.

Tria haec *Vincentii Belluacensis* opera uno eodemque charactere gallo-franco scilicet, impressa sunt ; ac una eademque typographica oeconomia. Binae columnae occurrunt in paginis, quarum margines instructi cernuntur foliorum numeris, et signaturarum serie ; neglexit tamen Excusor tam reclamantes, quam initiales litteras, pro quibus spatia relicta fuere.

—— Speculum Historiale. *In folio primo praemisso brevi Prooemio,* Incipit tabula primi voluminis speculi historialis, *quae desinit in secundo folio recto, et post albam paginam, in folio tertio incipit Prologus cujus titulus:* hystoriale fratris Vincentij beluacensis ordinis sancti dominici incipit. *Prologus 20. capitibus constat, in quo de causa suscepti operis, ejus materia, de modo agendi, de utilitate operis* etc. etc. *agit. In prima pagina folii v. Prologus explicit, et in secunda incipit Index generalis, continens capitula cujus-*

libet libri, quique sunt 31, qui in nostro exemplari pertingunt usque ad librum xvii. inclusive, caeteri vero deficiunt.

In folio maximo.. XX. I. 9.

Typi, quibus hoc magnae molis opus impressum est, sunt gallo-franci; quaevis pagina in duas est distincta columnas, quarum quaelibet integra complectitur 78. lineas. Charta est alba, sed minus polita, et firmitate pergameno non multum dissimilis. Nulli custodes, aut signaturae, nullique paginarum numeri observantur. Initiales litteras omisit Typographus; eas autem auro, et diversis coloribus adfabre Miniculator adpinxit. Tum ex forma Typorum, et impressionis, nec non ex qualitate chartae, tum ex descriptione, quam Bibliographi tradunt omnium editionum hujusmodi operis, eruimus praesens opus ex officina *Antonii Nurembergae anno 1483.* prodiisse.

Vincentii de Castro Novo. *Vide* Bandelli Vincentii.

Vincentii Ferrerii (S.). Sermones de tempore, et de Sanctis. *In prima folii primi pagina majusculis litteris sequentia verba impressa leguntur:* Sermones sancti Vincentii fratris ordinis predicatorum de tempore Pars hyemalis. *In secundo folio recto*: Incipit tabula ī sermones sancti Vincentij tempis hyemalis alphabetico ordine singulo4 in his contēto4 demōstrativa et directiva. *Tabula absolvitur in folio x. recto, et opus inchoatur in sequenti folio a titulo*: Divini verbi preconis et predicatoris ac Sacrarū littera4 interpretis et pfessoris subtilissimi sancti Vincentij confessoris de valentia ordinis divi predicato4 Sermones fructuosissimi hyemales de tempore Incipiunt feliciter. *Ad calcem* Sermonis in Sabbato sancto pasche *haec habentur:* Divi verbi preconis et predicatoris: sacreq3 theologie pfessoris eximij sctī Vincentij confessoris divi ordinis predicatorum sermones validissimi temporis hyemalis Finiūt. Impressi Lugduni Anno incarnatiōis dñi M. ccccxciij. *Sequitur* Pars ii. Aestiva, *quae in antica pagina continet verba superius relata in folio primo, et ubi* hyemalis *in illa legitur, hic* estivalis *excuditur. Secunda pagina offert Nuncupatoriam Epistolam, qua* B. basselt Johanni Nicholai Verensis (sic) sacrarum artium theologica4 pfessori Salutem plurimam dicit. *In secundo folio* Incipit tabula alphabetica sermonum magistri Vincentij ordinis predicato4 partis estivalis omnium in hoc volumine contentorum faciliter indicativa. *In folio ix.* Divini verbi preconis interpretis et pfessoris subtilissimi sancti Vincentij ferrarij (sic) de regno arrogonie (sic) cōventus Valētie divi predicatorū ordinis sermones uberrimi estivales de tempore incipiunt feliciter. *In fine sermonis in Dñica xxv. post Trinitatis festum:* Sermones sancti Vincentij illuminatissimi sacre theologie professoris acutissimi fratris divi ordinis predicatorū temporis estivalis finiunt feliciter.

In 4.° parvo.. II. C. 29.

Praesens editio gallo-franco minusculo typo in duabus columnis impressa latuit Bibliographos fere omnes; etsi ipsi recenseant innumeras propemodum hujus operis editiones, inter quas alia editio Lugdunensis notatur anni 1490. Lineae 53. in columnis integris numerantur. Custodibus, et numeris foliorum libellus destituitur, initiales minores praesefert, et signaturas, quae indicantur litteris junctis Romanis numeris, et in ora superiori marginum Sermonum titulos impressit Excusor.

—— Pars tertia, *scilicet* Sermones de Sanctis. *In prima folii primi pagina leguntur verba:* Sermones sancti Vincētiĳ fratris ordinis predicatorū De sanctis. *In prima columna secundi folii,* Tabula in sermones de sanctis Sctī Vincentij per totius anni circulum etc.etc. incipit, *et desinit in folio sexto averso. In folio septimo* divini verbi preconis et predicatoris ac sacrarū litterarū interpretis et pfessoris subtilissimi sancti Vincentij confessoris de valētia ordinis divi pdicatorum sermones uberrimi de sanctis per totius anni circulum incipiunt feliciter. *Ad finem ultimi Sermonis de* S. Chatarina *leguntur sequentia verba :* Divi verbi preconis et predicatoris : sacreq3 theologie professoris eximii sancti Vincentij confessoris divi ordinis predicatorum sermones validissimi de sctīs finiūt. Impressi Lugdun. Anno xpi. M. cccc. xcvij. die xxiij. Aprilis.
In 4.[to] parvo . . . . I. B. 20.

Forma characteris, et Typographica oeconomia hujusmodi voluminis consonant omnino cum praecedenti; adeoque fortasse hoc volumen *Tertiam partem Sermonum*, integrae editionis Lugdunensis constituit; licet posterius fuerit typis evulgata; quapropter eidem hic locum adsignare nobis visum est.

—— Alia editio. *Visitur in prima pagina tabella quadrata xylographica, quae imaginem Auctoris offert, sinistra manu Crucifixum, et lilium tenentem; dextera* Jesum Christum *in nubibus indicantem. Eidem praefiguntur haec verba :* Sanctus Vincentius de Valentia sacri ordinis predicatorum : *ista vero subnectuntur :* Sermones sancti Vincētij fratris ordinis predicatorū de tēpore Pars hyemalis. *In aversa facie* Epistola prohemialis in vitam sancti Vincentij confessoris de ordine fratrum predicatorum : a reverendo patre domino Francisco Castilionensi presbytero : ac ecclesie sancti Laurentij de Florentia Canonico Sanctiq3 Appiani plebano : nec non et sacre theologie eximio pfessore edita incipit. Reverendissimo domino Jacobo titulo sancti Chrisogoni cardinali papiēsi. *In secundo folio* Vita beati Vincētij abbreviata incipit, *quae v. folio recto absolvitur, eamque excipiunt* Versus pulcherrimi summarie otinentes btām vitā sctī Vincentij etc. etc. compositi per Reverēdū sacre theologie professorem fratrem petrum Ransanum siculū eiusdem ordinis; *et in prima pagina folii vi. absolvuntur. Post vacuam plagulam* Tabula *duplex incipit, quae secundum comprehendit fasciculum ; in tertio autem statim* Divini verbi preconis et predicatoris ac sacrarū littera4 interpretis et p'fessoris subtilissimi sancti Vincentij confessoris de valentia ordinis divi predicato4 Sermones fructuosissimi hyemales de tempore Incipiunt feliciter. *Ad calcem* Sermonis in Sabbato Sancto, *haec impressit Typographus*: Divini v̄bi p'cōis et p'dicatoris: sacreq3 theo'. p'fessoris eximii sctī Vincētij ofessoris divi ordīs p'dicato4 s'mōes validissimi tp'is hyemal' Finiūt. Venetijs p' Jacobū d' Leucho Impēsis v̄o Lazari d' Soardis die xxv. Julii 1496. Cōcessum est eidem Lazaro ab Illus.[mo] Senatu veneto ne cuiq' hūc lib4 liceat imprimē intra eorum dn̄ium sub pena ut in gr'a etc. Laus Deo Finis. *Ultima pagina continet* Registrum prime partis sancti Vincentij.

—— Secunda pars, *sive* Aestiva. *Prior pagina non differt ab illa quae est in editione praecedenti, nisi quod* estivalis *excuditur, ubi* hyemalis *in illa legitur; se-*

cunda Epistolam Nuncupatoriam habet, qua B. basselt Joanni Nicolai Verensis (*sic*) sacrarum artium theologicarum professori Salutem plurimam dicit. *Tabula duplex incipit in folio secundo recto, et in decimo averso absolvitur; in sequenti autem pagina* Divini verbi preconis interpretis et p'fessoris subtilissimi Sancti Vincentij Ferrerij de regno arragonie (*sic*), convẽtus Valẽtie divi predicatorũ ordinis sermones uberrimi estivales de tempore incipiunt feliciter. *Absoluto quinto Sermone post festum SS. Trinitatis, qui ultimus est voluminis, Typographus hanc impressit notitiam:* Sermones sancti Vincentii illuminatissimi sacre theologie professoris acutissimi fratris divi ordinis predicato4 temporis estivalis finiunt feliciter. Venetiis per Jacobũ de Leucho. Impensis vero Lazari de soardis die xxvi. Septembris 1496. Cum privilegio ne q's audeat hoc opus imprimere citra decem annos sub pena in eodẽ contenta etc. etc. Laus Deo. FINIS. *In postrema pagina occurrit* Registrum secunde partis santi Vincentij.

—— Tertia pars, *sive* Sermones de Sanctis. *Icon* S. Vincentii, *ut in duobus voluminibus descriptis, in priori pagina occurrit, verbaque eidem subjecta sunt:* Sermones sancti Vincentij fratris ordinis predicatorum de sanctis. *Tabulae a secundo folio ad sextum inclusive progrediuntur; in septimo recto imprimitur* Registrum tertiae partis sancti Vincentii, *nil vero in pagina aversa. In prima pagina secundi fasciculi, quae statim adcedit,* Divini verbi preconis et predicatoris ac sacrarum litterarum interpretis et professoris subtilissimi sancti Vincentij confessoris de valentia ordinis divi predicatorum sermones uberrimi de sanctis per totius anni circulum incipiunt feliciter. *Desinit opus cum sermone in festo* S. Chatarinae, *et huic subnexuit Typotheta sequentia verba:* Venetijs per Jacobum de Leucho. Impensis vero Lazari de Soardis die. xij. novẽbris M. cccexcvj. Concessum est eidem Lazaro ab Illustrissimo Senatu veneto: ne cuiq3 hunc librum liceat imprimere intra eorum dominium sub pena ut in gratia etc. etc. Laus Deo. *In sequenti pagina tria haec extant Epigrammata:*

Lector ad beatum Vincentium.

Nunc tua vincenti sacri monumenta laboris
  In parvo poterunt codice multa legi.
Hinc totum facili ductu peragraveris orbem
  Et poterit cuivis non gravis esse comes.
Hoc tibi sancte dedit en lazarus ille soardus
  Qui solus patrium nomen in astra gerit.
Funde preces igitur: ut qui tibi tanta ministrat
  Possit in eterni regna venire patris.

Ad lectorem.

Vincenti sacros si cupis libellos
Quos sancto cudit flamine coactus:
Lazarum pete quem dicunt soardum

P. Virgilii Maronis Partheniae Mantuani Buccolicon
Liber ad G. Asinium Pollionem cōsulari dignitate
fulgentem.
Aegloga prima dicta Tityrus.
Collocutores Meliboeus. Tityrus.

In folio XII. *averso, linea* XIII. *desinit opus* Bucolicon, *et* Georgicon *incipit, cujus libris argumenta praefiguntur eadem, quae in editione praecedenti vidimus; Argumento, sive Tetrasticho praeit titulus:* Argumentum in primum librum Georgicon P. Virgilii maronis. *Verba vero hujusmodi Virgilii carminibus praeeunt:* P. Virgilii Maronis Georgicon liber primus ad Mecoenatem. *Libris singulis, ut in praecedenti editione, praecedit Tetrastichon. Terminantur isti libri in secunda pagina folii* XLII., *versu* XXV.; *et protinus impressum legitur verbum* FINIS.

In folio parvo.. X. H. 3.

Elegantissima est hujus operis editio, sive typus, qui Romanus, ac nitidus; sive charta, quae alba admodum, ac firma, sive denique marginum amplitudo spectetur. Folia signata conspiciuntur litteris, et Arabicis notis ab *ae.* usque ad *e2*; custodes tamen, et foliorum numeri in ipsis desiderantur. Pro initialibus spatia reliquit Typographus, qui versuum priores litteras ab aliis certo intervallo separavit. Interpunctionis signa observantur punctum, duo puncta, et interrogationis signum. Quaevis pagina integra impressa, titulo aut Argumento non interrupta, exhibet 37. versus. Nulla inest notitia typographica, et cuinam Excusori, cuique anno sit praesens editio adscribenda, facile non est definire. Forsan ea tantummodo pars omnium *Virgilii* operum est, quae *Antonius Zarotus Mediolani* evulgavit anno 1482. cujus descriptio tradita a *Maittairo pag. 435.* et a *Saxio pag. 577.* adamussim convenit huic nostrae editioni. Opinionem nostram magis obfirmant similitudo characterum, et forma impressionis, quae eadem prorsus adparent in aliis hujusmodi Typographi editionibus, quas ad manus habemus.

—— Alia editio *cum* Commentariis Servi Mauri Honorati *in* Bucolica, Georgica, *et* Aeneidem. *In folio primo* MARONIS VITA *incipit, quae desinit in folio quarto recto; eodemque averso* Servii *Prooemium excuditur in* Bucolica, *verbis subjectum*: SERVII MAURI HONORATI GRAMMATICI IN BUCOLICA MARONIS COMMENTARIORUM LIBER. *Sequens pagina Operis, et Commentarii initium refert. Priori* Eclogae *titulus hic praefigitur:* P. VIRGILII MARONIS BUCOLICA. AEGLOGA PRIMA INTERLOCUTORES MELIBOEUS ET TITYRUS AMICI. *Libris* Georgicon *Tetrasticha sub* Ovidii *nomine pro Argumentis occurrunt. Monosticha* Basilii *primo* Aeneidos *libro, et argumenta, quae* Modestino *tribui solent, praefixa sunt, sed nullum praeseferunt Auctoris nomen. Ad calcem XII. libri* Aeneidos *extat liber XIII.* Maphaei Vegii, *sed absque nomine; quo absoluto sequuntur eadem carmina, quae in editione primo loco notata vidimus; tum nonnulla ad* Virgilii *laudes, et opera spectanctia; tum* Virgilio, *aliisque tributa; sed diverso ordine digesta.* P. V. MARONIS Moretum *postremum locum habet, et desinit ad lineam* XXXI. *primae paginae ultimi folii; et protinus Typographus addidit:* Omnia haec Volumina: Quae Virgilius Maro Vates Eminentissimus Composuit Vna cum Servii Honorati Grammatici Commentariis Ac Eiusdem Poetae Vita Mira Quadam Arte Ac

Diligentia Impressa Sunt Venetiis Per Jacobum Rubeum Natione Gallicum. Anno Domini. M. CCCC. LXXV. Mense Januarii. Petro Mozanigo (sic) Inclito Duce Venetiarum. *In secunda pagina extat* Tabula Libro4 qui In Hoc Voluē Cōtinēt⁹. In folio.. X. H. 1.

Prima est hujus operis editio, cum *Commentariis Servii Honorati*. Typus rotundus in textu non inelegans et major est altero rotundo pariter Commentariorum; et in lineas 45. tributus paginam integram format, quum alter lineas 65. adimpleat. Margines, ubi nullum extat Commentarium, latissimi supersunt, in quibus nec signaturas, nec reclamantes, nec paginarum numeros impressit Excusor. Initiales spatiis insertae fuere a Miniculario, quum antea desiderarentur.

—— Alia editio, *cum quinque Commentis, scilicet* Servii Mauri Honorati, Christophori Landini, Antonii Mancinelli in Bucolica, et Georgica: *Item eorundem* Servii, Landini, *et* Donati in Aeneida; Domitii Calderini in Coppam, Carmen de Rosis, Culicem, *et* Diras. *Exemplar nostrum habet in principio tria folia, quae continent* Christophori Landini florentini in P. Vergilii interpretationes prooemium ad Petrum medicum (sic) magni Laurentii filium, *quae signata conspiciuntur Aa — iii = Aa — iiii; et utrum a Compactore sint ex errore in hoc volumine suta, vel Excusoris negligentia fuerint hoc pacto signata, haud definire valeo. Extranea tamen ab editione minime adparent, cum sint iisdem characteribus impressa, et* Christophori Landini Prooemium *contineant in interpretationes Virgilianas; nec aliquid in corpore voluminis deesse, deprehendi. Quum igitur illa adsint, non negligendum esse arbitrati sumus ea hic recensere. In folio quarto incipit* MARONIS VITA, *quam excipit in folio sexto* Tabula Vocabulorum secundum ordinem alfabeti. *In sequenti folio signato in ora superioris marginis numero I, in inferiori vero littera A, incipit* Bucolicorum Aegloga Prima, *quae verba rubro colore excusa cernuntur. Rubris etiam litteris extat impressus sequens titulus.* Pu. Virgilii Maronis Mantuani Vatis Opera cū cōmētariis Servii Mauri Honorati Grāmatici· Aelii Donati: Christophori Landini: Antonii Mancinelli: et Domitii Chaldesini (sic). Argumentū aeglogae primae q̄ Tityrus dicit⁹. *Folio 33. incipiunt* Georgicorum libri, *quibus praeter versus sub nomine* Ovidii, *alii praecedunt pro argumentis*, Antonii Mancinelli. *Ad calcem* Georgicorum: P. Virgilii Maronis Bucolicorum ac Georgico4 libri cum Comentariis Servii Mauri honesti grammatici Christophori Landini et Antonii Mancinelli Venetiis per Philippum Pintium Impressi Anno īcarnationis Domini. M. cccc. xci. die xxviii. decembris. *Folio* 122. Christophori Landini Florentini ad Petrum medicem Laurentii filium in P. Virgilii interpraetationes prooemium incipit foeliciter. *Hoc absoluto in sequenti folio recto, protinus adcedit* SERVII Mauri Honorati grammatici in P. Virgilii Maronis aeneidē cōmentario4 Liber primus. Aeneidos *libris, illa anonyma Monosticha, quae* Modestino *tribui solent, et* Basilii *consueta Monosticha etiam praeeunt; nec non versus:* Ille ego etc. etc. *veluti Prooemium Virgilianum operi immediate praefiguntur. Ad calcem trium operum principum* Virgilii *extat Supplementum* Maphaei Vegii, *quod Auctoris nomine hoc pacto insignitur:* Maphaei Vegii Laudensis Poetae Clarissimi Liber Tertiusdecimvs Additus

Duodecim Aeneidos libros. *Post* Supplementum Vegii, *accedunt carmina in* Priamum; *exinde* Domitii Calderini Commentaria in Elegiam in obitu Moecenatis, in Coppam, Est et non est, Virum bonum, Rosas, Culicem, Diras, Aetnam, et Cirim. *Ad calcem* Moreti *extat* Tabula librorum qui in hoc volumine continentur: *cui subnectuntur* Registrum, *et sequens nota typographica:* Impressum Venetiis Anno Domini M CCCC XCII Die Decimo Octobris.
In folio .... X. H. 2.

Character in Commentariis rotundus acque ac in textu, sed minoris formae, in lineas 65. divisus fuit a Typographo unius paginae implendae gratia; initiales modo spatiis indicantur, modo suppletae parvis litteris visuntur. Reclamantes prorsus omissi fuere; signaturae in antica facie plagularum marginibus inferioribus pro more insculptae seriem comprehendunt *a V* et A—V, quibus numeri Romani adsociati fuere. Numeri foliorum Arabici conspiciuntur ab *1.—268.* exinde *cclxix ad ccclxvi.*

—— Bucolica, *et* Georgica, *cum* Commentariis Antonii Mancinelli. *Leguntur in primo folio averso duo Epigrammata in laudem* Mancinelli, *quorum alterum scripsit*

Pomponius Laetus Lectori

Lumine Pompeius valuit: nec luscio vultum
Offendit. spirat Cynnama rara Pedo.
Sergius abstersit nunq̄ pudibunda. Canoro
Anseris insonuit dulcius ore nihil.
Rectius incedit Varus: gressuq3 decenti
Actius. et sano pectore brutus erat.
Sic Mancinellus linguae cerebriq3 manusq3
Exponit quotiens dexteritate valet.
Quare igitur titulos non admirabere Lector
Ipsa tibi faciet Lectio tota fidem.

Alterum

Hieronymus Maserius Foroliviensis.

Si pastor quiqum3 greges armentaq3 pascit
Si solidam quisquam versat arator humum
Si bacchum flavaeq3 colit qui dona minervae
Mellaq3 mantoi carmine vatis eget
Si quaecumq3 licet latiis didicisse camenis
His tribuit magnam musa Maronis opem
Qui leget intentus nova Cōmentaria dicet
Nunc demum est lecto laeta Marone seges
Volvit Aristarchum magni studiosus Homeri
Quem relegas et tu cui Maro gratus habes.

In sequenti folio recto occurrit Epistola, cujus inscriptio: ANTONIUS MANCINELLUS VELITERNVS URSO URSINO HEROI Clarissimo: Pontifici Thean:

ac Gymnasii almae Urbis Rectori. *Data* Romae tertio Idus Octobris. M. CCCC. XC. *Infra hanc Epistolam recensentur Auctores, quorum testimonia in Commentariis citantur. Eodem folio averso incipit* Vocum ac Rerum Index, *qui quatuor integra fere folia occupat. Initium sumit opus in folio septimo recto a titulo:* ANT. MANCINELLI VELITERNI COMMENTARIUS IN BUCOLICA MARONIS. *In postica pagina folii xxx. extat* FINIS BUCOLICON, *et in sequenti folio occurrunt eiusdem* ANTONII MANCINELLI COMMENTARIUS PRIMUS in Georgica Maronis. De Laudibus Agriculturae = De Agriculturae Scriptoribus = Quae sint Agricolis necessaria: Deq3 Maronis Georgicis = De Mecenate = De Exordio = De Propositione totius operis. *His omnibus folio xxxii. recto absolutis, in aversa facie incipiunt* P. Virgilii Maronis Georgicon Liber primus: Ad Mecenatem, *et* Mancinelli Commentaria, *quae textum circumdant. In prima folii cii. pagina desinit opus, et protinus habetur sequens Epigramma.*

Andreas Flavius Cutylianensis

Musa diu vatis non intellecta Maronis
Delituit: multis exagitata viris.
Sensibus accessit facilis sententia duris:
Quae dubios aperit; non reprimenda: locos.
Quos Mancinellus musis insignis amicus
Explicuit cunctos: testibus usq3 suis.
Teq3 tuosq3 greges pascentem tityre novit
Sulcavitq3 ignes improbe galle tuos.
Telluris varios cultus et sidera coeli
Et bacchi foetus Palladiasq3 comas:
Et te magna pales: saltus: armenta: gregesq3
Extulit et mirae sedulitatis apes.

Post laudatum Epigramma occurrit Register, *exinde legitur:* Impressum est Opus Romae summa diligentia per Eucharium Silber alias Franck: absolutumq3 die vicesima Octobris Anno Domini. M. cccc. xc.
In folio.. X. A. 31.

Textus impressus cernitur charactere Romano elegantiori: Commentaria vero parvo typo, etiam Romano, sed minus eleganti. Excusor omisit reclamantes, et numeros plagularum, quas signavit litteris, et Romanis notis; et pro initialibus parva elementa impressit.

—— Commentaria Pomponii Laeti in Virgilii opera, *sine textu. Vide in Append. Art.* Laeti.

—— Commentaria Domitii Calderini in quaedam Virgilii opuscula, *sine textu. Vide in Append. Art.* Calderini.

—— Bucolica, *italicis versibus expressa a* Bernardo Pulcio; *adcedunt,* Eclogae *eiusdem* Bernardi, Francisci de Artochis, Hieronymi Benivenii, *et* Jacobi Florini Boninsegnii. *Accuratam huiusmodi rarissimae, elegantissimaeque*

editionis descriptionem hic tradere, non abs re erit. In prima pagina occurrit

PREFATIONE DI BERNARDO PUL-
CI NELLA BUCOLICA DI VIRGILIO.

Desinit in antica pagina folii tertii ad lineam xx., eique subditur Prohemio di Bernardo Pulci nella bucolica di Virgilio traducta di latino in vulgare a Laurentio demedici giovane prestantissimo Leggi felicemente. *Absolvitur in quinto folio recto, eidemque averso imprimitur* Argomento nella prima egloga della bucolica di Virgilio, *uti et in aliis scribitur semper prorsa oratione. Incipit in sexto folio recto* Prima egloga della bucolica di Virgilio p̄. B. pulci dilatino in vulgare traducta: *Tristichis rhythmicis non tam haec versio* Bucolicorum, *quam alia ut plurimum huius collectionis carmina exprimuntur. Absolvitur ultima* Ecloga Virgiliana *ad lineam* XIII. *folii aversi* XXXVII. *hac conclusione:*

Fine della decima et ultima eglo
ga della Bucolica di Virgilio in
terpretata di latino in vulgare per
Bernardo Pulci a Lorenzo de me
dici.

Adcedit in folio XXXVIII. Elegia di Bernardo pulci a Lorenzo de medici per la morte di Cosimo. *Item alia ejusdem in folio* XLII *cum titulo latino;* Bernardus pulcius florentinus de obitu divae Simonettae ad Iulianum medicē; *nec non in folio xlvi, vulgo Sonetto, cum titulo pariter latino, nempe:* Diva Simonecta ad Julianum medicem. *Post vacuam paginam in folio* XLVII. Francisci de artochis senensis carmen bucolicum Egloga prima incipit. *Post quatuor* Artochi Eclogas, *quae desinunt in folio* LVIII. *recto, in eodem averso incipiunt* Eclogae Benivenii, *sed praecedit his Prooemium cum epigraphe:*

ALLO ILLUSTRE SIGNORE JVLIO
CESARE DA VARANO SIGNORE
DI CAMERINO HIERONIMO BENI
VIENI.
SALVTE.

Hoc desinit ad lineam XIV. *folii aversi lx. exinde verba huiusmodi priori* Eclogae *praefiguntur in folio* LXI. *recto*

BUCCOLICA DI HIERONYMO BENI-
VIENI FIORENTINO ALLO ILLU-
STRE SIGNORE JVLIO CESARE
DA VARANO SIGNORE DI CAME
RINO

94

AEGLOGA PRIMA
INTERLOCVTORI
MOELIBEO ET PHILENO
VARO

Ad calcem ECLOGAE *VIII. post lineam IV. folii aversi lxxxix. legitur:*

FINE DELLA BVCCOLICA ET OCTA
VA ET VLTIMA AEGLOGA DI HIE
RONYMO BENIVIFNI (sic) FIORENTINO
ALLO ILLUSTRE SIGNORE JVLIO CE
SARE DA VARANO SIGNORE DI CA
MERINO.

In folio sequenti Epistola Jacobi *Florini*, Eclogis *praeit, eique imminet titulus:*

EPISTOLA AD LO ILLVSTRISSIMO
DVCE DI CALABRIA CON LE QVA
TTRO SEQVENTI AEGLOGE COM
POSTE PER JACOPO FIORINO DE
BONINSEGNI DA SIENA MANDATE
ADI III. DAPRILE. M. CCCCLXVIII.

Haec vero Epistola desinit sub finem aversae paginae, et protinus incipit:

BVCOLICA DI JACOPO FIORINO AE
GLOGA PRIMA TITVLO LA PERSA
AGNELLA CONLOCVTORI HYA
CINTO ARINGO ET MARTIO

Praeter quatuor Eclogas, *alia ejusdem occurrit in folio cxiii. eique praefigitur Epistola Nuncupatoria, cum epigraphe:*

EPISTOLA MANDATA AL MAGNI
FICO LAVRENTIO DE MEDICI CON
LA SEQVENTE AEGLOGA FACTE (sic)
PER LO PREFATO JACOPO FIORI
NO DE BONINSEGNI SENESE A DI
XXIIII. DI DECEMBRE M. CCCC. LXX.
XI. AL TEMPO DE LA INIVSTISSIMA
SVA REBELLIONE DA LA PATRIA.

Desinit Ecloga *in linea xiii. folii aversi cxxxiii. his verbis:*

FINE DE LA BUCCOLICA DI JACO
PO FIORINO DE BONINSEGNI DA
SIENA
Impressum Florentiae per me Antonium
Bartholomei Miscomini. A. D. M. CCCCL.
XXXI. Die ultimo februarii feliciter.

In 4.° parvo .... XII. A. 70.

Solertissimus Typographus hujusmodi venustae editionis usus est charactere rotundo, ac nitidissimo, quo implevit 24. lineas in unaquaque integra communi pagina. Ipse vero cudit initiales litteras parvis formis, nec aliquem reclamantem, aut foliorum numerum expressit. Signaturas adposuit, sed in hoc nostro exemplari incuriosus ille, qui praelo folia supposuit, formas quasdam paginarum confuso ordine conlocavit, et signaturarum sphalma reliquit in fasciculo littera *P.* signato. Haec est igitur artificis sphalmatum series.
P. i. averso imprimitur pagina folii *P. 7.* aversi.
P. ii. recto imprimitur pagina folii *P. 8.* recti, et omittitur signatura in margine.
P. 7. averso imprimitur pagina folii *P. i.* aversi.
P. 8. recto imprimitur pagina folii *P. ii.* recti, et signatura *P. ii.* in margine exprimitur.

VIRIDIANI. Epistola ad Senatum Romanum. *Extat cum Epistolis* Q. Curtii, *pluries citatis. Vide* Curtii.

VISDOMINI ANTONII MARIAE. Miscella poëtica. *Titulus legitur impressus majoribus gallo-francis litteris in prima voluminis pagina, nempe :* Miscella Antoniimariae visdomini. *Duo sequentia folia continent duas Epistolas, quarum prima inscriptionem habet:* Ad Reverendissimum Prothonotarium dominum Antonium Galeacium Bentivolum vetustissimi Bononiensis studij. Archidiaconum dignissimum Antonij Mariae Visdomini Epistola. *Data* Ex urbe Bononia patria tua Calendis Novembris. Mccccl xxxxij. *Altera*, Ad eumdem. Miscella poëtica *incipit in quarto folio recto a carmine elegiaco* De reditu Illustrissimi Principis Domini Johãnis Bentivoli. *In antica facie folii lii.* Explicit miscella Antonijmariae Visdomini : qui orat te o candide lector ut veniam (sibi prestes) si in ea quid minus politum vel erratum inveneris recordare enim omnes nos non omnia posse : et bonum quandoq; homerum domitare (sic). *In postica vero* Errata nimia impressoris celeritate annotantur etc. etc. *His subnectuntur* REGISTRUM, *et sequens notitia typographica :* Bononiae impressum accuratissime per Platonem de Benedictis Anno domini. M. cccc. lxxxxij. Regnante inclito principe Johanne Bentivolo secundo pacis et concordiae auctore.
In 4° .... XII. A. 44.

Hanc editionem, parum obviam, primus inter Bibliographos retulit *Leichius* in suo *Supplemento Maittairiano pag. 134.* Excusa est typo gallo-franco minuto quidem, sed nitido, et luculento, qui complet paginas integras lineis 40. Neglexit Typotheta reclamantes, et foliorum numeros, haud vero signaturas, quas in primo tantum fasciculo expressit cruce sociata Arabicis numeris; caeteris vero litteras, et eosdem numeros adposuit.

—— Exemplar alterum .... X. B. 62.

—— Traduzione della Regola di S. Hieronymo per le Sore. *Vide* S. Hieronymi.

VITA S. AUGUSTINI. *Vide in Append.* Augustinus, *et in Tom. 1. pag. 215. Art.* Cora Ambrosii de.

VITA S. BENEDICTI ABBATIS. *Vide* Regula S. Benedicti.

VITA DI S. CATARINA DI SIENA. *Vide* S. Catarina.

VITA DI S. GIOVANNI DA CAPISTRANO. *Praemittitur Prooemium, cui imminet titulus :* Nel nome del nostro segnore iesu christo incomenza la vita del glorioso beato Giovanne da Capistrano. *Desinit in aversa pagina, et in folio sequenti habetur Tabula duodecim Capitum, quibus opus conflatur, quam excipit in aversa pagina Epistola sic inscripta :* Al suo theophilo dice optata salute Deodato. *Post Epistolam laudatam, quae terminatur ad lineam xx. aversi folii quarti, incipit in folio quinto* Responsione de Theophilo al suo familiare Deodato, *quae absolvitur in prima pagina folii sexti, ad lineam xi. eique subditur carmen elegiacum tristichis rhythmicis italicis expressum in laudem* Sancti Johannis, *quod desinit verbo* FINIS *in secunda pagina folii sexti. Initium operis in folio septimo hoc pacto habetur :* Como el beato Giouane (sic) cōuersaua nel mondo fra mōdani. Capitulo primo; *ejusque finis ad lineam xi. secundae paginae folii cxxiii. Exinde legitur :* Morto e il glorioso beato Gioanne Capistrano adi vintetre de octobre. Mcccclvi. ne la cita de Huylach del Signor Nicolao. Finis Amen. *In sequenti pagina haec verba continentur :* O voi periti et anche voi no docti che legereti over ascoltareti la nobile et devota opera gia de latino molto elegante componuda (sic) : et doppo in lingua vulgare reducta per consolatione deli devoti christiani : Veramente et senza dubio alchuno remanereti tuti (sic) lieti et contenti ne li animi vostri per la intelligentia et cognitione de la mirabile vita : excellentissimi facti : et stupendissimi miraculi del glorioso padre beato Gioanne da Capistrano : como nela presente opra se contiene : non mancho quanto altra vulgare opra se potesse per consolatione legere et audire : la quale e stata impressa nela inclita citade de Como nel anno dil Signore. M.ccccLxxviiii. adi Venere xvi. de Aprile FINIS. LAUS DEO. *Post albam paginam occurrit ultimum folium, quod est cxxv. Registrum, cum epigraphe :* Questo e lo registro de tuta lopra. *In calce :* FINIS.
In 4.° .... XIII. B. 10.

Editio eximiae raritatis, et una est ex paucissimis libris saeculo xv. *Novocomi* impressis. De ejus tamen existentia dubitat *Mercier pag. 73.* ob silentium *Saxii*, qui eam haud recensuit *in Catal. Edit. xv. Saec. Mediol. Typograph.* Deest nomen Typographi, sed fortasse exarata fuerit in officina *Ambrosii de Orco*, et *Dionysii de Paravisino*, qui ea aetate *Novocomi* imprimendis libris operam dabant, ut laudatus *Saxius* innuit *pag. xci.* et *ci. Hist. Typographica-litter. Mediol.* Typi rotundi elegantes lineas modo plures, modo pauciores complectuntur in paginis; sed in pagina quae perfecta, et integra est, 24. numeravi. Plurimum commendare debemus chartae albedinem, et spissitatem, nec non latos margines, qui numeratione foliorum in ora superiori, signaturis, et custodibus in inferiori penitus destituuntur; initiales vero parvis elementis enunciantur. Auctorem

hujusmodi operis nonnulli suspicati sunt fuisse quemdam *Theophilum*, cujus Epistola occurrit in principio voluminis; ast *Waddingus Annal. Minor. Tom. ix. pag. 67. Edit. Rom. ann. 1734.* qui hanc refert editionem, aperte dicit ipsum esse Anonymum.

VITA S. GUARINI CARDINALIS. *Vide in App. Art.* S. Augustini.

VITA S. HIERONYMI. *Vide* S. Hieronymi.

VITA JESU CHRISTI, VIRGINIS MARIAE, *et* S. JOHANNIS BAPTISTAE *italice. Prima pagina est vacua, et in secunda incipit* Tavola de quelle cose che se conteneno in la vita del nostro signore messer yesu christo e de la sua gloriosa madre vergine madōna sancta Maria. *Desinit in prima pagina folii quarti, et in postica facie incipit* Prologo divoto nel libro seguēte de la vita de la gloriosa v̄gene Maria d᷒ li miraculi fato (sic) per lei ea (sic) soi divoti. *Post praefationem, quae terminatur in aversa pagina folii quinti, legitur Italicum Epigramma xx. versuum; exinde opus in sequenti folio sexto initium sumit, et est divisum tribus libris. Post librum primum* comēzā una devotissima oratiōe de la gloriosa v̄zene Maria. La qual cōposse uno homo scō et molto devoto de la dite v̄zene Maria, *quae terminatur in linea xxvi. secundae paginae folii xxxv. Exinde in eadem pagina:* Qui comēza el secūdo libro che trata d᷒ la vita d᷒ scō zoāne battista. *In folio lxxxiii. recto legitur post lineam xxvi.* Qui finisse la vita de la p̄ciosa v̄zene maria e del suo unico fiolo Jesu christo benedecto in venetia per Maistro pietro cremōese dicto veronese nel anno de la salute: M. cccc. lxxxvi. adi i8. d᷒ marzo. DEO GRATIAS. AMEN. *Sequitur* Registrum.
In 4.° .... XIII. D. 40.

Opus admodum infrequens, et rarum, tantummodo notatum a *Maittairo pag. 481.* Ejus character est gallo-francus, et quidem duplex; majusculus nempe, et minusculus, quem Typographus temere adhibuit in componendis paginis, ita ut earum numerus linearum incertus, et varius sit, quod non minima molestia afficit legentium oculos. Charta insuper est fusca, et minime levigata, ejusque margines signati conspiciuntur litteris, Arabicisque numeris. Initiales typo unciali exprimuntur, sed princeps operis auro, et coloribus variis decorata cernitur.

VITA S. JOSEPHI. *Extat cum versione* Bibliorum Nicolai Malermii. *Vide* Biblia.

VITA DI LAZARO, MARTA, e MADDALENA. *In primae paginae fronte legitur:* Incomincia ellibro di Lazaro et Marta et Magdalena. *Tabella lignea his subest, quae* Lazari *resurrectionem repraesentat. In secundo folio recto inscriptio operi praefigitur:* Nel nome della sanctissima trinitade. Incomincia la miracolosa leggenda delle dilecte spose et care hospite di christo Martha et Magdalena. *Ad lineam xvii. folii recti lxiii. Rhythmus Italicus in laudem* S. Marthae, *et oratio ad eamdem extant, quae absolvuntur in prima pagina folii lxiv. verbo*, Finis.
In 4.° .... XIII. D. 14.

Editio, uti adparet est, Florentina, carens custodibus, et foliorum numeris; habet tamen folia signata elementis, cum Arabicis numeris. Ejus typus rotundus est, qui lineas 34. occupat in paginis; et initiales gallo-francae sunt.

VITA S. MONICAE. *Vide* Lulmei Pauli.

VITA S. PANTHALEONIS MARTHYRIS. *Vide* Crema Augustini de.

VITA DI S. PETRONIO, *lepidissima vernacula lingua Bononiensi conscripta; ejusque specimen videre est in praefatiuncula, primo folio recto impressa, quam hic referre libet:* Dilectissimi et Amantissimi In xp̄o Jh'u. Essendo per venuta questa opperetta Ale mane de mi Herculesse za figliolo de lo eximio doctore de luna e laltra legie misser Zohāne di zanni Notario e Cittadin Bolognese. Et parendomi esser cossa de Grande importātia degno de ogne laude e sāctitade me parso fare stāparla. Acio che divulgato sia a ogni homo fidel christiano. La vita li meriti del nostro padre glorioso Sancto petronio. Eparēdomi utiliss'ma ale aīe di Zaschuno maximo acoloro che āno indevotione el ditto glorioso Sācto e patrū di questa Inclita cittade di. Bologna. E coloro che nū havesino devotiōe siia casone farcielia havere. E acrescere e multiplicare nel conspecto de tutte le persone perche in essa silicontiene tutta la vita sua dal nascimento fino alamorte. Amen. *Opusculum incipit in aversa pagina, et desinit ad lineam* XIII. *folii aversi* XVIII. *cui additur verbum* FINIS. *Sequitur protinus Index Indulgentiarum, huic titulo subiectus:* Infrascripte sono le perdonāze ch' eno ali altari é luochi del monastiero de sancto Stephano d' bologna al quale e dicto Jerusalē in liquali eno molto reliquie e cose de sancti che sono casoni de le infrascritte perdonance à quilli che eno veramente confessi e contriti che vanno per la dicta ghiesia visitādo quilli altri e luochi. *Terminatur in folio averso* XIX. *et post verba* Deo gratias, *legitur:* Impsso Imbologna p̄ Justiniāo da rubera.
In 8.° .... XIII. B. 45.

Sine nota chronologica. Praesens opusculum rarissimum, et fere incognitum, quod fuit in Bibliotheca illustris *Melchior Delfici*, cuique idem Possessor inscripsit haec verba: *Nella pag. 170, a t. dell' opera di Niccolò Bursio intitolata* BONONIA ILLUSTRATA, *si parla d' un tale* GIOVANNI DE ROGAZONIBUS, *qui historiam divi Petronii, Gesta Bentivolorum, et Vitam Sabinensis Cardinalis edidit, Non pare però che possa essere l' Autore di queste sante lepidezze.* Deest anni nota, attamen *Justinianus de Rubera*, coepit *Bononiae*, imprimere anno *1495*, in eaque urbe ad annum usque *1500.* artem suam exercere perrexit, uti ex libris, suis locis recensitis, liquet, Est charactere gallo-franco impressa, in charta non satis alba; et in qualibet pagina perfecta lineae 35. numerantur. Volumen signatur litteris minusculis, quae pertingant usque ad *e.*; desunt tamen foliorum numeratio, et reclamantes. Prima initialis littera xylographica, caeterae sunt parva elementa.

VITA SS. TRIUM REGUM MAGORUM. *Vide Tom.* II. *pag.* 62. *Art.* Magorum.

VITAE SS. PATRUM. *Primum folium est vacuum, et initium Tabulae in secundo recto incipit a Prooemio, in quo de hujus operis divisione in quatuor partes agitur; idque folio nono averso absolvitur. Decimo itaque recto* Incipit prologus sancti Hieronymi cardinalis presbyteri: in libros Vitas patrum sanctorum Egyptiorum etiam eorum qui ī Scithia Thebaida atq3 Mesopotamia morati sunt: non solum quos oculis vidit: maximoq3 labore conspexit: verum

et q: plura a fide dignis relata conscripsit notabili diligentia. Denique aliorum etiam autenticorum libellos fideliter e greco ĩ latinum transtulit: et ab aliis translata pro sui perfectione huic operi inseruit. *Prima pars operis, historias continet; secunda libellos et doctrinalia; tertia regularis observantiae refert exempla; quarta de laude, et effectu virtutis agit. Typographica nota ad calcem hujusmodi extat:* Impressum Venetijs per Octavianũ Scotũ Modoetiensem sextodecimo Kalẽdas Martij. M. cccc. lxxxiij. Joanne Mocenico Inclyto Venetia4 Duce.
In 4.° parvo .... XIX. F. 1.

Etsi communiter in omnibus editionibus collectio ista *Vitarum SS. Patrum* exhibeat Auctorem *S. Hieronymum*, tamen credibilius est, *Ruffinum Aquilejensem* potius, ex auditu *S. Petronii Bononiensis*, vitas has collegisse, vel saltem *Latio* donasse; aliquas tamen Auctorem, vel Traductorem habere *S. Hieronymum* non diffitemur. Paginae in duas columnas distinctae cernuntur, impressae charactere gallo-franco crassiori. Nullus antecedit paginis custos, quo filum orationis conjungatur; plagulae tamen indicio numerationis, nec non signaturarum facile compingi possunt. Initiales pingendas quadratis spatiis innuit Typographus, qui operis partes per inscriptiones marginibus superioribus excusas demonstravit.

—— Exemplar alterum .... XIX. F. 2.
—— Exemplar tertium .... XIX. F. 3.
—— Exemplar quartum .... XIX. F. 4.
—— Exemplar quintum .... XIX. F. 5.
—— Exemplar sextum .... XIX. F. 6.
—— *Idem Opus Italice, sed quarta pars tantum, nec aliquid operi deesse adparet ex Praefatione in primo folio excusa, cui imminet is titulus:* IN COMENZA LO QVARTO LIBRO DELLA VITA DI SANCTI PADRI. *Laudata Praefatio desinit ad lineam XII. secundae columnae ejusdem paginae, et protinus incipit Index capitum, qui tria occupat folia; tertium tamen deest huic nostro exemplari. In summitate primae columnae folii quarti legitur sequens titulus:* PROEMIO DELLA INFRASCRIPTA OPERA ET DI ZACCARIA LO QVALE IMPRESE AD ESSER PIETOSO DAL PATRIARCA CAPITVLO PRIMO. *In folio CIII. averso, ad lineam XXV. secundae columnae*, Expicit (sic) vita santorũ patrum. DEO GRATIAS. *Exinde:* Anno dñi. M. CCCC. LXXIIII. Compresso in santo Vrso ꝑ Leonardo dy Basilea. Duse de Venesia Nicolò Marcello.
In folio parvo .... XIII. C. 9.

Editio oppida rara, et forsan prima hujus operis, licet hoc eodem anno alia fuerit *Ferrariae* evulgata a *Carnerio*; neque nobis definire fas est, quaenam fuerit anterior, et quaenam posterior. Haec nostra recensetur a *Morellio* tantummodo *Tom. IV. pag. 126.* qui recte suspicatur eum esse primum librum *Vicentiae* excusum; nam *Dittamundi* constat lucem adspexisse sub finem decembris. Character Romanus est, et valde pulcher: paginaeque in duas partitae columnas, et cuivis earum summam linearum 37. aptatam fuisse deprehendi: nullum vero conspexi plagularum numerum, signaturam, et custodem, quum margines prorsus vacui sint. Initiales pingendas quadratis spatiis innuit Typographus, quas Miniculator supplevit rubro colore. Non est existimandum hoc volumen continere *SS. PP. Vitas* in quatuor libros partitas, quales vulgo habentur in voluminibus eo titulo praenotatis. Non continet enim nisi selectas quasdam vitas veterum SS. in capitula LXXXI. distributas, quarum priora versantur circa res gestas, et virtutes *S. Joannis Eleemosynarii*, et in ultimo agitur de *S. Patritio*. Stilus purissimus est, et procul dubio ad *Saec. XIV.* pertinet. Desideratur haec editio non modo apud *Paitonum*, sed et in *Specimine Buraffaldii*.

—— Alia editio. *Praemissa est Tabula librorum, et Capitum septem foliis constans. In folio octavo* Incominciano le vite de sancti padri per diversi eloquentissimi doctori vulgarizate. *Ad calcem operis, foliis 259. contenti, legitur:* **Finiscono le vite de Säcti patri: con ogni diligentia impresse da maestro Gabriel di Pietro da Trivisio: in Venetia: ne gli (sic) anni dil signore currente. M.cccc.lxxv. regnante misser Pietro Mozenico principe di venetia.**
In folio parvo.. **XIII. C. 8.**

Character, quo impressum est opus, semi-gallo-francus minusculus, et cum aliquibus abbreviationibus, nihilominus valde venustus cernitur. Quaevis pagina duas exhibet columnas, quae modo integrae sint, continent lineas 46. Charta est firma, alba, et admodum polita. Signaturae, custodes, et plagularum numeratio desiderantur. Litteras initiales, quae aut deerant, aut parvis elementis Typographo expressae sunt, Miniculator colore rubro vel supplevit, vel majores reddidit.

—— Alia editio. *Praeit Tabula septem foliorum, et in folio octavo* Incominciano le vite de sancti padri per diversi eloquentissimi doctori vulgarizate. *In folio cclxvii. recto, prope finem secundae columnae:* Finiscono le vite de säcti patri cū ogni diligētia impresse da maestro Antonio di Bartolomeo da Bologna : in Venetia negli anni del Signore corrente. M. cccc. lxxvi. regnante missere Pietro Mozenico principe di Vinietia (sic).
In folio parvo.. **XIX. I. 11.**

Nitidis, licet exilibus typis excusa haec editio est, in charta satis compacta, et alba, continens in qualibet pagina geminas columnas, quae perficiuntur summa linearum 47. Typographus in amplis marginibus imprimere neglexit reclamantes, signaturas, ac foliorum numeros; et pro initialibus spatia reliquit.

—— Exemplar alterum.............................. **XIII. C. 26-27.**

—— Alia editio. *Primum folium desideratur in nostro exemplari, et cum eo pars Tabulae excidit. In octavo folio opus incipit a Prologo, cui imminet titulus :* Incominciano le vite de sancti padri per diversi eloquentissimi doctori vulgarizate. *Typographica notitia exprimitur hoc pacto ad calcem primae columnae folii recti clviii.* **Explicit vita sanctorum patrū. Hermannus lichtenstein coloniensis probatissimus librarie artis exactor. Impressum Vicentiae āno dñi. M. cccc. lxxix.**
In folio parvo.. **XIII. C. 1.**

Nullum numerationis, et custodum signum hoc in volumine expressum fuisse agnovi. Character gallo-francus duplici columna distinctus in lineas 59. tribuitur pro qualibet columna integra. Signaturae inferioribus marginibus adpositae constant litteris sociatis Arabicis numeris. Initiales spatiis tantum innuit Typographus, quibus pictas, et deauratas Illuminator inseruit. In hisce Italicis versionibus, Pars *I. S. Hieronymo* adscribitur; *II. Eradio; III. Joanni Monacho; IV. Leontio Episcopo Neapoleos in Cypro; V. Theophilo, Sergio, et Elchino*, quibus additur *Pratum Spirituale Joannis Evirati ad Sophronium*, ex latino *Ambrosii Camaldulensis;* Italice redditum a *Feo Belcario;* praeit *Fei* Prologus ad *Eganum Bononiensem Monachum Jesuatum ejusque socios.* De Auctoribus harum vitarum, et quis illas in linguam Italicam transtulerit, consulendi sunt *Paitonus*, et *Mannius.*

Vite de Sancti e Sante. *Vide* De Natalibus, Voragine, et in *Append.* **Mombritii.**

VITA DI S. FRANCESCO, e Suoi Socii. *Vide* S. Francisci.

VITAE ILLUSTRIUM VIRORUM. *Vide* Plutarchi.

VITAE PHILOSOPHORUM. *Vide* Laertii.

—— *Italice. Praecedit operis inscriptio:* INCOMINCIA ELLIBRO DE LA VITA DE PHILOSOPHI. ET. DELLE LORO ELEGANTISSIME. SENTENTIE. EXTRACTO DA LAHERTIO. ET. DA ALTRI: ANTIQVISSIMI AVCTORI. *Opus absolvitur in fine folii lxviii. aversi, et protinus in sequenti folio incipit* TABULA *nominum Philosophorum, quae desinit in folio lxx. recto; et exinde Typographus subjecit hanc editionis notitiam:*

IMPRESSVM HOC OPVSCVLVM MI
RA ARTE ET DILIGENTIA VENETIIS
PER BERNARDINVM CELERIVM
DEL VERE. B. ANNO. S. DO. M. CCCC.
LXXX. DIE IX. DECEMBRIS INCLYTO
DVCE JOANNE MOCENICO.

In 4.° parvo.. XII. B. 70.

Excusor nitori editionis intentus, typos elegit rotundos nitidos, quibus conflavit paginas communes per 26. linearum numerum; ad excudendos vero numeros plagularum, et reclamantes, qui connexionem orationis, et foliorum indicare solent, animum non adpulit. Signaturae *a-i* cum Romanis numeris visuntur, et initiales typis minoribus repraesentantur. Editio prima hujus operis, quam commendat *Paitonus Tom. I. pag. 292-293.*

—— Alia editio. *Titulus praeit operi:*

INCOMINCIA ELLIBRO DELLA VITA
DE PHILOSOPHI ET DELLE LORO
Elegantissime sententie extracto da D. Laher
tio et da altri antiquissimi auctori.

In folio lxviii. incipit TABULA, *in qua nomina philosophorum ordine alphabetico descripta sunt, et terminatur in dimidio folii recti lxix.: et infra habetur sequens subscriptio.* Florentiae impressum ꝑ ser Franciscū de bonaccursiis et Antoniū venetum Anno salutis MCCCC LXXXVIII. Tertio nonas Julii. In 4.° parvo.. XII. A. 38.

Charta albedine spectabilis, et typus rotundus nitidus 27. lineas in paginis complet. Signaturae incipiunt ab *a-i.* et desinunt in *i-iii.* Custodes in marginibus paginarum, aeque ac foliorum numeri, desiderantur; initiales tamen parvis formis descriptae fuere. Haec *editio* refertur pariter a *Paitono* c. l., subjecta hac annotatione: *In questa pura ristampa dell' edizione antecedente* (*Venetae anni* 1480) *omessa dall' Orlandi, e dal Maittaire, il trattato di Seneca è intitolato,* DE REMEDIIS MALORUM FORTUNAE.

VITA JOANNIS BOCCACCII. *Extat ad calcem* Philocoli. *Vide* Boccacii.

VITA C. SVETONII TRANQUILLI, *ex libro VIII.* De Illustribus Scriptoribus, *ejusdem eruta. Extat praefixa operi* Svetonii. *Vide* Svetonii.

VITA FLAVII JOSEPHI. *Extat cum* Josephi *operibus. Vide* Josephi Flavii.

VITA FRANCISCI PETRARCHAE. *Extat praefixa opusculis* Petrarchae. *Vide* Petrarchae.

VITELLESCHII BARPTOLOMAEI Episcopi Cornetani. Epistola ad Aeneam Silvii Picolhomineum. *Extat cum* Aeneae Silvii *Epistolis. Vide* Picolhominei.

VITELLII CORNELII. Observationes in Nicolai Perotti Commentariolum in Prooemium C. Plinii Secundi. *Extant cum laudato* Commentariolo. *Vide* Perotti.

—— Epistola in defensionem Plinii, *et* Domitii Calderini. *Praefigitur titulus:* CORNELII VITELLII CORYTHII IN DEFENsionem Plinii et Domitii Calderini contra Georgium Merulam Alexandrinum ad Hermolaum barbarum omniū disciplinarum scientia praeditum Epistola. *Haec desinit ad lineam XVI. folii recti XLI. et protinus incipit* CORNELII VITELLII CORITHII DE DIERVM Mensium: annorūq3 observatione ad Pyladē brixiensem: graeci: romaniq3 sermonis doctissimū praefatio, *quae absolvitur in postica facie folii XLIX. in linea XXII. verbo*, Vale. *In prima pagina sequentis folii:* Hic notant' quae ab impressoribus praetermissa sunt.
In 4.° parvo.. VIII. B. 25.

Nulla notitia typographica inest huic editioni, quam *Maittairus Ind. II. pag. 332. et Panzer Tom. IV. pag. 209.* referunt ad annum 1488. Memoratur insuper a *Denisio in Supplem. pag. 691.* Excusa est charactere rotundo, satis nitido, qui in paginis perfectis perficit summam 35. linearum. Lati margines signantur elementis simul et Romanis notis; neglexit tamen Typographus paginarum numeros, et custodes, nec non initiales litteras, pro quibus quadrata spatia reliquit. Editio, ut adparet, Veneta est, et forsan exarata a *Bernardino Benalio.*

VITERBIENSIS ANNII. *Vide* Nanii Viterbiensis.

VITRUVII POLLIONIS. De architectura libri X. *in quorum primis septem agit de aedificatione tum publicarum, tum privatarum aedium; octavo de aquaeductibus; nono de Gnomonice; decimo de Mechanice. Praeit* INDEX *librorum, et Capitum, qui aversam paginam occupat folii primi, et ambas folii secundi. In fronte folii tertii recti occurrit titulus:* L. VITRVVII POLLIONIS AD CAESAREM AVGVSTVM DE ARCHITECTVRA LIBER PRIMVS. *Ad calcem operis:* Impressum Venetiis per Simonem Papiensem dictum Bivilaquam Anno ab incarnatione: M.CCCC.LXXXXVII. Die Tertio Augusti.
In folio.. IX. G. 27.

Undecim hoc opus, nitido charactere Romano impressum, plagularum fasciculis absolvitur, et in paginis quibusvis perfectis 43. lineae occurrunt. Formis ligneis caelatis initiales litterae sunt expressae. Custodes, et foliorum numeri desiderantur; pro signaturis litteras, et Romanos numeros Impressor adhibuit. In superioribus marginibus libri denotantur; cuilibet vero libro titulus uncialibus litteris inscribitur. Idem opus jam anno 1496. *Florentiae* in lucem prodiit; *Baur* vero meminit alterius editionis sine loci, et anni indicio; praesentis vero nec ipse, nec *Maittairus* notitiam habuere.

U N

Unzola Petri de. Aurora novissima, *sive* Additiones super summa Artis Notariae Rolandini. *Incipit opus a titulo impresso in summitate primae columnae folii primi recti:* Incipit Aurora novissima dñi Petri de Vnzola comit. Bononieñ. cōposita super continuatiōe quinti capituli ac super vi. et vii. capitulis sūme domini Rolādini civis bononieñ. *Opere integro absoluto haec verba descripta reperiuntur:* Finit Aurora novissima. d. Petri de Vnzola comitis bononieñ. composita super cōtinuatiōe. v. vi. et vii. cap. sūmae d. Rolandini civis Bononiēsis. Nuper vero āno salutis. Mccccl xxxv. ex aliorum scriptorū et impssorum vitiis ac defectib⁹ correcta ꝑ d. Frāciscū de Anzolellis doctorē et civē vincētinū atq3 impressa sumptu ac studio Henrici Zeni de S. Vrsio vincētini in urbe ꝑclara Vincētiae : Sub ditione excelsi ducis do. Joannis Mocenici: de cui⁹ finis memoria laudet⁹ altissim⁹ a q⁹ cūcta bōa ꝓcedūt ꝑ infinita saecula Amen. Finis. *Huic subnexum est signum Typographi, alibi notatum, et in prima pagina ultimi folii incipit* Tabula, *quam excipit* Registrum *in eadem pagina.* In folio .... VII. E. 7.

Columnarum quaevis ex duabus, quae paginas singulas formant, constat lineis 48. rotundi characteris. Initiales, custodes, et foliorum numeros frustra quaeret voluminis hujus plagulas quicumque evolvendas adsumet. Signaturae inferioribus adpositae sunt marginibus, et litterarum serie, cum Arabicis numeris absolvuntur.

—— Apparatus notularum. *Praeit operi titulus hujusmodi:* Incipit nobilissimus et utilissimus apparatus notularum famosissimi legum doctoris domini Petri de Vnzola de Bononia. *Legitur ad calcem verbum* Finis; *ac deinceps verba ista occurrunt praefixa tesserae Typographi:* Impressum vincentiae per magistrum henricum de sancto Vrsio die xiii. mensis ianuarii M.cccc.lxxxx. *Sequitur folium, quod* Rubricarum Tabulam, *et* Registrum complectitur. In folio .... VII. E. 10.

Typus rotundus est, qui in quavis ex duabus paginarum columnis complectitur lineas 49. Signatorarum ordo constat litteris, numerisque Arabicis; custodes, et foliorum numeri minime reperiuntur; ac litterae insuper initiales spatiis tantum indicatae fuere. *Facciolus* editionis hujus non meminit, sed eam describit breviter *Seemiller Fasc. iv. pag. 159.*

VOCABULARIA.

Vocabularius (sic) breviloquus. *Praeit in folio primo averso Anonymi Praefatio, sequentia vero folia occupantur* a Guarini Veronensis *tractatibus* de arte punctandi, de accentu etc. etc.; *hinc in folio septimo incipit* Vocabularius breviloquius, *in tres partes divisus, ac singulis earum praemissum est Prooemium. In calce:* Finit vocabularius breviloquus triplici alphabeto diversis ex auctoribus nec non corpore utriusq3 iuris collect' ad latinū sermonē capessendum utilissimus. Impressus Basileae. Anno dñi. M. cccc. lxxxi. Laus deo.
In folio parvo.. IX. C. 1.

—— Alia editio; *in qua eadem continentur, quae in praecedenti innuimus. In fine:* Finit vocabularius Breviloquus triplici alphabeto diversis ex autoribus nec non corpe utriusq3 iuris collectus ad latinum sermonē capessendū utilissim'. Impressus Argentine Anno dñi. M. cccc. lxxxix. Finitus die sancti Leonardi.
In folio parvo.. IX. C. 2.

De his duabus editionibus, ac de Auctore hujusmodi vocabularii satis, superque dictum est superius Articulo *Guarini Veronensis*, cui immerito tribuitur. *Vide* Veronensis.

—— VOCABULARIUM UTRIUSQUE JURIS. *Folium primum utcunque fuerit excidit, et opus in secundo recto folio a Prooemio incipit, nullo titulo praecedente; et in fine operis, quod terminatur ad lineam xxiii. primae columnae folii lxxxviii. recti, haec legi possunt:* Explicit Juris vocabularium Venetijs Impressum Impensa summaq3 diligētia Octaviani Scoti Anno Salutis. M. cccc. lxxxiij. octavo Calendas ianuarias. Laus deo et virgini Marie. *Secunda eiusdem paginae columna continet Registrum.*
In folio parvo.. VII. E. 2.

Opus expressum est binis columnis, quarum quaelibet distinguitur lineis 64. gallo-franci characteris. Signaturae inferioribus marginibus adpictae complectuntur litterarum ordinem *a-l.*, quibus Arabici junguntur numeri. Custodes, et plagularum numeratio desiderantur; initiales vero parvis elementis supplentur. Praesens editio, parum obvia, tantummodo notata reperitur in *Catal. Monast. Steingad,* ex quo *Panzer Tom. III. pag. 194.* notitiam sumpsit.

—— Alia editio, *in qua deest primum folium, quod autumamus album fuisse. Imminet titulus brevi Praefationi in prima columna contentae:* Terminorum frequētatorū tā in pōtificio q̄ civili iure: opus preclarum et utile feliciter incipit. *Absolvitur linea ix. verbo* Amen. *In secunda columna aversi folii xcvii., ac exinde occurrit sequens nota typographica:* Explicit Juris Vocabulariū ml'i Impressū per Uldericū scinzenzeler Anno salutis dominice Mcccclxxxxij. die. vi. mensis Julij. *Sequitur* Registrum, *cui subnexum cernitur signum Typographi, jam notatum.*

In folio parvo.. VI. E. 5.

De rarissima hac editione altum est apud *Saxium*, caeterosque Bibliographos silentium. Characteres gallo-franci lineas 57. implent in columnis (nam binae occurrunt in paginis) in quibus nec custodes, nec numeratio visuntur; sed tantum signaturae *a-q.* cum numeris Romanis extant, et parvis elementis initiales denotantur.

Volsci Antonii. Interpretatio Epistolarum Heroidum P. Ovidii Nasonis. Ad Ludovicum Diedum Patritium Venetum. *Extat cum iisdem* Epistolis. *Vide* Ovidii.

—— Interpretationes in Propertii Elegias. *Vide* Propertii.

Vopisci Flavii. Vitae Aureliani, Taciti, Floriani, Probi, Firmi, Saturnini, Proculi, Bonosi, Cari, Carini, *et* Numeriani. *Extant cum* Vitis a Spartiano, Svetonio, *et aliis* Scriptoribus Historiae Augustae *conscriptis. Vide* Scriptores Historiae Augustae.

Voragine Jacobi de. Historia Lombardica, *seu* Legenda aurea. *In secundo folio recto, nam primum vacat,* Incipit liber preclarissimi religiosi fratris Jacobi de voragine ordinis p'dicatorū de vitis sanctorū. *His subditur Praefatio, quam opus excipit, et a festo* Adventus Domini *initium sumit: desinit vero cum* Vita S. Bernardini Senensis, *quae non a* Jacobo de Voragine *utpote qui est* Bernardino *antiquior, sed ab alio certe scripta fuit. Ea absoluta legitur:* Explicit p'utile op' Fratris Jacobi de Avoragīe de legēdis scō4 īpressū Venetijs p' magistrū Christoforū arnoldū anno dñi. M. cccc. lxxviij. vivēte duce Andrea Vendramino. *Penultimum folium* TABULAM *complectitur, et in antica pagina sequentis folii* Registrum.

In folio parvo.. XIX. I. 5.

Haec nitidis editionibus gallo-franco charactere expressis adnumeranda est; nil tamen in marginibus notatum refert ex iis, quae mutuam plagularum connexionem innuere solent, dummodo excipias signaturas, quae ordinem scaporum servant. Typi in duas columnas distincti in utralibet lineas 49. continent; initiales designantur parvis litteris, et charta alba, firma, optimeque levigata exhibetur.

—— Alia editio, *cuius princeps folium vacuum est, et in secundo opus a Praefatione sumit exordium, cui sequentia verba pro titulo adposita sunt:* Incipit liber preclarissimi religiosi fratris Jacobi de Voragine ordinis predicatorū de vitis sanctorum. *Ad calcem* Vitae S. Bernardini *ista leguntur:* Reverēdi fratris Jacobi avoragine de legendis sancto4 opus P'utile hic finē habet: Venetijs p' Antoniū de Strata de Cremona: et Marcum Catanellum Schalvicolam Socios summa cum diligentia impressum. Anno ab incarnatione domini. 1480. cal' Jullij. (sic) inclyto Joanne mocenico Veneto4 p'cipe. *Sequitur* Tabula totius operis.

In folio parvo.. XIX. I. 7.

Binae columnae in plagulis occurrunt, et uniuscujusque columnae area lineis 58. impletur characteris gallo-franci, non inelegantis: margines, qui paginas circumdant, nullo custodum, et numerationis

signo sunt praediti, sed signaturae tantum conspiciuntur excusae litteris, quibus Arabici sociantur numeri. Initiales spatiis Typographus designavit, sed Illuminator primam tantum decorare curavit auro, et coloribus. Charta firma, et alba Impressores usi sunt.

—— Alia editio. *Praemissa Praefatione in antica pagina folii primi, cujus primae columnae sequens titulus ruber imminet:* Incipit Liber Preclarissimi religiosi fratris Jacobi de Voragine ordĩs Predicatorū De vitis Sanctorum. *In aversa opus initium sumit, et desinit cum* Vita S. Bernardini. *Notitia typographica ibidem legitur:* Reverendi fratris Jacobi de Voragine de sanctorum legendis opus putile hic finem habet. Venetijs per Andream Jacobi de Cathara impressum: impensis Octaviani scoti Modoetiensis sub ĩclyto Duce Johãne mocenico. Anno ab ĩcarnatiõe domini. 1482. die 17. mensis may. Tabula *occupat totum penultimum folium, et* Registrum *primam paginam folii sequentis.*
In 4.° .... XIX. F. 7.

De praesenti editione nec *Quetif*, qui omnes hujusmodi operis recenset editiones, nec alius Bibliographorum, quod sciam, verbum proferunt. Litterae, quibus ipsa impressa est, sunt gallo-francae nitidae, sed pingues; quaevis pagina duas complectitur columnas; et unaquaeque earum perficitur lineis 45. Caret initialibus litteris, custodibus, et plagularum numeris, inferiores tamen margines sunt litteris, et numeris arabicis signati; in superioribus festivitates, et Sanctorum Vitae notantur.

—— Exemplar alterum .... III. A. 14.

—— Alia editio, *quae praecedentem adamussim imitatur. In calce:* Reverendi fratris Jacobi de Voragine de sanctorum legendis opus Perutile hic finẽ habet. Venetijs ĩpressum per Octavianū scotū modoetiẽsẽ sub ĩclyto Duce Joanne mocenico. Anno ab incarnatione domini 1483. pridie idus decẽbri (sic).
In 4.° .... XIX. F. 8.

—— Exemplar alterum .... III. A. 12.

—— Alia editio. *Praeit Tabula Sanctorum, quorum nomina ordine alphabetico sunt disposita, et incipit in antica pagina folii primi, desinitque in folio quinto averso. In fronte primae columnae folii sexti impressum habetur:* Prefatio sup legẽdas Sanctorū p anni circuitū venientiū, quas cõpilavit frater Jacobus de voragine ordinis predicato4 quondã eps ianuẽsis incipit feliciter. *Ad medium columnae secundae eiusdem folii absolvitur Praefatio, et protinus* Incipit legenda Sanctorū aurea quae alio noĩe dicit9 hystoria Longobardica. Et pmo de adventu Dñi. *Opus absolvitur in folio cccc lvi. recto ad lineam 1x. secundae columnae. Vitis* SS. Ysaac et Maxĩani Mĩum, *subjunguntur sequentia verba:* Expliciūt hystoriae pl9imo4 scõrū novit9 et laboriose exdiūsis libris in unẽ collecte. Nota q9 ões hystorie addite merito dicū9 nove: sicq3 q̃dã de istis etiã repiūt9 apud plures nõ tū ita emẽdate et plongate siẽ in hoc libro Pat9 istud in legendis scõ4 Frederici epi Quirini Gãgulphi Oswaldi Kiliani Affre Juliane Stephani pape Alexandri et multor4. alio4 M. CCCC LXXXIIIJ. *Sequitur*

Anthonij liberi Susatẽs9 in laudem inclite Colonorū urbis Epygrãma foeliciter incipit

O felix urbs añ alias Coloīa Salve et
Paup̄is ingenij munēa sume libēs
Salve o metropol⁹ super⁹ cara: īdita
Salve o Tell⁹ aucta boīs nobilib⁹q3
viris. Tu m⁹ sola places, namq3es
pa⁹ disus habūdās. Morib⁹ eg⁹gijs
Artib⁹ atq3 Sacris. It tua t⁹ra4 cele-
bris iā fama p̄ orbē. Atq3 tuas lau-
des ɔcinit om̄is homo. Urbib⁹es re-
liq̄s multo felicior: in te Nā req⁹em
reges tres oriētis hn̄t. O venerāda
nimis. vrbs o scīssima. quā tot En
sib⁹ exhausta corp̄a scā colūt. Res
mirāda. Dei tecū est clemētia: namq3
Munera q̄ tot⁹ nō habet orbis. hās
Consilijs Romā vincis. Sapīa Athe-
nas. Parisi⁹ studijs, et Venetos opi-
bus. Singl⁹a q̄d referā, sup̄as Asia-
tica regna. Europe atq3 tibi et Affri-
ca magna favet. Ergo ego Carmi-
nib⁹ laudans castra opida (sic) et urbes.
Nō potero laudis īmemor ēe tue.

In folio parvo.. XIX. I. 6.

Hujus editionis mentio tantummodo invenitur in *Maittairii Annal. Typogr. pag. 448.* et *Schutz de Script. historic pag. 435*, ubi *liber rarissimus* appellatur; proindeque Bibliothecarum cimeliis adcenseri omnino meretur. Opus in duas discernitur columnas et unaquaeque earum constans 40. lineis, papyro alba admodum ac firma; charactere gallo-franco quidem, sed nitido, ac venusto superbit. Deest nomen Typographi, qui forsan fuit *Joannes Koelhoff* Coloniensis, uti innuit forma litterarum, quibus opus excusum cernitur, comparata cum charactere hujusmodi Typographi, exhibito a *Braunio Part II. Tabula II. n.° IV.* Verum quisquis fuerit Excusor hujus venustae editionis, signaturas litteris alphabeticis, cum notis Romanis expressit; foliorum numeros marginibus superioribus adposuit, quorum series *I-CCCLVI.* excludit priores plagulas Tabulam complectentes; Festivitates, et Sanctorum vitas in iisdem notavit. Custodes, atque initiales neglexit; quasdam vero earum Miniculator supplevit rubro colore.

—— Alia editio, *cujus folium princeps vacat; in secundo recto* Reverendissimi fratris Jacobi de voragine genuensis archiep⁹i: ordinis pradicatorum (sic): sanctorum ac festarum per totum annum liber incipit. *Ad calcem* Vitae S. Bernardini *legitur* AMEN, *ac postmodum;* Impressum Venetijs per Manfredū de Monteferrato. De sustrevo: Anno videlicet ab incarnatione eiusdem omnipotentis supra Milesimū et quadringentesimum Nonagesimotertio. Die vō. 20. mēsis septēbris. Laus sit semper Deo. TABULA *sequitur, quam excipit* Registrum.

In 4.° parvo.. III. D. 17.

Initiales litterae in hoc volumine ligneis formis ornatae, et Caelatoris opera expressae habentur. In pagina quavis duplex extat columna, quam gallo-francus communis typus replet lineis 49. Custodes, et foliorum numeri desiderantur. In superioribus marginibus Inscriptiones occurrunt, in inferioribus signaturae excusae litteris, et Arabicis numeris.

—— Exemplar alterum.. III. D. 14.

—— Exemplar tertium.. II. D. 31.

—— Alia editio. *Sequentia verba majusculis gallo-francis litteris impressa leguntur in prima voluminis pagina:* Legende sanctorū *Folium secundum occupat* Tabula toti' operis, *quam excipit* Registrum. *In folio tertio* Reverendissimi fris Jacobi de Voragine Genuēsis Archiepi. Ordinis predicatorum sanctorum ac festorum per totum annum Liber incipit. *Concluditur opus* Vita S. Joseph; *ac postmodum additur:* In alma Venetiarum urbe Mandato impensaq3 probatissimi viri Dñi Nicolai de Franchphordia. Per Bonetum Locatellum presbyte4 A virginali partu saluberrimo q̃ngentesimo supra Millesimum. xij. Kalenda4 Juliarum.

In 4.° parvo.. III. D. 16.

In duabus columnis gallo-franco charactere impressa est praesens editio, quae parum obvia est, et in quavis columna lineae 44. numerantur. Signaturae, et foliorum numeri occurrunt, minime vero custodes. In superioribus marginibus impressae sunt Inscriptiones; et initiales florentes ligno incisae observantur. Historia Lombardica 177. vitas complectitur, in hac vero editione sunt 276. ab anonymo quodam additae. Mirum est, qua aviditate hoc opus primis typographiae annis ab omnibus quaesitum fuerit, adeo ut infinitae fere prodierint in lucem editiones. *Quetif T. I. Script. Praedic. pag. 455.* jam XXII refert; *Panzer Annal. Typogr.* LXXII. earum diversas saeculo XV. typis evulgatas latino sermone, quin omnium notitiam habere potuerint; quin imo certe multae aliae lucem adspexerunt, de quibus nulla notio ad illos pervenit. Varia de hoc opere fuerunt hominum judicia. *Ludovicus Vives de caus. Corrupt. lib. 2.* scribit: *Legenda quidem aurea, ab homine oris ferrei, cordis plumbei scripta. Quid foedius dici potest illo libro? quam pudendum est nobis christianis, non esse praestantissimos nostrorum divorum actus verius, et adcuratius memoriae mandatos, sive ad cognitionem* etc. etc. Hunc secutus est *Melchior Canus*, qui *lib. II. c. I. loc. comm.* ait: *In illo miraculorum monstra saepius quam vera miracula legas. Hanc legendam auream homo scripsit ferrei oris, plumbei cordis, animi recte parum severi, ac prudentis.* Ipse quoque *Quetif* id haud diffitetur; has tamen acerrimas, ac aculeatas *Jacobum* non mereri censuras, arbitratur; quia vitas has Sanctorum non a se compositas ipse innuit, sed compilatas tantum, id est, apud varios dispersas a se collectas, et in ordinem digestas fuisse, additis passim suis adnotationibus. Sic in vita *S. Hilarii* monet, omnino fabulosum esse, quod ibi de Concilio fictitio Romano agitur.

—— *Idem Opus italice versum a* Nicolao Malermio. *Praemissa est in postica pagina folii primi Praefatio, cum epigraphe:* Nicolao di Manerbi Veneto mōacho del ordīe Camaldulēse. A tutte le devote et catholice christiāe persone: La gratia de Dio sia con tutti voi et la pace del Signor nostro messere Jesu Christo. *In secundo folio post Monitum, in quo agitur de operis divisione,* Incominza la tavola de tuttol libro per ordine di mese in mese, *quae desinit in averso folio tertio. Ipsum opus incipit in sequenti folio* DE LADVENTO DEL SIGNORE CAPITVLO PRIMO, *et desinit* Vita S. Nicolai da Tolantino (*sic*) *ad lineam XXV. secundae columnae folii recti CCCXVIII., et protinus subjungitur sequens notitia:*

A laude de Dio finisse le legēde de tutti li sancti et le sancte
dalla romana sedia acceptati et honorati impresse per mae
stro Nicolo ienson franzose regnante Sixto quarto ponti
fice maximo: et Pietro mozenigo inclyto duce de Venetia.

In folio.. XIII. G. 6.

Sine nota chronologica, sed Epistola Operi praefixa data est *In Sācto Mathia de murião a cāto a lalma patria Veneta: sottol pōtefice Maxīo sisto quarto et Mafeo Girardo devotissīo patriarcha di Venetia q̄nto Pietro Mazenigo īcyto duce di Venetia a di prīo de luio mille quatrocēto septantaçinque;* sequitur proinde saltem hoc anno 1475. editionem hanc fuisse typis mandatam. *Nicolaus Malerbius in vitas Sanctorum , et Sanctarum Jacobi de Voragine* , nonnulla sustulit , scilicet interpretationes nominum Sanctorum; et de suo plures vitas addidit; Sanctorum nimirum, quorum festa celebrantur in urbe Veneta, vel eorum, qui floruerunt post *Jacobum de Voragine.* Insuper historias plures immiscuit ad urbem Venetam spectantes. In laudata Epistola *Malerbius* sic scribit: *Chiamato dunque a me il dilecto Hieronymo clarissimo cittadino Fiorentino , non meno erudito dele sacre litere , quanto di virtù adornato , ad cioche lui rivedesse , et al arbitrio suo emendasse quello ritrovarebbe d'esser correcto , et in tal modo hommi assumpta questa magna provincia del traducere. Hieronymum* hunc *civem Florentinum* , quem assumpsit Correctorem *Malerbius*, alium fuisse a *Hieronymo Squarzafico*, illud nobis suadet, quod *Squarzaficus* civis fuerat *Alexandrinus.* Et sub finem laudatae Epistolae : *Questo etiam cum silentio non è da passare, anzi in qualunque luogo glie da esser predicato, come Nicholao Jenson ducente l'origine de la illustre et generosa Gallia, da poi gl'istaurati quasi infiniti divini et praeclari volumi, li quali per l'antiquità erano stati deperditi, et quasi extincti, con mirabile ingegno et divina arte ha impresso et stampito* (sic) *et quella cosa, la quale per rarità era quasi stata incognita, hora col arte et industria sua a tutti e manifesta.* De versione hujuscemodi operis videre est *Paitonum II. pag. 171.* et *Haym Tom. I. pag. 148.* Impressa est elegantissimis typis Romanis haec editio, quae toto coelo differt ab editione *Veneta* anni 1476, sub nomine *Vite de Sancti Padri*, de qua actum est supra. Editio enim Malerbiana in menses dividitur XII. altera vero in libros; et prima est opus *Jacobi de Voragine* italice versum per *Malerbium* , dum ad diversos pertinet secunda. Ambae columnae, quibus paginae conflantur , singillatim sumptae lineas 51. comprehendunt. Nullum in amplis marginibus reperi custodem, foliorum numerum, aut signaturas, aut initiales, pro quibus quadrata spatia reliquit Excusor. Exemplar nostrum elegans, ac completum est editionis rarissimae.

—— Alia editio. *Nil occurrit in prima pagina, et in secunda legitur Prologus Auctoris, cuius titulus:* Incomincia el libro intitulato legendario de sācti composto per el reverendissimo Patre frate Jacobo de voragine del ordine de predicatori arcivescovo de Genova. *In secundo folio incipit* De ladvento del redemptore capitolo primo. *Desinit opus cum vita* S. Nicolai, *cui subditur Epistola* Nicolai Malerbii, *hac praedita epigraphe:* Nicolao di manerbi veneto monacho del ordine Camaldulēse. A tutte le devote et catholice x̄piane p̄sone: la gratia de dio sia cō tutti voi et la pace del Signor nostro messere iesu x̄po. *Epistola absoluta* Incomincia la tavola de tuttol libro ꝑ ordine di mese. *Post Tabulam haec verba leguntur:* Finise (sic) le legēde de sācti cōposte ꝑ el reverēdissimo padre frate iacobo de voragine del ordine de frati predicatori Arcivesco (sic) de genova. Traducte de latino ī lingua vulgare per el venerabile messer Don Nicolao de manerbi veneto del ordine de camaldulēsi. Abbate del monasterio de sācto Mathia de murão stāpate ī venetia ꝑ octaviāo scoto modoetiēse A di XXIII. de Zugno. MCCCCLXXXI. Sotto linclyto duce Messer Zovane mocenico. *In ultima pagina extat Registrum.*

In folio parvo.. XIX. I. 9.

Editio valde rara, quae invenitur tantum apud *Maittairum pag. 417.* Epistola *Malerbii* hujus secundae editionis, et in aliis infra describendis, omittuntur postrema verba editionis primae in laudem *Nicolai Jensonis*, caetera alia reperiuntur, quae sunt in prima. Character est gallo-francus medius inter quadratum et minutum, sed sufficienter venustus, et nitidus. Lineae 59. implent columnas, quum binae occurrant in paginis; et margines, qui paginas circumdant nullo custodum , et , numerationis signo praediti cernuntur , sed signaturis tantum , litteris , et Arabicis notis instructis et Sanctorum festivitates in oris superioribus leguntur: initiales tandem omissae designantur spatiis quadratis.

—— Alia editio, *cujus prima pagina est vacua, et in secunda* In cōmincia el libro intitulato legendario de sancti composto per el reverendissimo patre fratre Jacobo de voragine del ordine de predicatori archiepiscopo de Genoa. *In fine vitae* S. Nicolai de Tolentino, *habetur Epistola* Nicolai Malerbii, *ut in praecedenti editione, quam sequitur* Tavola; *qua absoluta, nota typographica hoc pacto habetur:* Finisse le legende de sancti composte per el reverendissimo padre fratre iacobo de voragine del ordine de fatri p̄dicatori. Arcivescovo dᵒ genova. Traducte de latino in lingua vulgare per el venerabile messer don Nicolao de manerbi veneto del ordine de camaldulēsi Abbate del monasterio dᵒ sancto mathia dᵒ murano stāpate in venetia p̄ Andreà paltascichis de cathara adi xxij. de octobre Mccccl xxxiijj. *Sequitur* Registrum.
In folio parvo........ .... XIX. I. 10.

Est praesens editio gallo-franco typo in duabus columnis excusa, et unaquaeque earum lineis 63 completur. Caret custodibus, et foliorum numeratione, haud vero signaturis, quas Typographus expressit litteris adjunctis Arabicis numeris. Festivitates insuper Sanctorum adnotatae visuntur in superiori margine plagularum; et initiales, quae parvae extabant, Illuminator majores reddidit colore modo rubro, modo caeruleo, prima excepta, quam adfabre auro, et floribus variis decoravit.

—— Exemplar alterum.................................... III. E. 1.

—— Alia editio. *Nil exprimitur in prima voluminis pagina, et in secunda occurrit Prologus. In tertia opus incipit verbis hisce rubricatis praecedentibus:* Incōmincia el libro intitulato legēdario de sancti composito per el reverendissimo patre frate Jacobo de voragine del ordine de predicatori archiepiscopo de Genoa. Del advento del redemptore capitolo primo. *Subditur Epistola* Nicolai Malerbii *Vitae* S. Nicolai Tolentinatis; *qua absoluta adcedit* Tabula, *et ad calcem hujus, post verbum* Finis, *haec notantur:* Finisse le legende de sancti composte per el reverendissimo padre fratre iacobo de voragine del ordīe de frati predicatori Arcivescovo di genova. Traducte de latino in lingua vulgare per el venerabile messer don Nicolao de manerbi veneto del ordine de camaldulēse (*sic*) Abbate del monasterio de sancto mathia de murano stampate in venetia per Paganino de Paganini da bressa adi. v. del mese de octobre Mccccl xxxvij. Laus deo. Registro *adcedit.*
In folio parvo... XIX. I. 8.

In paginis est distinctio columnarum, quae perficiuntur lineis 60. gallo-franci characteris, quo excusum est opus. Custodes, et numeri foliorum desiderantur; nec aliter quam spatiis, aut parvis litteris exprimuntur initiales. In superioribus marginibus majusculis litteris Vitae Sanctorum, vel Sermones in festivitatibus indicantur; in inferioribus signaturae existunt, expressae elementis, et numeris Arabicis.

—— Sermones de tempore per totum annum, *qui dividuntur in partes hyemalem, et aestivam. Praeit Tabula alphabetica, cujus titulus:* Incipit Registrum in Sermones de tempore preclarissimi doctoris magistri Jacobi de voragine sūm ordinem alphabeti tangens materias generales in singulis sermonibᵒ contentas. *In folio xiii. recto* Sermones aurei et pulcherrimi varijs scriptura4 doctrinis referti de tp̄e : p̄ totum annum editi a solēnissimo theologie doctore ma-

gistro Jacobo de voragine ordinis predicato4 quōdam archiepō Januensi feliciter incipiunt. Prologus. *In eadem columna* Explicit prologus, *et protinus* Incipit sermo primus de adventu domini. Dñica prima. *Laudati tituli rubricatis litteris excusi leguntur. Ad calcem secundae columnae folii aversi clxvi. extat* Finis sermonum de tempore magistri Jacobi de voragine. Sequitur nunc modus vivendi per regulas quo ad omnes status. *Ad lineam nonam primae columnae folii clxviii. recto absolvitur opus et additur:* Solennissimi theologie doctoris. Magistri Jacobi de voragine ordinis predicatorum quōdam archiepiscopi Januensis: Sermones aurei de tempore per totum annum feliciter Expliciunt. Castigatissimi quidem ac maxima diligentia per Angelum et Jacobum fratres de Britānicis. Brixie Impressi sunt x. Kl. aprilis. M. cccc. xci. *Subnectitur signum* Typographorum.
In 4.°........ .... III. D. 14.

Editio duabus excusa columnis, quae implentur 49. lineis semi-gallo-franci clari characteris. Desunt initiales, pro quibus spatia relicta sunt; custodes, et foliorum numeri desunt, et tantum inferiores margines signati visuntur litteris, et Romanis notis.

—— Exemplar alterum... III. C. 7.
—— Alia editio. *In prima pagina majusculis gallo-francis typis legitur:*

Sermones de tempore et de sanctis per totum
annum: eximii doctoris fratris Jacobi
de voragine ordinis predicatorū:
quondam archiepiscopi Ja-
nuensis: cū registro eo-
rundem in prin-
cipio.

His verbis subnectitur imago Auctoris e Cathedra concionantis, et auditoribus stipati; et habitu monastico induti; Pontificalia tamen insignia adsunt, scilicet Pastoralis virga, et Mitra; quarum altera prope angulum parietis, altera supra ipsam cathedram conspicitur. In folio averso nil impressit Typographus: in tertia pagina Incipit Registrū in Sermones de tēpore preclarissimi sacre theologie doctoris fr̄is Jacobi de voragine ordinis predicatorū sūm ordinem alphabeti tangens materias generales in singulis sermonibus contentas. *In folio xii. averso* Explicit Tabula Alphabetica; *et in folio sequenti* Sermones aurei et pulcherrimi varijs scriptura4 doctrinis referti: de tempore ꝑ totum annum compilati et editi ab eximio sacre theologie doctore fratre Jacobo de voragine ordinis fratrum predicatorum: quondā archiepiscopo Januensi: feliciter incipiunt. *Post secundam lineam secundae columnae folii recti cxl.* Expliciunt s'mones dñicales fr̄is Jacobi de voragine ordinis predicato4 quōdā archiepī Januēsis. Venetijs impssi per Simonē de luere: īpensis Lazari Soardi pridie Kal. sepembris. 1497. *Huic adcedit* Registrum. *Post vacuam paginam incipiunt:*

Sermones de sanctis per anni circulū fratris Jacobi de Voragine ordinis predicato4 quondam archiepiscopi Januēsis : cū registro eorundem in principio.

Huic titulo subnexa visitur eadem xylographica tabella, supra notata. In aversa facie extat Tabula index in sermonibus de sanctis eximij sacre theologie doctoris fratris Jacobi de Voragine ordinis predicatorum demōstrās quot sermones habeat. et primum sermonem cuiuslibet sancti quota charta inveniri debeat feliciter incidit. *In folio sequenti* Incipit registrum in sermones de sanctis etc. etc. *et in folio septimo,* Sermones pulcherrimi varijs scripturarum doctrinis referti de sanctis per anni totius circulum cōcurrētibus : editi a venerabili viro Jacobo de Voragine ordinis predicatorum quondam cpo Januensi incipiunt feliciter. De sancto andrea Sermo primus. *Desinit cum sermone* De celebratione misse, *cui sequens nota subnexa legitur :*

Expliciunt Sermones quadragesimales: dominicales ac de sanctis preclarissimi ac varijs scripturarum doctrinis referti eximij sacre theologie doctoris fratris Jacobi de Voragine ordinis fratrum Predicatorum quondam archiepiscopi Januensis: q̄m diligentissime amen: Dati atq3 castigati. Venetijs impressi ingenio Simonis de Luere: impensa v̄o Lazari de Soardis: qui obtinuit a Dominatione Veneta ꝙ nullus possit imprimere nec imprimi facere in eorum dominio sub pena contenta in privilegio. Et completi fuerunt. xx. Octobris. M. ccccxcvij.

Ultimum folium rectum continet duo Epigrammata, quorum primum

Ad librum.

I nunc ne trepida : velut ante : Libelle per urbes :
Cesaris et doctas ne vereare manus :
Perlegat usq3 licet lectorem offendere tantus (sic)
Editus eximia nesciet arte labor.
Ingens venturos Lazari sua cura Nepotes
Respiciens : nobis utile pressit opus.
Atq3 etiam lectis sanctissima dona tabellis
Protulit : et tersis scripta legenda notis.

Secundum :

Ad Lectorem.

Hinc varios flores: hinc morum carpere fructus:
Hinc potes et croceis lilia mixta rosis.
Hic docet ethereas virtutibus ire per arces
Vertice syderei tangere summa poli.
Ere tibi parvo lector preclara volenti
Multa legenda brevi margine scripta damus.
Dum legis hec: ne sacra cadat de pectore queso:
Contendas tacito figere dicta sinu.
Ipsa dabunt celeste tibi conscendere limen
Et peragent letos ocia grata dies.

Adcedunt insuper Registrum, *et signum Typographi*:
In 4.° .... III. B. 13.

Opus gallo-franco minuto, et luculento charactere impressum in duabus columnis, quae lineis 52. absolvuntur. Foliorum numeri, et signaturae adsunt, minime vero reclamantes. Litterae in superiori marginis ora sermones indicant; et initiales parvae impressae fuerunt.

—— Alia editio, *quae continet tantum* Sermones de tempore. *Praefigitur in prima pagina eadem lignea Tabula, eodemque titulo praedita, quam in praecedenti editione observavimus. In aversa facie legitur breve Monitum Editoris ad Lectores, et Emptores hujusmodi operis. In folio secundo* Incipit Tabula in sermones de tempore, *xv. foliis contenta. Opus exordium sumit in folio xvi. post* Prologum Auctoris; *et in folio recto 379. desinit his verbis*: Expliciūt sermones dñicales fratris Jacobi de voragine ordinis predicato4 quōdam archiepi Januēsis q̄m diligētissime emēdati: ac cum magna sollicitudine correcti et castigati. Papie impressi cura ac īpēsis Jacobi de paucis drapis (sic) de burgo francho. die 14. novēbris 1499. ad laudem dei ac gloriose virginis. Amen. *In ultima pagina visuntur* Registrum, *et signum Typographi.*
In 4.° parvo .... III. B. 31.

Hujus editionis notitiam tantum habuit *Maittairus*, qui tamen errat fortasse, dum eam refert ad annum 1500. *Pag. 730.* Charactere gallo-franco minutissimo, sed eleganti, in duabus columnis exprimitur, quae lineas 51. complectuntur. Fasciculi plagularum signaturas habent notis Arabicis conjunctas; custodes desunt; numeratio plagularum in ora superiori primae paginae cujuslibet folii adest; ibique notantur subjecti sermones. Initiales, praeter duas priores, *Prologi* scilicet, et *Dominicae primae adventus*, florentes ligno incisae conspiciuntur; reliquae sunt gallo-francae majores.

—— Sermones quadragesimales fratris Jacobi
de voragine ordinis predicatorum quon
dam archiepiscopi Januensis cum
registro eorūdem in principio.

Huic titulo, in prima pagina impresso, subnexa visitur eadem xylographica

Tabula, quam supra notavimus. Sequuntur duo Indices, quorum unus Sermones *denotat, alter materias, ordine alphabetico digestas. Ad calcem hujusmodi legitur*: Presens quadragesimale est correctum per Reverendū patrē fratrē Jeronimū de cherio sacri ordinis predicato4. *In folio x1*. Incipit quadragesimale aureū eximij doctoris: fratris Jacobi de Voragine ordinis predicato4: quōdam archiepiscopi Januēsis: duos quotidie continens sermones. *In fine*: Expliciūt Sermones Quadragesimales Eximij Doctoris frīs Jacobi de Voragine ordinis p̄dicato4: quōdā Archiepiscopi Januēsis. Una cū tractatū de passione dñi nostri iesu xp̄i. et de planctu gloriose virginis quā diligentissime ēmēdatū: ac cūm magna sollicitudine correctū et castigatū. Impressi Papie cura ac īpensis Jacobi de burgofrancho die 2. Septēbris 1499. ad laudē dei ac gloriose Marie Virginis. Amen. *In ultima pagina extant* Registrum, *et signum Typographi*:

In 4.° parvo .... III. B. 52.

Praesens editio adamussim convenit in rebus omnibus typographicis cum praecedenti editione.

—— Mariale: sive sermones de beata Maria
virgine: fratris Jacobi de Voragi
ne Archiep̄i Januensis.

Is titulus in summitate primae paginae excusus, subnexam habet Tabellam xylographicam in superioribus editionibus notatam. In secundo folio occurrunt Auctoris Prologus, *et* Tabula alphabetica. *In folio tertio recto* Sermones aurei de b̄ta Maria v̄gīe: Mariale nuncupati: editi ab eximio sacre theologie doctore fr̄e Jacobo de Voragine ordīs p̄dicato4: quondā archiep̄o Januēsi: feliciter īcipiūt. *Ad calcem*: Explicit Mariale fratris Jacobi de Voragine ordinis p̄dicato4 quōdā archiep̄i Januensis. Impressum Venetijs ingenio Simonis de Luere impensis Lazari Soardi. Cum privilegio: M. cccc. xcvii. *In penultima pagina conspiciuntur* Registrum chartarum, *et signum Typographi*.

In 4.° .... II. D. 45.

Idem est typus, idemque typographicum artificium in praesenti editione, quo *Sermones de tempore*, *et de Sanctis* ab eodem Excusore impressi supra sunt secundo loco notati.

U R

Uranii Ioannis Baptistae. Carmen elegiacum in opus Comitis Joannis Purliliarum de Liberorum Educatione. *Extat praefixum huic operi. Vide* Purliliarum .... VII. B. 28.

Urbach Joannis de. Processus iudiciarius. *Titulus adpositus opusculo ita se habet:* Incipit ꝑcessus iudiciarius eximij doctoris iuris canonici iohannis de Urbach. *Praecedunt huic tractatui* Tituli legales secundū ordinē alphabeti diversorum volum. iuris civilis. *Extat hoc opusculum in collectione* Juris variorum tractatuum, *cujus in calce legitur:* Impressus A. dñi Mccccl xx. *Vide Tom. 1. hujus Catal. pag. 425. Art.* Juris, *ubi satis dictum est de hac rarissima editione.*

Urbani Averroistae. Expositio Commentariorum Averrois super libros Aristotelis de physico auditu. *Praemittuntur in prima pagina duae Epistolae, quarum altera* Frater Antonius Alabantus Bononiensis Sacrae theologiae humilis ꝑfessor fratrum servorū. Divae Mariae Virginis: ordinis sancti Augustini pōr. gnālis licet immeritus. Nicolao theatino: excellentissimo perypatheticorū principi salutē *dicit. Data* Ex Bononia nonis Maij. M. ccccl xxxxij. *Altera est responsoria, sub epigraphe:* Nicolaus Theatinus Reverendissimo patri. D. Antonio Alabanto Bononiensi Ordinis Servorum Divae Mariae praefecto generali benemerito. S. plurimam D. *Data* Ex patavio iiij. Kll⁹. Junii. M. cccc. lxxxxij. *In aversa pagina incipit Editoris Praefatio, nulla praedita inscriptione, et desinit in folio quarto averso, hac conclusione:* Difficultates āt facientes ꝯtra pluralitatem formarum reservo ad illā qōnem quā intendo cōpone⁹. Si Deus et ei⁹ genitrix intacta Maria voluerit. Quorū auxilio hec qō terminata est. Per me Nicholettū Verniā Theatinū Civē Vincentinum legentem Patavij philosophiam ordinarie 1492. die 17. februarij. *Praefationem excipit in eadem pagina Nuncupatoria Epistola* fratris Antonii Alabanti Amplissimo ac Reverendissimo in Christo patri: et dño. D. Joanni: miseratione divina: sacrosanctae Romanae religionis Episcopo portuensi: Sancti Angeli Cardinali Vulgariter nuncupati. *Data* Ex Bononia Idibus Junij. M.° cccc.° lxxxxij.° *In folio sequenti opus incipit a titulo, qui rubro colore excuditur, uti quod in aliis quoque libris observatur:* In cōmenta Averroys super librū physicorum Aristotelis interpretatio expolitissima clarissimi doctoris ex ordine frat4 servorum Dive Mariae virginis Magistri Urbani Bononiēsis alias Averroiste nūcupati. *In fine libri VIII.:* Opus preclarissimū. Cōmētorū omniū Averroys cordubensis. Super libros physicorū Ar. expositoriū: a Sūmo Theologo: Acutissimoq3 ph⁹o: Magistro Urbano Averroysta: Bononiensi ex Devotissimo Servorū Divae Mariae virginis Ordīe: miro ingenio: arteq3 perpolita editū Divino aspirāte nūine. Foeliciter explicit. Qd⁹ quidē Venerādi eiusdē religiōis professores: Magister Defendinus Januensis: divinarū litterarū doctor eximius ac frater Jacobus Philippus Ferrariensis: In sacra theologia Bachalarius (Paterno

tamen iussu colendissimi sui patris Generalis: Magistri Antonii Alabanti: Bononiensis moniti). Fideli cura: solerti diligentia: ac laboriosissimis lucubrationibus castigavere: Nõ minori quoq3 studio ac solertia: Id ꝑ probũ Vi4 Bernardinũ Tridinensem de mõteferrato Venetijs: Anno Salutis Millesimo quadringentesimo nonagesimosecũdo. xvij. Kallendas Decembris Impressioni accuratissime **datũ** esse cõspicimus. *Sequuntur duo Epigrammata, quorum primum:*

Frater Evangelista fossa: Cremonensis ordinis Servorũ Beatae Mariae virgĩs: ad summoꝑe flagitãtes Urbani Averroystae.

Impressionem.

Vade citus laudem patriae: nomenq3 supraemũ
Relligionis habens: praesidiũq3 hominis.
Undiq3: quãdo aderit: Veniet modo: turba sophorũ
Conclamat: cupido vade libelle sinu.
Urbano nomen: tergenti fama paratur:
Averoy vita: Livide cura tibi.

Secundum:

Fratris Defendini Genuensis: Sacrae theologiae doctoris: Ordinis Servorũ Beatae Mariae Virginis: Suae Observandissimae religioni: Epigrãma congratulatoriũ.

Qui dedit hoc: tantiq3 fuit qui muneris auctor
Curae relligio q̃3 fuit ista sibi.
Quiq3 prius servi fuerant: modo libera nacti
Nomina sunt: coeli et sydera celsa petunt.
Antonio grates debentur mille Alabãto
Urbanũ nobis qui dedit: ut cupidis.
Incola gymnasij: iam nũc patet: accipe semꝑ
Et tecũ totis nocte gerasq3 die.
Cum legis haec: referas: pater hic generalis: et hercle
Cõmunis: studio: et religione fuit.
Laus Deo: Suaeq3
Sãctissimae Matri.

Post albam paginam sequuntur Tabula modusq3 super locis et questiõibus reperiendis, *et* Registrum, *litteris rubricatis, et nigris; et in calce signum rubrum Typographi.*

In folio majori.. VIII. H. 11.

Typus gallo-francus pinguis in unaquaque pagina duas columnas implet, et quaevis constat 84. lineis, dummodo integra sit; amplisque est marginibus praedita; neque in iis signum ullum desideratur: nam reclamantes, foliorum numeri, et signaturae suo loco opportune conspiciuntur; ac insuper libri in ora superiori plagularum excusi indicantur. Pro initialibus parva elementa suppleta sunt.

—— Exemplar alterum .... VIII. H. 12.

URBANI BELLUNENSIS. *Vide* Bolzanii Urbani.

URBANI. Epistola scripta ad S. Cyprianum, *una cum* Maximo, Macario, *et* Sidonio. *Est inter Epistolas* S. Cypriani *excusa. Vide* S. Cypriani.

URCEI ANTONII CODRI. Epistola ad Angelum Politianum. *Extat in vol. Operum* Politiani, *lib. v. Epistolarum. Vide* Politiani.

—— Sylva. *Titulus adpositus ita se habet:* Ad Illu. Prin. Joannem Bentivolum Secundum de armorum ostentatione Cum ab Illustrissimo Mediol. Duce Vexillo praetorio donatus fuisset Antonii Vrcei Codri silva. *Post lineam xx. folii quarti aversi, sequens occurrit notitia typographica:*

Bononiae. Mccccxxxxiii. Luce Aprilis. xviii.
Haec Cudit impressione Plato.

In 4.° .... XII. B. 65.

Opusculum quanto exilius, tanto pretiosius. Constat quatuor tantum plagulis, optimo rotundo charactere Romano impressis. Prima vero earum signatur. A. I., aliae tres nulla littera notatae sunt. Reclamantes desunt, nec non paginarum numeri.

URIMARIA HENRICI DE. *Vide.* Firmaria Henrici de.

URSINIS BARTHOLOMAEI DE, Ordin. Minor. Quadragesimale, quod dicitur Gratia dei. *In folio primo* Incipit tabula sermonū in quadragesima ī quo sunt octuaginta sermones. Anno domini. M. CCCC. LXIII. (*pro* M. CCCC. LXXIII.) *Desinit haec tabula, binis excusa columnis, in folio quarto averso, ad lineam xii. secundae columnae, verbis;* SOLI DEO GLORIA. *Sequens folium est vacuum in prima pagina, et in aversa legitur Editoris Nuncupatoria Epistola, sic inscripta:* Franciscus Tuppi Parthenopeus. ll. studēs. Illustrissimo Ferdinando Arragoneo in felicissimis regnis Sicilie. Hierusalē. et Vngarie. triumphatori. ac iustissimo Invictissimo et pacifico Regi bene merito. vnico dn̄o felicitatem. *Verba, quibus laudata Epistola concluditur, hic opportune exscribenda censemus:* Hinc ē (*Regem alloquens*) ut Bernardinus gerardinus amerinus Miles insignis palatinusq3 comes. ac fidus consiliarius tuus. qui ad presulatū supremū vicarie quater a te vocatus extitit. [ob animi sui constantiā et corpis integritatē ut tibi morē gereret. Hoc p̄senti anno servitio tuo vacans. domum iusticie tue tua opera ac ope cōstruxit et fidelit⁹ ad construendos carceres publicos et pauperū quietē vacavit. palaciū construxit illudq3 ampliare non cessat. Et ut nihil p̄termitteret. libellū sacrū sermonū quē tantis vigiliis Sanctus Bernardinus dictus et eius alumnus Jacobus marchie cum vigiliis fratris Bartholomei de Vrsinis. qui tale opus ordinavit atq3 ɔposuit et in lucem rediit. Imprimi suis sumptibus curavit quem tibi Rex magne potentie dedico. Vt tu qui armis ad liber-

tatem ecclesie studes. ita et silentio in operibus xpi. vaces. dixi. O deum atq3 hoim cura Vale et triumpha. *In folio quinto recto* INCIPIT EPISTOLA FRATRIS BARTHOLOMEI de vrsinis ordinis fratrum mino4 provintie terre laboris ad venerabilem patrem fratrem Casparem de pergula provintie malchie (sic) eiusdem ordinis super quadragesimale quod dicit' gra dei. in quo cotinentur diversi sermones pro ut divina gratia mihi indigno et peccatori administravit. Anno dni. M. CCCC. LXXIII. *Ad lineam xvi. primae paginae folii vi.*

Explicit epistola

et protinus

In noie dni Jhesu. Incipit quadragesimale editum a fratre Bartholomeo de filiis vrsi. ordinis frm mino4. quod dicit' gratia dei.

Titulus primi sermonis ita se habet: DOMINICA IN SEPTVAGESIMA DE ETERna btitudine in coi. de qua tria videnda sunt. Primo de eius diffinitione. secundo de eius participatione. tercio de eius augmentatione. Sermo. I. *Idem titulus legitur quoque in principio cujuslibet Sermonis. Opus concluditur cum Sermone in* SABATO POST DOMINICAM resurrectionis, *qui desinit in folio recto cccxxxv. linea xvii. Subnectitur* Registrum foliorum hujus libri, *quatuor columnis impressum, quod in postica pagina terminatur verbo*, FINIS.

In folio parvo... XI. C. 26.

Ex verbis Epistolae *Francisci Tuppii*, supra relatis, conjici potest primo, hoc Quadragesimale potius tribuendum esse *SS. Bernardino*, et *Jacobo Marchiae*, quam *Bartholomaeo de Ursinis*, *qui* ut ibidem innuitur, *tale opus ordinavit, composuit, et in lucem rediit*, licet *Waddingus*, aliique Scriptores aliud senserint, et opus *Bartholomaeo de Ursinis* adscripserint. Conijcitur insuper *Neapoli* fuisse impressum per Germanum Typographum *Sixtum Riessingerium*, quod ostendunt etiam characteres, et impressionis modus; nam in officina laudati Typographi *Franciscus Tuppius* ea tempestate operam suam praestabat. Conijcitur tandem annus impressionis; nam quum in Epistola dicatur, quod *Bernardinus Gerardinus Amerinus* hoc opus suis sumptibus imprimi curavit eodem anno, quo ad Praesulatum supremum Vicariae quater a Rege vocatus extitit, id omnino accidit circa annum 1478. Vide *de Origine Tribunalium Urbis Neapolis Nicolai Toppii Par. I. pag. 95.* et *96.* et *Par. III. pag.* 2. et *3.* Rarissima est haec editio, dummodo integra sit, et Epistolam *Tuppii* in se habeat, quod raro accidit; uti videre est in aliis quatuor exemplaribus extantibus in hac Regia Bibliotheca, in quibus laudata Epistola desideratur. Solertissimus Typographus in codice isto imprimendo chartam densam, compactam, et albam elegit; characteribus usus est rotundis, et nitidis; hisque lineas 40. in paginis implevit. Signaturae nullae occurrunt in amplis marginibus, nulli custodes, aut paginarum numeri; aeque deerant initiales litterae, quae suppletae conspiciuntur a Miniculatore, vario colore, prima excepta, quam idem Illuminator adfabre depinxit, floribusque decoravit, et stemma gentilitium ignoti Possessoris in inferiori ora marginis adposuit.

—— Exemplar alterum .... XIII. E. 14.
—— Exemplar tertium .... XI. C. 11.
—— Exemplar quartum.................................. III. F. 16.
—— Exemplar quintum .... III. F. 13.

Ursi Roberti Ariminensis. IC. Epigramma in libros Fastorum Ovidii *ex interpretatione* Pauli Marsi. *Vide* Ovidii.

U T

Utino Leonardi de. Sermones Quadragesimales de Legibus. *Desunt huic nostro exemplari aliqua folia in principio. Ad lineam xxvii. secundae columnae ultimi folii recti, Typographus haec verba excudit:*

Impressi sunt hii (sic) sermones Venetijs per
Frãciscũ d' Hailbrun. et Nicolaũ d' Frãk
fordia socios. Laus deo.
M. CCCC. LXXiii.

In folio parvo.. XIII. C. 13.

Editio haec satis venusta non tam chartae nitore, quam characterum semi-gallo-francorum elegantia adparet. Gemina columna extat in paginis quibuslibet, et lineae 52. numerantur in columnis integris. Signaturas, custodes, aut foliorum numerus reperire mihi haud contigit; nam opus hujusmodi signis destituitur; et initiales quadratis spatiis tantum indicatas oculis intuentium offert.

—— Alia editio. *Legitur in prima columna folii primi:* Excellentissimi viri: sacra4 lrarum interpretis subtilissimi: mgri Leonardi de Vtino divini ordinis fratrum predicato4 quadragesimales sermones de legibus: etiam dominicales Ita doctorum quorundam hoim studio atq3 industria per tabulam vm alphabeti ordinem registrati: vt quisq3 vel mediocriter doctus de singulis dnicis sermones per integrum annum facillime decerpere possit: incipiunt feliciter. Sermo primus de peccato gule. *In secunda columna folii aversi cccxlviii. post lineam sextam sequentia verba occurrunt:* Theologie doctoris pcipui Leonardi de vtino divi ordinis fratrũ predicato4 qdragesimales sermones ad p pl'm. per doctum quendam hominem secundũ alphabeti ordinem mirifica industria sic registrati. vt quacunq3 de re: et quocunq3 tempore quis predicaturus sit: uberem materiam facillime invenire possit: emendatissime impressi Vlme per Johannem Zainer finiunt feliciter. Anno a natali christiano. 1478. *Post album folium sequitur Tabula, quae in quibusdam exemplaribus extat in principio; haec autem constat foliis 27., quorum primum rectum in prima columna continet Editoris Epistolam Nuncupatoriam, sub epigraphe:* Venerabili ac religioso patri: Lodovicho fuchs theologie doctori precipuo ac digno priori vlmensis cõventus ordinis predicato4. frater foelix sacra4 litera4 lector indignus: et eiusdem conventus filius. Salutem dicit plurimam. *Hanc excipit in eadem columna* Modus querendi in tabula; *et in secunda columna,* Incipit tabula feliciter. *Ad calcem hujus:* Quadragesimalium sermonũ. Leonardi de vtino Theologie doctoris ordinis predicato4 tabula: et illa quidem eiusmodi: vt non facile cuiq3 materia occurrere possit: cujus resolucõ p ipsam non indicetur: impressa vlme cum eisdẽ s'monib' p Johannẽ Zainer finit feliciter ad septimũ Idus Marcias anni a natali christiano millesimi qdringentesimi septuagesimioctavi. Qui eã fecit sit felix iuxta nomen suũ qd' est felix.

In folio maximo.. III. G. 7.

Nescio cur in *Catalogo Ducis de La Valliere pag. 240. n. 693.* ab Eruditiss. *Guilielmo de Bure* haec *Ulmensis* editio *Sermonum F. Leonardi de Utino* appelletur *Primiere Edition*, quum prima hujus operis sit *Veneta anni 1473.* supra notata, uti innuunt, etiam *Maittairus Ind. 11. pag. 13. Denis pag. 45. Weisling. pag.33. Poggio Notizie* etc. *pag. 54.* aliique rei Bibliographicae Scriptores. Idem *Maittairus pag. 392.* sub diverso titulo hanc nostram notat editionem, *pag. 394.* scilicet *Leonardi de Vtino loci communes concionatorum Vlmae 1478.* quum sit unus idemque liber. Verum quicquid sit de falso primatu hujusmodi venustae editionis, ipsa est eximiae raritatis, uti docet ipse *de Burius* citato loco, qui eam nominat *fort rare.* Character semi-gallo-franci moduli in columnis integris lineas 60. adimplet. Custodes, signaturae, et numeri plagularum absunt; verum singuli sermones in superiori margine litteris, et notis Arabicis sunt signati. Papyrus longitudine, latitudine, firmitate, et albedine micat. Pro initialibus vacua spatia extabant, sed eae Illuminatoris industria colore vario suppletae cernuntur; prima excepta, quam ille floribus adfabre exornavit.

—— Exemplar alterum .... III. G. 2.

—— Alia editio. *Praecedit* Tabula omniū Sermonū cōtento4 hoc ī volumine *in averso folio primo; et in secundo recto incipiunt* Sermones Quadragesimales de Legibus fratris Leonardi de Vtino. Sacre theologie doctoris ordinis predicatorum. Sermo primus de peccato Gule. *Sermo xlviii.* de Resurrectiōe Jhesu xp̄i *desinit in folio averso ccccii. et in sequenti pagina legitur Editoris Epistola, sic inscripta:* Matheus plegaphetta doctor et comes Vincentin'. Religioso et humanissimo viro dn̄o Nicolao rubeo. Veneto. Sancti Leonardi Antistiti dignissimo S. P. *Huic epistolae subnexa est sequens notitia typographica:*

Impensa
et diligentia maxima
Stephani Koblinger de Vienna
impressum hoc op' p̄clarissimū
Vincētie octavo calēd'
decembris.
M. CCCC. LXXViiii.

In folio .... III. E. 2.

Paginas hujus voluminis bipartitas amplis cinxit marginibus Typotheta, qui lineas 52. semi-gallo-franci characteris elegantis, cuivis columnae adtribuit. Signaturae elementorum seriem complectuntur, quibus adhaerent Arabici numeri. Nullus custos, aut foliorum numerus margines occupat; neque initiales aderant, sed Miniculator eas supplevit rubro colore.

—— Exemplar alterum .... III. C. 3.

—— Exemplar tertium .... III. D. 10.

—— Quadragesimale aureum. *Initio operis legitur:* Quadragesimale aureū editum p egregiū excellentissimū ac famosissimū artiū et sacre theologie doctorē frēm Leonardū de Vtino almi ordīs frūm predicatorū ac doctrine angl' acutissimū defensorē feliciter incipit. *Spatio unius lineae interjecto, sequitur:* TV AVTEM CVM IEIVNAS VNGE CAPVT tuum. Matth. vi. Quoniam multis foris absconditus erat ac pre nīa volumīs q̄ntitate a paucis acq̄ri poterat igit' ego indigne tanti viri discipl' eius nomen pre admiratiōe vix proferri valeo tn̄ ob-

scuris me involvā magri Leonardi Vtinensis opus abreviatū pl'ibus cum iterari cupiens in hac forma redegi. Primo ieiuniū commendatur quadruplici testimonio. *Octuplo argumento, ut in aliis materiis solet, Auctor jejunium commendare studet. In aversa folii cc1 pagina, linea 1x. ultimus terminatur sermo, cui subjecta habetur anni notitia, scilicet:* M. CCCC. LXXI. *In antica pagina ultimi folii adjectum est Editoris monitum ad lectores, quod hic adscribere volo:* Vt facilius pateat intuenti quicq̃d in serie huius libri continet'. paucis hiis declarabitur verbis. In primis xlii. sermones in se continet in quorū introductione ita procedit. Quatuor in p̄mis adducit leges. Sc. nat'alem divīalem, pph'alem et hūanalē. In p̄ma ponit rōnes q̄tuor nat'ales. q̄tuor auctoritates ph'orū. quator (sic) auctoritates poetarum et q̄tuor exempla gentilium. In sc'da ponit q̄tuor exempla sive notanda antiquorū patrum veteris testamenti. In tertia ponit q̄tuor auctoritates ph'rum. In q̄rta ponit quatuor r̄ones iuris civ̄ilis. Istis expletis in quolibet sermone q̄tuor alias leges ponit. Sc. evangelicā. apl'cam. canonicā. et eccl'iasticā. In p̄ma ponit quatuor auctoritates q̄tuor evangelistarū. In scd'a quatuor auctoritates apostolorū. In tertio q̄tuor ratiōes q̄s probat ex iure canonico. In ultīa vero ponit q̄tuor auctoritates q̄tuor doctorū eccl'ie videlicet Gregorii Ambrosii Jeronimi et Augustini. Et ista est forma sermonum in hoc volumine contentorum. *Sequitur exinde Elenchus Sermonum.*

In folio parvo .... XIII. E. 25.

Editio haec est rarissima, et omnium hujus operis prima, de qua *Quetif.* nullam notitiam habuit. Incertus est locus impressionis; nec non incertus est Typographus; ast si character consideretur, qui est Romanus minusculus, ac nitidissimus, ita ut ex argento (quod bene *Seemiller pag. 35* animadvertit) fusus videatur, *Venetiis* per *Franciscum Renner de Hailbruun*, qui anno 1472. in excudendis *Roberti Caraccioli* Sermonibus eodem usus fuit, praesentes sermones in hac typographia vulgati videntur. Papyrus est mundissima, firma admodum, ac polita. Deerant litterae initiales, quas Miniculator supplevit coloribus variis; desunt insuper custodes, signaturae, ac numeri paginarum, in quibus lineae 36. occurrunt. Sermonibus nullus est praefixus titulus. Singulis eorum praemissus est S. Scripturae locus, qui thema constituit, capitalibus litteris expressus.

—— Exemplar alterum .... III. C. 1.
—— Exemplar tertium .... III. D. 8.
—— Exemplar quartum .... III. E. 9.
—— Exemplar quintum .... II. E. 32.
—— Sermones de Sanctis. *Praemittitur in postica pagina folii primi* Tabula omniū Sermonū contentorū in hoc volumine. *In folio sequenti legitur hic titulus impressus in summitate columnae primae:* Sermones aurei de Sanctis Fratris Leonardi de utino sacre Theologie doctoris ordinis p̄dicato4. Prologus. *Terminatur hic Prologus ad lineam v11. secundae columnae folii tertii recti, et primus* Sermo *est* In festo gloriosissimi confessoris sancti Leonardi. *Ultimus:* In dedicatione ecclesie sancti Petri martiris de Vtino. *Ad calcem hujus:* Expliciūt Sermones aurei de sanctis p totū ānum: quos ɔpilavit magister Leonardus de Vtino sacre theologie doctor ordinis fratrū p̄dicato4. Ad instātiā et ɔplacētiā magnifice coītatis vtinēsis: ac nobiliū viro4 eiusdē. M. cccc. xlvi. in vigilia beatissimi patris nostri Dn̄ici ɔfessoris. Ad laudem et gloriam dei oīpotētis et toti' cure triūphātis. *His verbis subnectitur subscriptio:* Predicto4 sermonū opu-

sculū Venetiis extat im̄pssū p̄ Ioh'em de Colonia sociūq3 ei' Joh'em manthen de Gherretzem q̄ eiusdem laboratorib' ī expēsis p̄viderūt. M. cccc. lxxv.
In 4.° .... III. C. 5.

Opus constat foliis 312. typo gallo-franco impressis. Paginae bipartitae sunt, et in quavis columna occurrunt lineae 40. Volumen destitutum cernitur numeris plagularum, et custodibus, haud vero signaturis, quae instructae sunt elementis, numeris Arabicisque. Initialibus adpingendis spatia reliquit Typographus, quas minime Miniculator supplere curavit.

—— Exemplar alterum .... H. D. 12.

—— Alia editio. *Praemissa est in postica pagina folii primi* Tabula omniū sermonū otentorum in hoc volumine ; *et in fronte primae columnae folii secundi recti legitur :* Sermones aurei de Sanctis Fratris Leonardi de vtino sacre Theologie doctoris ordinis predicato4. Prologus, *qui in aversa facie ad lineam xxxvi. terminatur. Tum incipit :* In festo gloriosissimi confessoris sancti Leonardi Sermo: *Ad lineam xxvi. primae columnae folii aversi ccx. haec verba occurrunt :* Expliciunt Sermones aurei de sanctis p̄ totum annum : quos compilavit magister Leonardus de Utino sacre theologie doctor ordinis fratrū p̄dicatorū. Ad instātiam et cōplacentiam magnifice omunitatis Utinensis ac nobiliū virorū eiusdem. Mccccxlvi. in vigilia beatissimi patris nostri Dominici ofessoris. Ad laudē et gloriā dei Om̄ipotentis et toti' curie triūphantis. *Exinde :* Anno Incarnationis dn̄ice Millesimoquadringentesimoseptuagesimooctavo. Undecimo vero Kl'. februarij. Hiiq3 denuo impressi sūt Sermones Nuruberge p̄ Autoniū Coburger incolā p̄fati opidi cui' op' īdustria fabricatū q̄ attente finit felicit'. Laus in divinis enti d' hui' fine oplementi.
In folio majori .... III. G. 3.

Litterae, quibus impressum est hoc opus, sunt gallo-francae majusculae, ac pingues; charta vero compacta, sed fusca, et minus polita. Quaevis pagina duas exhibet columnas, et unaquaeque earum continet lineas 50. Primae cujuslibet Sermonis lineae sunt litteris uncialibus gallo-francis expressae; et initiales, quas Impressor neglexerat, Illuminator supplevit rubro colore, immo et primam operis coloribus variis, et floribus quammaxime decoravit. Signaturae, et custodes desiderantur; paginarum vero numeros ipse Typographus indicavit Romano more; sermonesque in superiori margine adnotavit.

—— Alia editio. *In folio primo averso imprimitur Tabula, ut in praecedenti editione; a secundo autem recto Prologus initium sumit, sed verba leguntur hujusmodi :* Sermones aurei de Sanctis fratris Leonardi de Vtino sacre theologie doctoris ordinis p'dicato4. Prologus. *Ad calcem operis sequens exprimitur subscriptio :* Predictorū sermonū opusculum Vincētie extat īpressū p̄ Stephanū Koblinger de Vienna. impēsa et diligentia maxima. M. cccc. lxxx.
In 4.° parvo .... III. B. 15.

Hujus voluminis paginae, partitae in binas columnas, occupant lineas 38. characteris semi-gallo-franci. In marginibus superioribus nullum excuditur signum; in inferioribus occurrunt tantummodo signaturae elementis, et Arabicis numeris notatae. Initiales parvis spatiis indicatae fuere; et charta firma, et alba conspicitur.

—— Exemplar alterum .... III. C. 15.

—— Alia editio. *Legitur in prima columna folii primi :* Sermones aurei de Sanctis Fratris Leonhardi (*sic*) de vtino sacre theologie doctoris ordinis p̄dicatorum. Prologus. *Post lineam* VII. *secundae columna in antica pagina ultimi folii :* Expliciunt sermones aurei de sanctis per totum annum. quos compilavit magister Leonard⁹ de utino sacre theologie doctor ordinis fratrum predicatorum. ad instantiam et complacentiam magnifice cōinatis Utinensis ac nobilium virorum eiusdem. Mccccxlvi. in vigilia beatissimi patris nostri Dominici confessoris. Ad laudem et gloriam dei Omnipotentis et totius curie triumphantis. Laus deo. *In secunda ejusdem folii pagina extat* Tabula omnium Sermonum cōtentorum in hoc volumine ; *et in prima facie sequentis folii occurrit* Registrū hujus libri. In 4.° parvo... II. C. 37.

Sine ulla typographica notitia. Chartae firmitas, et albedo, nec non semi-gallo-francorum characterum nitor plurimum commendant hanc editionem, quae admodum vetusta adparet. Ejus margines destituti conspiciuntur numeris plagularum, custodibus, et signaturis. Ubi initiales adpingi debuissent, Typotheta spatia reliquit. Paginae in columnas binas partitae sunt, easque lineis 45. implevit Typographus. Editio haec pluribus Bibliographis, quos evolvi, ignota fuit, ne *Quetiffo* quidem excepto, qui alias editiones hujus operis recensuit.

W A. W E.

WALLEIS JOANNIS DE. Summa, *sive* Communiloquium, *septem partibus constans;* Compendiloquium, *partibus decem;* Breviloquium, *partibus quinque*; De vita Religiosa, *partibus tribus, quae appellantur* Dietarium, Locarium, *et* Itinerarium. *Praemittitur operi* Tabula per ordinem Alphabeti omnium in summa Joannis Valensis contentorum, *quae 55. occupat foliola. Cuilibet parti praemittuntur Index titulorum, et Auctoris Prologus. In fine operis:* Exactū insigne hoc atq3 precla4 opus: ordinarium sive alphabetū vite religiose a fratre Joanne Valensi editum. Impressum venetijs per Georgium de Arrivabenis mantuanum. Anno domini. Mccccxcvi. die penultima iulij. *Sequitur* REGISTRVM, *et in prima pagina ultimi folii extat signum Typographi, jam alibi notatum.*
In 8.° .... II. B. 54.

Auctor hujus operis quisnam sit, adhuc sub judice lis est. Putant quidam eum esse THOMAM ANGLICUM patria *Wallensem*, quem alii *Galensem*, seu *Gualensem* nuncupant, Ordinis Praedicatorum Alumnum, qui claruit sub annum 1322. Ita docent *Quetif. Tom.1. Script. Ordin. Praedic. pag. 597.* et *Possevinus Adpar. Tom. 11. pag. 476.* Ast *Lucas Waddingus pag.143. Script. Ordin. Min.* strenue suo ordini hunc Auctorem vindicat, auctoritate plurimorum magni nominis Scriptorum. Id utique patet etiam ex titulo excuso in principio cujuslibet *Prologi*, ubi dicitur: *Incipit prologus in communiloquium a fratre Joanne Valensi de ordine fratrum minorum editum.* In binas columnas distribuitur pagina, et quaelibet earum perficitur lineis 38, gallo-franci nitidi characteris. Charta est firma, et alba admodum. In margine superiori quaelibet operis pars, partisque distinctio indicata legitur, nec non foliorum numeri visuntur, qui sunt 305. In inferiori vero Typographus signaturas impressit, instructas litteris, arabicisque cifris: neglexit autem reclamantes; et pro initialibus parva elementa adposuit.

—— Exemplar alterum .... II. B. 57.

WARNEFRIDI PAULI. *Vide* Pauli Diaconi, *et* Scriptores historiae Augustae.

WENCESLAI Regiae Cancellariae Scribae. Epistolae *duae, quarum prima ad* Joannem de Buchaw, *altera ad* Canonicos Wratislaviensis Ecclesiae; *data* Viennae. *Extant cum Epistolis* Aeneae Silvii Picolhominei. *Vide* Picolhominei.

WERNERI ROLEWINCH. Fasciculus Temporum. *Vide* Rolewinch.

W I

WILHELMI EPISCOPI LUGDUNENSIS. *Vide* Paraldi.

WISSELKERC GUILIELMI AEGIDII. Liber desideratus super celestium motuum indagatione sine calculo. *Is titulus legitur in prima voluminis pagina. Secundum Folium continet Epistolam, sic inscriptam :* Reverendissimo in Christo patri ac Domino meo observādissimo. D. Georgio de Cruce Trebenensi Mercanensiq3 Episcopo Boninus Ragusaeus salutem. *In tertio folio,* Equatorii celestis motus sine calculo. utilitatum tabula cum canonum particularium titulis. Feliciter incipit. *Haec vero desinit in prima pagina folii quarti, his verbis :* Et hic finis titulorum canonum particularium libri desiderati sup celestium motuum indagatione sine calculo. in honorem conditoris oīum. qui et nos cōservare dignetur in evum. Amen. *In secunda pagina incipit* Prologus, *qui absolvitur in folio quinto averso. In sequenti,* Equatorii celestis motus sine calculo Canonum expositio Guillermi (sic) Egidii de uuisselkerc zelandini. Feliciter incipit. *Opusculum terminatur ad lineam xxiv. folii xxvi. recti; et protinus subduntur sequentia verba:* Et Finis expositionis canonum libri Desiderati equationis celestium motuum sine calculo. in honorē syderum conditoris qui et nos conservare dignetur in evum Amen. Ex carpeñ. Guillermum (sic) Egidii de uuisselrerc ex Zelandia. 1494.
In 4.°.. VIII. B. 63.

De hoc Opusculo haec scribit *Marchand, Histoire de l' imprimerie pag.. 89. Mais, que veut dire CARPEN? GESNER, Bibliothecae Universalis fol. 286. FRISIUS, Epit. Biblioth. Gesneri pag. 299. SPACHIUS, Nomenclatoris philosophici pag. 365. FR. SWEERTIUS, Athenarum Belgicarum pag. 297. VALERE ANDRE, Biblioth. Belgicae pag. 305. OUDBEIT, en Gestigt vari Zeeland pag. 75. HEINDREICH, Pandect. Brandenburg pag. 45.; et PIETER DE LA RUE, Geletterd Zeeland, pag. 292. parlent bien tous d' un livre de semblable Titre, imprimé en 1494, in 4.: mais comme ils n' indiquent aucun lieu d' Impression, on n' en sauroit tirer aucun secours pour expliquer cet erange CARPEN. Peut-être faudroit-il CAMPEN. Quoiqu'il en soit, tous ces Auteurs attribuent cet Ouvrage à un GUILLELMUS AEGIDIUS, ou GILLIS, Zelandois; mais, GESNER et ses Abbréviateurs le font mal de VISSELRECH, et VALERE ANDRE de WILSKERK, ou lieu de WISSEKERKE en ZUYD-BEVELANDT. C' étoit un Mathématicien, dont l'on avoit alors une si haute Opinion, qu'on fit ce distique a sa louange.*

In Coelo scribens Stellam sedisse videris
Indagat Motus cum tua Dextra leves:

Mais, ses Historiens ne lui rassembloient guere à cet Egard; car, excepté SWEERTIUS, et M. DE LA RUE qui l' a copié, ils s'accordent tous à estroupier le Titre de son livre, en y mettant SINE CALCULO, au lieu, de SIVE CALCULO, que le sujet indiquoit naturellement; et comme pour rendre Bèvue indubitable, HEINDREIC a trouvé bon de mettre ABSQUE CALCULO. Ex Epistola Nuncupatoria operi praefixa, quam supra retulimus, evincimus Typographum hujus editionis fuisse *Boninum de Boninis*, qui ea tempestate *Brixiae* impressoriam artem exercebat; uti revera characteres, quibus ipsum opus excusum cernitur, qui latini sunt, satis ostendunt. Desunt foliorum numeri, reclamantes, et initiales; signaturas tamen suo loco impressit Excusor, instructas litteris sociatis Romanis numeris; lineis vero 38. perficiuntur integrae paginae.

W O

Wolgemuth de Hilsberg Ludovici. Trilogium animae. *Prima pagina ornatur Sanctorum iconismis xylographicis, et iisdem imminent hujusmodi verba:* Trilogium anime non solum religiosis verū etiā secularibus. predicatoribus. cōfessoribus. contemplantibus. et studentibus lumē intellectus et ardorem affectus amministrans. *In folio secundo recto occurrunt duae Epistolae impressae, quae desinunt in secunda ejusdem pagina. Primae praefigitur inscriptio:* Frater Paulinus de Lemberg ordinis mino4 de observantia olim p'vincialis vicarius p'vincie bohemie fratri Nicolao Glasberg de Moravia eiusdem ordinis p'fesso in Nurēberga confessori q' opus Ludovici de prussia impressoribus tradat ad imprimendū ut ad cōmunem utilitatem deveniat. *Secundae, quae responsum continet, haec imminent verba:* Nicolaus Glasberg de Moravia predicto patri Paulino et q' opus impressoribus tradidit indicat. *Tabulae operis incipiunt in folio tertio recto, quae cum rebus indicatis quinque priores occupant fasciculos plagularum. Sequitur deinde* Prologus in Trilogium anime, *qui integrum complectitur fasciculum, una pagina vacua excepta. Opus tandem exordium sumit, cui praecedit hujusmodi titulus:* Incipit Trilogium anime cōpilatum a venerabili patre et fratre Lodovico de prusia Ordinis mino4 de observātia. *Ad calcem voluminis legitur:* Finit op' insigne tripartitum Dé anime videl. potentijs passionib' habitibusve. Initiatū: cōtinuatū ad Theosebiā in devotissimo sctī Bernardini loco suburbij p'clare cristianissime urbis Brūnēsis marchionatus Moravie: Currente anno. 1493. Post hoc in imp'iali civitate Nurmberg ad preces fratrū mino4 ibidē cōmorantiū. p' Anthoniū Koberger ad laudē dei impressum et ad hūc usq3 finē feliciter p'ductū. Anno dñi. M. cccc. xcviij. vj. die Marcij. In 4.° parvo.. II. A. 30.

Columnae duae extant in pagina unaquaque, et elementa gallo-franca summam perficiunt linearum 45. in columnis quibusvis integris. In marginibus lateralibus argumenta leguntur; partes, et libri earumdem indicantur in superioribus. Initiales parvae sunt; custodes, et numeri foliorum in hoc volumine signato litteris, cum Arabicis numeris, haud reperiuntur.

X E

Xenophontis opera in hoc volumine impressa.

Xenophon de Venatione : per Omnibonum Vincentinum in latinum traductus.
Xenophontis liber de re publica et de legibus Lacedaemoniorum Francisus Philelfus e graeco traduxit.
Xenophontis Oratio de regis Agesilai Lacedaemoniorū laudibus : p Philelfū traducta.
Xenophontis Apologia pro Socrate per Leonardum Aretinū in latinum conversa
xenophontis opusculum de Tyrānide per Leonardum Aretinum traductum
xenophontis libellus de Aequivocis.
Paedia Cyri Persarum regis.

Haec omnia in fronte folii primi recti leguntur ; in aversa pagina occurrit Epistola, cujus inscriptio: Illustrissimo Principi ac dño. d. Joanni uuocestre comiti. *In secundo incipit* Xēophōtis de vēatiōe libell⁹ a clarissimo viro Omnibono Leonicēo ī latinū traduct⁹. *In folio .ix. averso praemittitur* Libro de Re Publica *praefatio sic inscripta* : Ad sapientissimum et sanctum virum et clementissimum patrem. D. Nicholaum S. Romanae ecclesiae Cardinalem : Francisci Philelphi praefatio in xenophontis lib4 de re publica Lacedaemoniorum. *Ad lineam xxxi. folii recti xiv. legitur Epistola tertio opusculo praefixa: sic inscripta:* Ad sapientissimū ac Sanctum vir4. d. Nic. s. R. ecclesie Cardinalē Frācisci philelfi p̄fatio in Xenophōtis orationē de regis Agesilai Lacedaemoniorum laudibus. *In folio xxi. averso incipit* Xenophontis Apologia pro Socrate per Leonardum Aretinum e graeco traducta, *quam excipit in folio xxii. recto ad lineam vi.* Xenophontis Leonardi Aretini traductio de tyrānide. *Folium xxvii. continet opusculum* XENOPHONTIS DE EQVIVOCIS. *In folio xxviii. incipit* PAEDIAE CYRI REGIS PERSARVM A XENOPHONTE COMPOSITAE : PER FRANCISCVM PHILELPHVM E GRAECO IN LATINVM TRADVCTAE LIBER PRIMVS. *Liber viii. et ultimus desinit ad lineam xix. primae paginae folii xcvi. hac conclusione :* Huic autem Cyri Paediae : Idem Franciscus Philelfus eques auratus Laureatusq3 poeta extremam imposuit manum. Mediolani ad. xi. Calen. Octobres. Anno a natali Christiano Millesimo quatrigentesimo sexagesimo septimo. *In aversa pagina legitur decastichum Epigramma, sic inscriptum:* Calliphilus Bernardinus Robiatinus in Xenophontis libros de Cyri paedia : per clarissimum oratorem Poetamque Franciscum Philelfum auratum : de graeco in latinum conversus.

Qui cupitis populis reges dominarier aeque :
Discite me tandem discite : nam doceo.
Attica musa vocor. dium Xenophonta vocarunt
Nos alii : Graecis multa legenda dedi.
Unius excelsi paediam scripsimus omnem
Principis : ut vivat rex bene quisque sibi.
Persarum sanctas per me tu consule leges
Et per me laudes concipe quasque tibi.
Edoceo bellum : pacem quoque iure tuendam
Imperitare simul : imperiumque pati.

In folio parvo.. XI. E. 23.

Editio, uti videtur, Bibliographis ignota est, et licet expressam notam chronologicam haud habeat, inter editiones tamen Saec. xv. non dubito eam referre. Paginae spatiis interlinearibus consuetis absolutae continent lineas 43. rotundi characteris, quo, ni fallor, usus fuit *Bernardinus Vercellensis* Typographus Venetus. Signaturae in inferioribus marginibus extant indicatae litteris A-E. *a-m*, et numeris Romanis. Numerationis, et custodum nullum cernitur in marginibus signum; pro initialibus spatia relicta sunt, inscriptione superioribus adposita marginibus.

—— Alia editio Cyropaediae *tantum*, *eodem* Francisco Philelfo *interprete, et cum ejusdem Praefatione ad* Paulum II. *cujus inscriptio ita se habet.*

FRANCISCI PHILELFI PRAEFATIO IN XENOPHONTIS LIBROS DE CYRI PAEDIA AD PAVLVM SECVNDVM PONTIFICEM MAXIMVM.

Prolixior est haec Philelphi Praefatio, *ut pote quae octo paginas, et lineas decem occupat. In ea totus est, ut omni argumentorum genere probet, Monarchiam aristocratiae, et democratiae antecellere. Ad calcem folii aversi cxlv. occurrit eadem conclusio*: Huic autem Gyri etc. etc., *ut in praecedenti editione et in sequenti pagina legitur Epigramma* Calliphili Bernardini Robiatini *in commendationem* Cyropaediae *per* Philelphum *versae.*

In 4.°.. XII. D. 39.

Bolongaro Crevenna Tom. iv. pag. 69. appellat hanc editionem *Tres rare*, eamque suspicatur esse excusam non longe ab anno 1476. Hoc item scripserunt *Maittairus pag. 348.* et *Denisius in Supplem. pag. 43.* Immerito tamen; nam in quibusdam exemplaribus hujuscemodi rarissimi libri, occurrit Typographica notitia, quam refert *Audiffredus pag. 343.* uti videre est in exemplo extante in *Biblioth. privata Pii PP. vi.* ubi legitur post conclusionem operis : *Huic autem Cyri Paediae* etc. etc. sequens typographica notitia : *Hoc opus diligenter emendatum impressum est Romae opera et impensa magistri Arnoldi de Villa die decimo Martii mcccclxxiiii.* quae quidem nota, ut ipse *Audiffredus c. l.* fatetur, in aliis exemplaribus a se visis omnino desideratur; eadem vero non parum confert ad complementum historiae Romanae Typographiae. Ipsa enim patefacit ignotum nomen Typographi, qui cum neutro ex duobus *Arnoldis*, scilicet BUCKINCK, et *Pannartz*, confundi potest; uti inter caetera demonstrat character, quo excusus est liber, qui non modo Romanus est, nullique ex praestantioribus characteribus, a coaevis Typographis adhibitis, secundus, sed alius omnino a characteribus, quibus usi sunt uterque *Arnoldus*, aliique

Romani Typographi. Insuper in hac editione observantur reclamantes, quod raro contingit in editionibus praesertim Romanis, Saec. xv. Signaturis tamen, numeris, et registro destituitur opus. Idem Excusor usus est Commate incurvo, ejusdem pene figurae, quae est hodie. Exemplar amplo splendet margine: singulorum librorum inscriptiones majusculo sunt charactere: paginarum integrarum lineae sunt 32.

—— De Equivocis. *Vide Tom. 11. pag. 162.* et *sequens Art.* Nannii Joan. Viterbiensis.

—— De Tyrannide. *Vide* Vergerii Petri.

YO

Yonata Marino Angionese. *Poema italicum, tristichis rhythmicis conscriptum, cujus titulus,* Giardino, *tribus constans partibus. In summitate primae columnae folii primi recti:* Comensa la prima parte del Giardeno cõpilato et cõposto dal Angionese Marino yonatha al divoti et fideli Christiani de fugire leterna morte. Canto primo dove induce el Gipzo per sua guida. Canto xxviii. *desinit in folio recto* xxvi. *signato* d iiij. *In aversa pagina:* Finisce la prima parte del Giardeno del Angionese a dio gratia et ala sua dolce matre Amen. *Protinus* Seguita la secunda parte del dicto Giardeno ordinato dal Angione dove tracta d' suplicij et pene intrinseche et extrīseche de dãpunti (sic). Et primo de la largeza (sic) del inferno. Canto primo. *In folio liii. recto signato* h-ij. *ad lineam xiii. secundae columnae,* Fenisce la secunda parte d'l Giardeno del Angionese dove e dicto de suplicij et pene d' dãnati. A dio gratia Amẽ. *Haec secunda pars componitur xxxi.* Canti. *In eadem pagina,* Cõmenza la tersa parte del Gardeno (sic) cõpilato dal Angionese al devoti et boni xpiani de fugire la eterna morte dove se dira de la gloria et iubilo de beati. Canto primo como (sic) sono ordinati el celi. et dove e la cita del paradiso. *Tertia pars continet xlvii.* Canti, *quorum ultimus absolvitur ad lineam vii. primae columnae folii xcv. recti, hac conclusione:* Finisce la tersa parte del Angionese dove e dicto de li gaudii di beati. A dio grã et ala soa dolce matre Amen. Et fo compita da compilare a lanno del signore. Mccclxv. al di xvii. de Julio xiii. indictione. Et fo scripta nel dicto anno et cõplita nel mese di Novembre. Jhesus Maria Amen. *Sequitur* Tabula breve di q̃lo che si cõtene nel p̃sente Giardeno. *Huic tabulae, quae terminatur ad iii. lineam secundae columnae folii aversi xcvi. subduntur sequentia verba:* Lo Registro del libro. Sapiate ch' tucti son quaterni excepto che c. e b. et k son triterni et n. e quinterno. Deo gratias. Finisce lo libro del Giardeno del Angionese stampato in Napoli Anno dñi M. cccc. lxxxx. al xxviij. de Junio. *His verbis subnectitur tabella xylographica quadrata, quae signum Typographi in medio continet, scilicet truncum arboris nodosum: in parte superiori quadrati, inter lineas, quae ipsum circumdant, legitur ipsius Typographi nomen, nempe.* CRISTÃN' PRELLER. *Occurrit aliud folium, quod compactoris incuria sutum est in fine, continens in prima pagina brevem Epistolam, cujus inscriptio:* Sir Francisci Jonathe autoris geniti in opere pomarij figuratĩe nũcupati p̲ nobilẽ et egregiũ virũ Marinũ Jonathã Anglonensẽ edito a seq3 castigato epistola ad lectorem. *Epistolae subnectuntur sequentes versus:*

Proderet in lucẽ tam dignũ tãq3 canorũ
Hoc Bernardinus ionata fecit opus
Nõ prius ad lucẽ potuit p̲duciter istuc
Auctoris quoniã mors inopina fuit.

In quo cõsulit' quãtũ natura peregit
Et quo fit cũctis vita trahenda modo
Hoc eme qui vitã contẽnis ducere inertẽ
Hoc eme qui vivẽs vir bon' esse cupis.

In folio parvo . . . . XI. C. 22.

Typographum hunc fere nusquam obvium esse, docet silentium Bibliographorum. Ejus siquidem nomen neque in *Annalibus Typographicis Michaelis Maittairii*, *Denisii*, *Panzerii*, neque in aliquo alio Scriptore mihi licuit invenire. Opusculum ipsum, licet rarum, imo rarissimum, innotuit tamen *Maittairio Ind. II. pag. 54. Panzerio Tom. II. pag. 162. Haym. pag. 597. Rossi pag. 52. Maffei dell' Eloquenza Ital. pag. 52* et *Giustiniano pag. 10.* sed hi omnes neque descriptionem ullam hujusmodi editionis tradunt, neque de Typographi nomine ullum verbum faciunt. Quare dicendum, vel nunquam eos editionem hanc vidisse, et tantum ex aliorum narratione ipsam notasse; vel in exemplaribus, quae inspexeruut, haud contineri citatam xylographicam tabellam, in qua Typographi nomen excusum legitur. Egregium hoc Neapolitanae Typographiae Monumentum, quod rei Bibliographicae cimelium censeri debet, exprimitur elegantibus formis litterarum semi-gallo-francis, propius ad Latinum accedentibus, quae chartae firmae, et candidae inhaerentes, columnam integram (quum binae occurrant in paginis) perficiunt 46. lineis. Initiales parvae visuntur in spatiis; prima vero earum auro, et coloribus fulget; nullum custodem, aut numerum foliorum Typographus expressit.

Ysernia Andreae de. Apparatus expositus per eximium legum interpretem ANDREAM DE YSERNIA super constitutionibus regni. *Hunc titulum desumpsimus ex* Giustiniano, *pag. 27. nam in nostro Exemplari desunt duo folia in principio. In fine :* Explicit apparatus ɔpositus per eximiū Legum interpretem ac doctorem celeberrimum dn̄m Andream de ysernia sup̄ constitutionibus regni etc.etc.

Hoc martin⁹ opus mire fecit ordīe ɔdi
Sumptibus et cartis bibliopola suis
Sist⁹ hoc imp̄ssit sed bis tū ante revisit
Egregius doctor Petrus oliverius
At tu quisq̄s emis lector studiose libellū
Letus emas mendis nā caret, istud op⁹
Neapoli sub Ferdinādi
Regis invictissimi aureo
Seculo et augusta pace
M CCCC LXXII

Adcedit in sequenti folio aliud ejusdem Auctoris opus, cujus titulus hoc pacto in summitate primae columnae excusus legitur :

INCIPIT VTILISSIMVM R
EPERTORIVM CONSTITV
TIONVM ACCAPITVLOR
VM REGNI GLOSARVM ET
DOMINI ANDREE DE YS
ERNIA IN DICTA CONST
ITVTIONE.

Ad lineam xi. primae columnae folii ultimi recti:

Explicit solempnis (sic) et brevis libell⁹ seu
rep̄torium in practica q̄stōis regni Sici
lie et capitulorū et glosarū nec non et
dn̄i andree de ysernia i p̄dicta ɔstōe
SIXTVS RIESINGER

In folio magno.. XI. D. 12.

Convenit praesens rarissima editio, quoad characteres, chartae qualitatem, et opificium typographicum cum *Bartoli de Saxoferrato* opere, ab eodem Typographo impresso, de quo actum supra pag. 78. et 79. hujus voluminis.

—— Alia editio, *quae in secunda pagina primi folii habet Nuncupatio-*

riam Epistolam hoc pacto inscriptam: Franciscus Tuppi parthenopeus. ll. studiosus Excellentissimo Diomedi caraffe civi Neapolitano militi insigni Mataloniq3 comiti cōsiliario fido Serenissimi ac potentissimi Invictissimiq3 Ferdinandi arragonei Regis Siciliae Vngarie ac Hierusalem regis potētissimi clementissimi iustissimiq3 felicitatem. *In sequenti folio recto a prima columna*,

INCIPIT PEREGRINA LECTV
RA Vtriusq3 Juris monarche et ll. evange
liste. Domini Andree de Isernia super con-
stitutionibus et glosis Regni Sicilie Lege fe-
liciter.

Ad lineam vii. secundae columnae folii xcix. recti absolvitur opus, hac conclusione : Andree yserniensis lectura aurea finit super cōstitutionibus et capitulis regni Neapoli impressa. Sub aureo seculo ac iusticia clementia et pace augusta Illustrissimi Regis Ferdinandi pacifici. Impensa ope. opera Clarissimi domini Bernardini d' gerardinis de Aurelia (sic) militis comitisq3 palatini. magnam curiam vicarie regentis dicti Illustrissimi regis consiliarii fidi. Qui tum ob iusticie cultum regni Sicilie. tum ob decorem regis. tum ob utilitatem tribunalium ac pretorum hujus regni. Imprimi summa diligentia ꝑ alma civitate Neapoli curavit. ꝑmo Aprilis. Anno dñi. M. CCCC. LXXIX. etc. *In aversa facie habetur* Registrum. *Sequuntur duo folia vacua , et exinde :*

INCIPIT VTILISSIMVM RE
PERTORIVM CONSTITVTIO
NVM AC CAPITVLORVM RE
GNI GLOSARVM ET DOMINI
ANDREE DE YSERNIA IN DI
CTA CONSTITVTIONE.

In secunda columna primae paginae folii cxlvii , ad lineam xix. terminatur volumen , et addidit Typographus : Andree de ysernia solemnis et brevis libellus seu repertorium constitutionis regni Sicilie et capitulo4 et glosarum. Sub aureo seculo et augusta pace Illustrissimi ac potentissimi Regis ferdinandi pacifici. Finit feliciter. Impēsa ope. opera clarissimi domini Bernardini d' gerardinis de Aurelia militis comitisq3 palatini. magnam curiam vicarie regentis dicti Illustrissimi regis ɔsiliarii fidi. Anno dñi. M. CCCC. LXXIX. Die vero. x. Aprilis. etc. etc.

In folio magno .... XII. D. 8.

Hanc secundam hujuscemodi operis editionem primum excitavit *Giustiniano pag. 35.*: attamen secundum opusculum , seu *Repertorium*, minime ipsi innotuit; nec alius Bibliographorum eius mentionem fecit; adeoque primum nobis in medium profertur. Ambo haec duo opera excusa sunt charactere rotundo ejusdem *Sixti*, vel ejus socii *Francisci Tuppii* ; qui quidem typus in binis columnis , in quas paginae partitae sunt, summam perficiunt 60. linearum. Charta est valde compacta , et alba; et in amplis marginibus neque signaturae , neque custodes , neque foliorum numeri conspiciuntur ; desunt etiam initiales , et pro illis adpingendis spatia reliquit Typographus.

—— Commentaria in usum feudorum. *Praeit in aversa pagina folii primi Editoris Epistola sic inscripta:* Perloisius Ricius iuris civilis. Studiosus Anthonio de Alexandro iureconsulto sororio suo amantissimo salutem. *Nullus inest titulus operi, incipienti in sequenti folio a verbis:* Faciendi plures libros nullus est finis eccl⁹ ul'. etc. etc. *Opus desinit ad lineam xxv. primae columnae aversae paginae folii ccxxiv. et protinus sequitur Epistola Nuncupatoria, sub epigraphe:* Sixtus Riessinger et Frãciscus tuppi. Claro. V. J. Doctori famosissimo domino dño Johanni baptiste de bentivoglis de saxo ferrato Regio consiliario. Ac Illustris Ducis urbini secreto cõmendationem. *Ultima hujuscemodi Epistolae verba, quae editionem ipsam respiciunt, nobis placet hic exscribere:* Decet igitur nos potius arrogantis nomen summere (sic) q̄ ingrati ea causa profecto cū ego affatus Franciscus una cum peritissimo in caracterum inventore prenominato germano et fido compatre Sixto Riessinger. Qui tot tanta volumina lectura4 summi Bar. Avunculi tui. Qui iura civilia illuminavit tua ope in hac civitate impressa clareāt. Peritissimū ac clarum Andream Yser. in preludiis feudorum impressimus una cum paragraphis. una cū aditionibus (sic). Assistēte Doctissimo ac nobilissimo Petro Loisio partenop⁹ẜ (sic) legū doctissimo Comite pallatino (sic) qui nō solū q⁹ necessariū fuit exposuit. Verum etiā summis vigiliis opus peregrine correxit. Illum tue dominationi dedicatum mittimus ut legas et nos inter servos tuos enumera et ut soles Ama. vale feliciter. *Absoluta Epistola ad lineam xxiii. secundae columnae ejusdem paginae, adcedit sequens nota typographica:* Prestantissima et utilissima lectura in usibus feudo4 Clarissimi Andrre (sic) de yser. legū evangeliste impressa Neapoli sub aureo seculo. et augusta pace Ferdinandi Regis clementissimi in regnis Jherusalem. Ungarie. ac Sicilie triumphatoris et iusticie Zelatoris per venerabilem Sixtum Riessinger almanum Eiusdem Regis devotum atq3 fidelem servum. Die. v. februarii. Anno incarnatōis. Domini nostri Jh'u Xp̄i. CCCC. lxxvi. etc. (*Deest M. in principio numeri*) Sixtus Riessinger. *In sequenti pagina adest voluminis Registrum.*
In folio magno.. XI. D. 4.

Sunt procul dubio menda typographica, quae apud *Giustiniano pag. 32.* irrepserunt de anno impressionis hujuscemodi editionis; namque ibi legimus excusam anno CCCC. LXXXii. Ast non ita dicendum, quod legitur apud *Denis pag. 87.* et *Panzer Tom. II. pag. 158.* quum laudati Bibliographi referant editionem hanc ad annum 1477. excusam characteribus GOTHICIS cum SIGNATURIS in marginibus inferioribus. Typi, quibus hoc rarissimum opus impressum cernitur, sunt rotundi, et satis luculenti, et iis prorsus simillimi, quibus fulget praecedens editio. Charta insuper est alba, compacta, et perpolita; et paginae conflantur binis columnis, quae partitae sunt in 58. lineas. In latis marginibus neque signaturae, neque custodes, neque numeri foliorum impressi fuere; et folia, quae enumerare mihi placuit, sunt 225. Pro initialibus quadrata spatia reliquit Typographus, et Miniculator primam tantummodo supplevit vario colore.

—— Exemplar alterum.................................... XI. D. 5.

Issidori S. *Vide* S. Isidori.

Z A

Zabarellis Francisci de. Lectura super Clementinis. *Occurrit in postica folii primi pagina:* Francisci Moneliensis in lecturam Reverendissimi in Christo patris domini Francisci Zabarelle Cardinal' sup̄ Clementinis a se castigatā epl'a. *Auctoris Prologus, cui nullus praefigitur titulus, legitur in prima columna sequentis folii, quem excipit protinus in eadem columna opus ipsum post lineam lviii. et desinit ad lineam xxiii. columnae secundae folii recti ccxiv. Exinde sequens nota typographica habetur:* Lectura Reverendissimi in christo patris domini Frācisci de Zabarellis Cardinalis super clemētinis. per honorabilem virum Joannem magnum de Selgenstat exactissima diligētia impressa Venetiis. Anno incarnationis dominice. Milesimo (sic) quadringentesimo octuagesimo primo. xviii. mensis Januarii. Finit feliciter. *Huic subnexum cernitur signum rubrum Typographi, et in aversa pagina extat voluminis Registrum.*
In folio magno... V. I. 2.

Ex Epistola *Francisci Moniliensis* operi praefixa edocemur opus hoc fuisse excusum sumptibus *Johannis de Colonia* et *Nicolai Jenson Sociorum.* Binae columnae, et unaquaeque earum 67. linearum gallo-franci characteris occurrunt in paginis, quarum margines inferiores signati cernuntur litteris, et Arabicis notis; reclamantes vero, foliorum numeri, et initiales desunt.

—— Alia editio, *cui deest (saltem in hoc nostro exemplari)* Francisci Moniliensis *Epistola; et opus incipit sine ullo praefixo titulo, pro quo, a Calligrapho exscribendo, largum spatium reliquit Typographus. Prologo absoluto ad lineam iv. primae columnae aversae paginae, sequitur opus ipsum, quod absolvitur verbo* AMEN, *ad lineam xviii. columnae secundae primae paginae folii cccxliii. Additur deinde:*

Finit lectura eximii doctoris domini
Francisci de Zabarellis sup̄ clementi. (sic).
SIXTUS RIESSINGER.

In folio magno... XI. D. 10.

Giustiniano c. l. pag. 42. persuasit sibi editionem hanc praecessisse Venetam anni 1481. et coaevam fuisse Romanae 1477, excusae a *Georgio Laur.* Typis plane singularibus impressa est haec editio, qui nec Romani, nec Gallo-franci dici possunt; nam inaequales sunt ita quidem, ut sculpti potius, quam fusi videantur. Duplex columna extat in singulis paginis, quae complentur lineis 67. Charta plurimum candet; et soliditate, ac levigata superficie commendatur. Signaturis, custodibus, et numeris foliorum margines amplissimi carent omnino; et pro initialibus vacua spatia quadrata Excusor reliquit.

Zachariae Jacobi. Inscriptionum libellus, *a* Gabriele Apollonio *editus, cum ejusdem Epistola ad* Andream Brentium *praeceptorem suum. Haec enim incipit in folio primo recto ab epigraphe:* Gabriel Apollonius Andreae Brentio. S. D. *et desinit in aversa pagina ad lineam xvi. et protinus incipiunt* Inscriptiones,

quae terminantur ad lineam vii. folii recti xxviii. Adcedit Editoris conclusio Ad Lectorem. Hec pauca quae intra nume4 constringi potuerunt: breviter accurateq3 annotata sunt. Cetera: quia singula queq3 innumera et pene infinita sunt ad quae cum perventum esset: Plato cessare iubebat. Permittuntur cuiusq3 Docti et periti industrie atq3 experientie. Nam qui rerum capita habet! is sine negocio reliqua suopte ingenio inveniet; et absq3 errore assequetur. *Sequuntur duo disticha, et eorum princeps prosaico more excusum est hujusmodi:*

Ad eundem

Si titulum nomēq3 petis quod Epistola tergo exigit
hinc facile discere scriba potes
Alterum hoc est:

Idem.

Scriba tue si scire cupis nunc munia charte.
Hunc mercare librum! nam inde peritus eris.
Impressum Romae per Magistrum
Stephanum Plannck.

In 4.° parvo.. XII. D. 43.

Sine nota chronologica. Margines, qui paginas ambiunt, nulla nota ornati sunt, dummodo excipias signaturas cum Arabicis notis. Forma integrae paginae lineas 28 complectitur rotundi characteris: initialis littera ligneo typo caelato exprimitur. *Audiffredus* editionem hanc minime novit, sed duas alias, quarum primam charactere simili elegantiori *Eucharii Silberi* impressam dicit; altera *Joannis Besichen* Impressoris nomen refert ad calcem, ut videre est *pag. 462. 475.* Harum primam memorat Eruditiss. *Marinus degli Archiatri Pontificj Tom. 1. pag. 206.* ubi adest inscriptio ad *Jacobum Sangenisium Medicum Sixti iv.* et *Aduardum Theutonicum Chirurgum*, ex quibus patet Pontifice *Sixto iv.* vulgatam fuisse ab *Apollonio*: nostra vero editio, quae nullum *Medici* nomen refert, et inscriptionem habet ad *Chirurgum Thomam Alemannum*, et *Alexandrum vi.* sub huius Pontificatu excusa videtur; nec post annum 1498, in quo desinunt editiones *Plannkii* apud *Audiffredum.* Duplex ergo editio sub *Alexandro vi.* evulgata est, quum et illa *Joannis Besickenii* sub eodem Pontifice prodierit, ut adserit laudatus Auctor.

ZAHELIS. De interrogationibus, de electionibus, et de temporum significationibus in iudiciis. *Opuscula haec, latine versa, extant excusa cum aliis operibus, quorum Auctores* Ptolemaeus, Hermes Trismegistus, Bethem, Almansor, *et* Messahallach. *Varii sunt latini Interpretes horum operum; sed cum nonnullis aliis, tum istis* Zahelis *opusculis nullum praefigitur Interpretis nomen. Vide* Ptolemaei.

ZAMORENSIS RODERICI. *Vide* Sancii Roderici.

ZANCASSANI Regis Persarum. Epistolae duae ad Mahummedem II. *Extant impressae cum ejusdem* Mahummedis *Epistolis. Vide* Mahummedis.

ZANITINIS HIERONYMI DE. Contrarietates inter ius Civile, et Canonicum. Incipiunt Contrarietates seu diversitates inter ius civile et canonicum sparse per totū corpus utriusq3 iuris. Et casus conscientiales positi in repetitione. c. primi de accu-

sationibus per Eximium ac Celeberrimum Juris utriusq3 Doctorem Dominum Hieronimum de Zanitinis in clarissimo studio Bononiensi publice legentem quas accuratissime omniq3 solertia impressit Plato de Benedictis Impressor Bonoñ. Anno M. cccc. lxxxx. die xxiiij. Aprilis. *Subnectuntur* REGISTRUM, *et signum Typographi.*

In folio magno.. VI. G. 4.

Zavarisii Virgilii Urbis Veronae Cancellarii Generalis. Carmen Eligiacum in laudem Johannis Antonii Pantei, *eiusque operis. Extat excusum ad calcem operis* Johannis Antonii Panthei. *Vide* Panthei.

Z E

Zeni Antonii. De Embrione. *Sequens Epigramma legitur in prima pagina:*

PETRUS Barbus Polensis Sacrae Medicinae Doctor ad Lectorem.
Si cupis humanae naturae discere causas.
Si cupis in parvo plurima nosce libro.
Hunc eme. quem Latio scripsit sermone libellum
Zeno meus nimiae fertilitatis opus.
Que fera barbaries tenebris involuerat atris
Omnia sunt nitido lucidiora die.
Ede igitur venetis doctissime Zeno libellum
Perpetui fructum nominis inde feres.

In folio averso imprimitur Epistola, qua ILlustri viro Victori pisano: Antōius Zeno Policola. P. D. S. *ibique librum de* Embrione *primum integri operis* De Natura humana *a se conscripti esse dicit, nec alios in lucem emittere velle fatetur, nisi* Victoris *ipsius judicio probatos. Epistolam hanc excipit* Victoris *responsum, in quo plurimum opus commendat, et de sententia quorumdam, opus minime adprobantium,* Antonium *monet. Sequitur Praefatio, in qua de partitione operis agitur; eamque excipit Dedicatio operis ad Senatum, et Populum Venetum, ut patet ex hujusmodi epigraphe:* Illustrissimo Prīcipi: et Senatui: ac pplᵒo Veñto. A. Z. P. P. D. S. *Tabula subditur Nuncupatoriae Epistolae, deinde opus initium sumit, praecedente hoc Epigrammate:*

Petrus. B. P. sacrae medicinae doctor Antonio Zenoni.
Legimus Antoni doctissime saepe libellum.
Legimus et doctum valde probamus opus.
Ordine nam nostrae scribis primordia vitae
Quo ve (sic) sumus geniti semine quove modo.
Nunc ego non miror Celsum nec carmine quintum.
Saecula nam talem nostra tulere virum.

Exinde.

ANTONII ZENI. U. P. DE NATURA
HUMANA LIBELLUS EST

Ad lineam xx. aversae paginae folii lviii. legitur:

Antonij. Z. U. policolae: De embryone liber pmus explicit. Impressus Anno Dñicae nativitatis. M. cccc. nonagesimo primo Januarij Primo primus hic: per Dionysium Bononiensem Venetijs libellus est faustis ominibus.

Vos bñ beateq3 valete et bene agite. Agitis ante oculos. Judicis cũcta cernentis.

In 4.° parvo... VIII. B. 36.

Initialibus adpingendis locum destinavit Typographus initio sectionum, cui raro parvas litteras inseruit; Custodes, et numeros foliorum nullo pacto expressit; signaturas tamen elementis, romanisque numeris repraesentavit. Characteres gallo-francos conspicuos adhibuit, iisque replevit in quavis pagina integra lineas 36.

ZENOBII. Epitome Proverbiorum Tarchaei et Didymi, *graece. Nuncupatoria Epistola latina, gallo-francis conspicuis litteris excusa, incipit in secundo folio recto a titulo*: Ad Reverẽdũ ĩ christo dominũ Georgiũ Dathũ canonicũ florentinũ: Vicariũ ep'i arretini dignissimũ: Benedicti ricardini florentini epistola. *Excipiunt Epistolam graecae correctiones hujus opusculi, quae desinunt in quarto folio recto: in antica autem pagina folii quinti, quod primum est ex iis, ad quae signaturae pertinent*, Zenobii *opusculum alphabeticum incipit, titulusque praecedit:*

ΖΗΝΟΒΙΟΥ ΕΠΙΤΟΜΗ ΤΩΝ
ΤΑΡΧΑΙΟΥ ΚΑΙ ΔΙΔΥΜΟΥ
ΠΑΡΟΙΜΙΩΝ ΣΥΝΤΕ-
ΘΕΙΣΩΝ ΚΑΤΑ
ϹΤΟΙΧΕΙΟΝ

Ad calcem legitur: Τέλος· ἐν τῇ Φλορεντίᾳ, *et in ultimae paginae summitate gallo-francis typis hoc pacto exprimitur nota typographica*: Impressum Florentiae: Impẽsis ac Cura Phylippi de zunta Florentini. Anno domini. m. cccc. lxxxxvii.
In 4.° parvo... XII. B. 45.

Primus hic est liber, qui ex officina *Philippi Juntae Florentiae* prodiit. Videndus est *Bandinius Par. II. pag. v. Annal. Juntarum Typograph.* Haec vero editio princeps, et admodum rara, minime innotuit *Fabricio*, qui aliam editam *Obsopaei* anno 1535, veluti primam laudavit. Non aliter exprimuntur graecae initiales sectionum, quam spatiis; signaturae alphabeticam seriem litterarum graecarum cum numeris Romanis comprehendunt. Custodes desunt, nec non paginarum numeri, quibus carent omnes *Juntarum* editiones. Characteres in paginis integris lineas 26 occupant, et totum volumen constat foliis 66.

ZENONIS RUTILII. Oratio, *cui titulus praefigitur*: Rutilii Zenonis servi inutilis Jesu Christi Antistitis sancti Marci pro Ferdinãdo Italo Rege ad gloriosissimum Alexandrum Sextum Pont. Summũ Oratio.
In 4.° parvo... XIII. A. 42.

Audiffredus pag. 310. notat editionem hanc excusam esse charactere Romano elegantiori *Stephani Planck*. Typus enim est rotundus; et conspicuus, et in lineas 27 dispescitur, si pleniores paginas respicias. Initialis xylographica visitur; et nulla apud extremas lineas paginarum extat signatura, nullus custos, nec in superiori margine ullus visitur numerus. Absolvitur quatuor plagulis opusculum, quod desinit in penultima pagina verbo, FINIS.

—— Exemplar alterum.. IX. A. 58.

Zerbi Donati. Epigramma in opus Zachariae Lilii, *cuius titulus*, Orbis Breviarium. *Extat ad calcem hujusmodi operis. Vide* Lilii Zachariae.

Zerbi Gabrielis. De Cautelis Medicorum. *Imminet titulus in summitate columnae primae, primi folii recti:* Opus putile de cautelis Medico4 editū a clarissimo philosopho ac medico Magistro gabriele zerbo Veronense theorice medicine ordinariam studii patavini publice legente sub anno Domini. M. cccc. lxxxxv. Prologus. *Opusculum desinit ad lineam xxvii. secundae columnae folii recti xvi. et adduntur verba:* Finis. Deo gratias Amen. *Adcedit Epigramma:*

Ad ementes librum hunc
Que cuncta tenuit: tenet hic libellus amice
Ypocras: et canonum qui sapiere senex.
Hunc eme si poteris: poteris modo cūcta doceri:
Et cautelarum diceris hermogenes.
Hunc verona quo zerbus gaudet scripsit appollo
Direxit mentem: cetera cuncta sibi.
Hunc eme qui cuncta senum: veterumq3 prio4
Scire cupis: alter eris appollineus.
Dominicus Berthonus.

In 4.° parvo.. XII. A. 14.

Si *Dominicus Berthonus* idem est ac *Dominicus Berthocus*, dicendum est opusculum excusum fuisse *Venetiis*, ubi *Berthocus* impressit Saec. XV. Caeterum neque apud *Panvinium*, *Maffejum*, *Tomasinum*, *Facciolatum*, *Hallerium*, neque apud alios Bibliographos mihi licuit editionem hanc invenire; licet laudati Scriptores hujusmodi opusculi mentionem fecerint; et tamquam primam laudaverint *Papiensem in folio ann. 1508*, ac deinde *Lugdunensem in 4. 1525.* Charctae superficies admodum fusca, et inaequalis est: characteres eidem impressi rotundi sunt, et satis nitidi; quumque duplicem columnam impleant in pagina quavis, utraque constat lineis 40. Nec foliorum numeri, nec reclamantes marginibus huius opusculi insunt; quum inferiores tantum impressione signaturarum praediti sint, quae litteris indicantur *a-d*, numerisque Romanis; et initiales parvis supplentur typis in spatiis.

—— Quaestionum Metaphysicarum libri xii. *Legitur in folio primo Auctoris Epistola Nuncupatoria, cujus titulus ruber hoc pacto habetur:*

Gabrielis zerbi Veronēsis
philosophi: et medici: Ad
Sixtū quartum pon
tificem maximum
prefatio.

In sequenti folio incipit opus, cui imminet etiam titulus ruber: Gabrielis zerbi Veronensis in questionibus metaphisicis quas edidit prologus. *Ad calcem libri*

xii : Impressum Bononie per Johānem de Nordlingen : et Henricum de harlem socios. Anno salutis. M. cccc. lxxxij. Klꝰis decemb. sedente Sixto. iiij. pōt. Max. Anno eius duodecimo.

Petrus Almadianus.
Viterbiensis.
phi. Cult.

Si physicos forsan queris transcendere sensus :
Hoc eme Zerbeum Sedule lector opus.
Que Scotus Thomasve sacer sensere : volumen
Explicat : et partes Conciliatoris agit.

Sequitur aliud opusculum, in quo aliqua de pluralitate distinctionum auditoribus non inutilia adducuntur, *foliorum ix. Post quae habetur Index quaestionum, cum Registro foliorum trium.*
In folio parvo.. IX. G. 11.

Editio est excusa charactere gallo-franco nitidissimo, duabus columnis linearum 45., cum signaturis tantum. Charta est mundissima, et optime compacta; ac pro initialibus modo vacua extant spatia, modo parva elementa conspiciuntur.

—— Exemplar alterum.. VIII. E. 23.
—— Exemplar tertium.. VIII. D. 40.
—— Exemplar quartum in duobus Volum.............. VIII. D. 38-39.
—— GABRIELIS ZERBI VERONENSIS AD INNOCENTIVM. VIII. PON. MAX. GERENTOCOMIA (sic) FELICITER INCIPIT PROLOGVS. *Is titulus impressus est charactere Romano majusculo, licet opus ipsum sit charactere gallo-franco: et imminet Prologo, sive Epistolae ad* Innocentium viii. *quae incipit in folio primo averso, a verbis :* Antiquo ac paterno omnium fere consensu; *atque occupat quatuor paginas. Sequitur deinde Tabula 57. Capitum totius operis, eaque constat paginis sex, et lineis septem : post quam occurrit opus ipsum desinens in folio averso, ad lineam xxvi. his verbis:* Benemeriti perveniamus. Finis. *Additur exinde sequens nota typographica majusculis gallo francis typis:* Impressum Rome per Eucharium Silber alias Franck : Anno domini. M. cccc. lxxxix. die ūo. veneris xxvij. mēsis Novembris. *In penultima pagina extat* Registrum.
In 4.° parvo.. XII. B. 7.

Hoc opus deest in *Annal. Maettairii*, in *Opere Orlandii* et in *Specimine P. Lairii.* Ejus ex *Panvinio*, sub nomine *Gerontocomii*, meminit *Maffeius in Veronae illustratae Parte iii. pag. 128.* ipsumque recenset uti opus anonymum, sub titulo de *Senectute:* refertur insuper in Catalogo editionum Saeculi xv. existentium in Bibliotheca *S. Martini de Scalis* urbis *Panormi*, qui habetur tomo xx. *Opusculorum Siculorum, pag. 373.* Typus, uti jam innuimus, est gallo-francus nitidissimus, qui lineas 32 complet in quavis integra pagina. Desunt signaturae, custodes, et numeri foliorum, et pro initialibus parvae litterae excusae sunt.

Zerlis Lancillotti de. Recensio Rhetoricae, et Poeticae Aristotelis *ex versione* Hermanni Alemanni *ex Arabico in latinum. Vide* Aristotelis Rhetorica *Tom. i. pag. 53.*

ZO

Zoar. De curatione lapidis, *Latine. Extat cum* Rhasis libris de medicina, *et aliis Auctoribus. Vide* Rhasis *pag. 10. hujus Volum.*

Zochis Jacobi de. Canon, omnis utriusque sexus, disputatus, et repetitus. *In fronte hujus operis legitur litteris Capitalibus:* OMNIS UTRIUSQUE FAMOSVM ALTVM DEVOTVM ET etc. *His verbis Auctor suam incipit Praefationem, in qua praecipue de triplici poenitentia naturae, figurae, et gratiae: idest ante legem, legis tempore, et post legem, seu tempore gratiae, agit. Praefatione in folio quarto, linea quinta, absoluta, sequitur ipse tractatus, his verbis incipiens:* OMNIS VTRIVSQVE SEXVS. *Divisus est in quinque partes, quarum prima est de* Confessione semel in anno pera-genda. *Secunda de* Publicatione statuti facienda. *Tertia* Quisnam Sacerdos absolvere possit. *Quarta Sacerdotem instruit de* rebus, et circumstantiis adhibendis circa peccata inquirendo, et poenitentiam injungendo. *Quinta denique monet Sacerdotem,* ut peccatorem non propalet. *Tractatus finitur in folio cxiv. recto, linea quarta, sequentibus verbis:* Completa per me Jacobum de zochis de fararia (sic) iuris utriusq3 doctorem padue in iure canōico ordinariam sedem occupantem. *Parvo interjecto spatio, sequuntur Quaestiones,* Quonam temporis paschalis die sacra communio sumenda sit. An liceat extra parochiam audire Missam? An baptismus a laico in necessitate possit valide conferri? *Volumen absolvitur in linea xiii. primae paginae folii cxxvii. et exinde legitur:* Explicit famosum utile atq3 altum. c. Omnis utriusq3 sexus de peni. et remis. disputatum ac repetitū per famosum ac excellētē iuris utriusq3 doctorem dominū Jacobū de zochis de ferraria in gignasio (sic) patavino ordinariam sedem benemerito (sic) occupantem. *Post breve spatium habentur Typographorum nomina, hoc pacto:*

BAR. DE Valdezochio Patavus. F. F.
Martinus de septem arboribus. Prutenus.
M. CCCC. LXXII. die xxviii. Julia (sic).. F.

In folio.. XIII. E. 5.

Quamquam nulla loci mentio habeatur, certissimum tamen est, opus praesens *Paduae* fuisse typis evulgatum; quum Typographi supra memorati nullo in alio loco, quam *Paduae* prelum habuerint. Vide *Maittaire Tom. iv. pag. 235.* Litteris Romanis, ac nitidis admodum, papyro mundae, at firmae impressum est opus praesens, continens lineas 35 in quavis perfecta pagina: nullae exhibentur signaturae, aut custodes, nullique foliorum numeri. Tituli quoque, ac initiales litterae desiderantur; et praeter punctum nullum aliud occurrit distinctionis signum. Hac de editione pauci Bibliographi mentionem fecerunt.

Zovenzonius Raphael. Carmen Jacobo Zeno Episcopo Patavino super Genealogia Joannis Boccacii. *Vide* Boccacii.

Z U

Zuchi Accii. Paraphrasis *italica* rhythmica Fabularum Aesopi. *Vide* Aesopi *Tom. 1. pag. 11. et seq. et in Append.*

Zuffati Johannis Vincentini. Epistola ad Nicolaum de Chieregatis consanguineum suum, *scripta ex* Conventu Friburgensi tertio nonas Julii Mccccxcviii. *in qua agit:* de Origine, et dignitate Cardinalium. *Extat praefixa* Orationi Leonelli de Chieregatis. *Vide* Chieregatis Leonelli de. *Tom. 1. pag. 179.*

Zuffati Ludovici Vincentini. *Recensio operis* Leonardi Nogaroli de mundi aeternitate. *Vide* Nogaroli Leonardi. *Tom. 11. pag. 178.*

EXPLICIT
VOLUMEN TERTIUM
ET
ULTIMUM
CATALOGI EDITIONUM SAECULI XV.
QUAE NEAPOLI
IN REGIA BIBLIOTHECA BORBONICA
ADSERVANTUR.